post adeptá possessioné pacificá min⁹ consecrationis impen
sum, pdit priorem statú: vt. c. cú in cunctis. § j. alle. & iuribus.
s. pxi. alleg. sed iste consecratione non eget. & possessioné pa
cificá secúdi officij supponit esse adeptus. igitur. ¶ Itē pbať,
quia si habés vná dignitaté, aliá assequať pacificè vacat prima
ipso iure. Et idē in curatis officijs. j. de pbé. c. de multa. Sed
constat dicta offi. esse curata & dignitaté habere: qa habét am
bo iurisdictioné contétiosam. ergo arg. no. Inn. in. c. de multa
allegato. & Arc. de consue. c. j. li. vj. Nec obstat q talia officia
beneficia non dicátur: quia. c. de multa. etiá locú habet in ad-
ministrationibus ecclesiasticis ppetuis, q beneficia non cései
tur: vt no. Inn. in. c. de multa. alle. ad fi. gl. finalis ibi & etiam si
habeat administrationé. &c. Et idē tenet Host. &c. Io. An. post
eos in nouella super ver. personatus.
9 ¶ † Cum autem quæritur an plures dignitates etiam secula
res, quis simul valeat retinere? distinguit dñs Bertrandus de
droceo. C. de dig. l. maior. ad propositum ita dicens: quia q̃-
dam sunt dignitates administrationem habentes: quædam si
ne administratione: vt. C. de dig. or. le. l. ij. Nunc autem quæ
ritur de dignitatibus administratioé habentibus: & de istis
dic nullum posse duas simul obtinere: túc secus. Et idem si cú
administratioi habent officiú hui⁹ dignitatis in auth. vt iudi. si
ne quoquo suff. § illud. Fa. p boná px. dicto. de admi. caréti-
bus. C. q mil. nó po. l. v. § j. de dig. l. j. de no. C. cé po. l. vnica. §
j. idē si vná solá admi. haberet. C. de exc. am. l. eos. Mó hîc am
bæ dignitates magná administratioé hńt igitur, &c. ¶ Coo
firmatur qa non pót inducere cósuetudo, q liceat i eadē ecc.
plura officia retinere ergo nec inducere pót, q hoc sit licitú
in eadē curia. antea est tex. de cósue. c. j. li. vj. fa. de pb. c. de mul
ta. § addeń. & de concess. præb. c. literas. Consequétia patet à si
mili. & faciút iura ibidē alle. & ibi no. p scriben. & ró ibi i tex
tu ponit ibi: cú vnú offi. vix quis dignè valeat adimplere. Fa-
cit. lxx. di. c. sanctorú. j. de pben. c. cú singula. libr. vj. Fa. xvj.
q. j. c. presby. in fi. de cele. mis. c. referente. & c. consuluisti. de
hæreti. c. cum ex iniuncto. lxxxix. di. c. singula. de conse. di. j.
c. sufficit ¶ Videtur tex. pro róne prędicta. quia in eadē curia
quis aduocati & assessoris offiń exercere non potest. C. de as-
sesso. l. nemo. in principio. Simile. C. de postulat. l. quisquis
&. C. qui militare non potest. l. eis. § primo. vbi de hoc
optimus

optimus textus & alius textus bonus. C. de ꝓximis sa. serui. l. hac parte. & ibi cõcord. sup verb. dupliciter. ¶ Plus coadiuuat: qa nec in diuersis curijs hoc licet: vt. ff. de colleg. illi. l. j. § nõ liceat. & ad municip. l. libertus § præscriptio. & de mu. & ho. l. honor § gerendorũ. ¶ Et amplius fortificat: qa & si liceret in ascendendo ad priorẽ dignitatem, minorẽ retinere tñ non videt hoc posse concedi in casu, in quo ꝑ hmõi translationẽ ageret de descensu: vt hic. Et faciũt optimè not. Inn. hic, quę recitaui. s. ꝓxi. quorũ. sa. bene. s. eo. c. quanto. in fi. & sa. bene. ff. de sena. l. scientiæ. in. fi. & l. fi. eo. tit. j. respon. & C. de digni. lib. xij. l. j. Modò ita dicit institutio; ꝙ auditores palatij, sunt maiores, q̃ auditores Camerarij: qa illi sunt auditores dñi Papæ immediati, & non alterius: iste verò non est auditor Papæ immediatè, sed Camerarij ipsius dñi Papę & quia omnes causæ appellationũ ab auditore Camerarij interiectæ, cõmittunt auditoribus palatij, nõ econtra, & qa auditores palatij ĩ causis dictarũ appellationũ, statum sibi inhibẽt: nec vnq̃ sibi remittunt. ¶ Item etiã confirmatur: qa difficile & impossibile est de iure, ꝙ quis vicẽ duarũ personarũ substineat: maximè, dũ earũ officia nõ sunt cõpatientia: vt. ff. de pac. l. si plures. & l. quisquis. alle. cũ glo. & no. Iac. But. eo. tit. l. maiorẽ. Seu dũ vnius exercitiũ est impedimento exercitio alterius: vt. d. § nõ liceat. & l. nemo. C. de assessor. cũ si. Et istã maximã ponit in simili. Bar. ff. de colle. illic. l. fi. § quæro, an aliqs posit esse in diuersis collegijs, versu. si verò quæris modo ad ꝓpositũ vel officia, de quibus agitur, sunt in cõpatibilia, vel saltẽ vni⁹ exercitiũ est impeditum exercitio alterius. Nã auditor palatij quolibet die nõ festiuo, preter diem Iouis debet esse de mane vsq; ad tertias in palatio in cõsilijs Rotæ pro habẽdo cõsilia in causis suis, & dando consilia coauditoribus in causis eorũ, aut in publicis relationibus sup suis vel coadiutorũ causis publicè fiendis: qua hora auditor Camerę habet interesse in carceribus ꝓ examinãdo, vel torquendo, carceratos, & examinare causas criminales. ¶ Itẽ hora vesperorũ auditor palatij debet dare audientiã aduocatis ꝓcuratoribus & partibus in causis palatij: qua hora auditor cameræ sedet ꝓ causis. ¶ Itẽ auditor palatij non debet ferre aliquam sñiam, nisi de consilio Rotę ꝑ constitutionẽ. Ioã. xxij. Et tñ auditor camerę cõsueuit. Nec posset esse in consilijs: cũ hora consiliorũ sit in alijs impeditus, vt dixi. ¶ Itẽ apparet notoriè maximũ impedimentũ in exercitijs amborũ officiorum: qđ debet iudicio meo ꝓ impossibilitate haberi: videlicet, qa null⁹ auditor palatij, vel cameræ Apostolicę, aut quiuis ali⁹ iudex, debet ad sñias, & causarũ ciuiliũ, vel criminalium expeditiones ꝓcedere: nisi cũ magna maturitate & consilio peritorũ, ac cũ studio & reuolutione librorũ: vt. c. ponderet. l. di. & xxx. q. v. c. iudicantẽ. Modò cũ vnus auditor palatij in solis causis palatij, & auditor cameræ in solis causis curię Cameræ, ad deliberandũ maturandum consulendũ, & libros videndũ, sit vltra modũ impeditus, non video quomodo persona & tẽpus ad vtrasq; sufficere possent, & qȝ vtroq; malit expedire etiã ꝑ eundem, iuxta illud. Qui binos lepores, &c. iuxta illud: neq; facile credendũ est necessarijs rebus vnum sufficere. Nam cum vni affuerit alteri abstrahi necesse est scribitur in. l. nemo. alle. post princip. & ibi signanter concord. ¶ Et vrget fortius: qa vix dies tota sufficit vnicuiq; ad audiẽdum, loquendũ, & tractandũ, & partem noctis oportet ponere in quiete naturæ, & partem duplicem tẽporis in duplici refectione. Dic ergo mihi cuius hominis caput sufficeret ad videndũ registra causarum amborũ officiorum, & objiciendum dubia de eisdẽ studẽdumq; in ipsis, & exquirendũ super illis consilia à peritis in tam tẽpore paruo? nõ capio posse talem aliquẽ reperiri nec reputarẽ hoiem sanum, q̃ ad hoc crederet se sufficere posse: cum audiuerim à dominis coauditoribus meis hactenus vnam causam nõ posse securè expediri, saltẽ sine terna completa visione regestri. ¶ Sed dices ꝙ licet non posit, vel debeat simul vtrumq; teneri: tñ primum non perdit ipso iure, donec fuerit illo priuatus. Quod probatur: quia postq̃ vtrũq; tenuerit, põt eligere & redire ad primum:

vt videtur dicere § non liceat. allegatus. & C. q̃ mili. non po. Leis. alle § si quis autẽ. Modò si iam priuat⁹ esset primo, illud amplius nõ posset eligere. Sic video, ꝙ licet quis non possit plura benefi. requirẽtia cõtinuã residentiã personalẽ simul, tenere: tñ per secundi assecutionẽ non vacat ipso iure primum No. Io. And. in Spe. quarta parte, ti. de preb. in fi. in additiõe. Et Martinus de salua, & Pet. fland. de rescrip. c. grã. in cle. & Lapus in. c. grã. e. ti. lib. vj. licet Inno. Hosti. Ioã. Cald. & ipse Io. And. j. de cle. non resi. c. fi. notauerunt cõtrariũ & etiam Paul. in cle. grã. alle. Fa. quia non reperitur textus priuans: & per cõsequẽs non est hoc ponendũ. ar. io auth. de trien. & semis § consyderemus. Et saltẽ videtur honorẽ dignitatis retinere: vt. C. de digni. l. maior. li. xij. & de excusa. mu. l. eos. & l. maximarum. & l. eam. & de suscep. & ancha. l. humilioribus. & ff. de sena. l. etiam § si quis. & C. de hono. nõ conti. l. j. & ij. & de his, qui spon. mu. sube. l. ij. & de fabri. l. eos qui. & de decur. l. neminẽ. & l. neq; iuncta. l. vl. § penul. C. quãdo & in quib. quar. pars. & C. de decre. l. ad subeunda. & l. Alexandrinis. & de cõsili. l. nemi. licet secus quo ad administrationem. C. quemad. ciuil. mu. l. j. & de metal. l. cum procur.

10 & l. hac parte. alle. & C. de agen. in reb. l. agentes. ¶ † Sed caue, quia omnia iura. s. proxi. allegata loquuntur in ascendente de minori dignitate ad maiorem: sicut Ego AEgidi⁹ Bellemeræ, qui de dignitate audientiæ palatij fui promotus ad dignitatem Audientiæ cõtradictarum, per dñm Clemẽtem vij. Papã modernum, retinens nomen, honorẽ & priuilegia prioris dignitatis sine administratione tamẽ, per proxima iura. Sed aliud esset, si quis de maiori dignitate descenderet ad minorẽ: qa cũ m hoc de iure prohibeatur. C. quẽadmodum munera ciuil. inducantur. l. maioribus. Talis sic descendens tanq̃ prodigus honoris & famæ, priuatur honore, & priuilegio pręscientiæ dignitatis, quã contempsit, vt hic. & suprà. c. proxi. & C. de sena. l. fœminæ. & C. de digni. l. j. alleg. & prædicta videtur sentire Odofre. C. de digo. l. maior. Modò an audientia Papæ & sui palatij videtur maiorem dignitatem afferre, quã audientia domini Camerarij, vt dixi. ¶ Vt autem tollatur alia ratio dicere possum, quòd quædam sunt offã, quorum vtilitas atque honor redundat in personas obtinẽtiũ illa: & in istis reqrit priuatio iuris vel honoris, vt § non liceat & alijs ꝓ dicta ratione alleg. Alia sũt officia, quorũ vtilitas redundat solum in cõmodũ rei pu. licet honorẽ afferãt obtinentibus ea. & in istis distinguitur inter ascendentes & descendentes: vt. s. proxi. dixi Alia sunt officia, quæ non afferunt obtinentibus vtilitatem, neque honorem, sed solum onus: & de istis modò non curamus. Modò ita est, quòd officium palatij, licet honorem afferat obtinenti, soli tamẽ rei publicæ affert vtilitatem: ergo descendens de illo ad minus illud perdit. Ratio diuersitatis dictæ distinctionis est: quia facilius quis perdit illud, in quo debilius ius habet. & e contra difficilius perdit illud, in quo fortius ius habet. ar. s. e. c. ij. in prin. Patet de electo non confirmato, & de confirmato, per ea quæ dixi in dicto. c. ij. in prima questione, & quæ ibi no. Bernar. in ser. ergo. ante. & Ioan. And. de elec. si electio libro. vj. in glo. iij. Modò huius vtilitatem cum honore, fortius ius habet, quàm ille, q solo honore gaudet: quia duo vincula fortiora sunt vno. j. de trien. & pac. capitulo vno Et qa grauius est quem affligi in duobus, quàm in vno: vt probant contraria iura. Pro præmissis bene faciunt no. Hosti. & Ber. j. tit. j. cap. ad supplicationẽ & quę ibi scribã in oppositione

11 ¶ † QVARTO ibi: *examinationem.* quæritur, ꝑ quẽ modum debet fieri hec examinatio dicit. Inno. ꝙ debet fieri extra iudiciũ sicut cũ mandatur alicui, ꝙ ꝓuideat. T. si est idoneus. dicit enĩ Inno. quòd ꝓpter hanc clausulam non credit esse necessariũ ꝙ huiusmodi iudices, vel exequutores debeant aliquem vocare ad sciendum, si velit dicere illum, pro quo scribitur, non esse idoneũ: vt ipse Inno. no. j. de conce. praben. ꝓponit. & melius per eum. j. de præsup. dudum. § per glo. j. de offi. deleg. c. vno. in cle. licet fateaẽ Inn. ꝙ tã illi, q authoritate delegata, cum hac clausula, si est idone⁹, procedũt, quàm qui

ordinaria ptāte intedunt, debent semp anteq̄ prouideant de aliquo beneficio inquirere, an ille cui prouidere volunt, sit idoneus necne: vt no. Inno. j. de postula. c. j. Saluo tñ qđ loquit̄ & no. j. de elec. c. quoniã. li. vj. & qđ no. Ioã. And. s. de postula. c. j. sup verbo, requisit⁹. & qđ ibi dixi in tertia oppo. ¶ Quintò ibi: *ab eo cui*. qualiter hoc intelligit̄, dicit ꝙ exponitur cui. i. à quo. Et q̄ sequit̄ *facienda*. exponit̄. s. postulatio. ¶ Sed quis est ille? videt̄ ꝙ Papa sol⁹, ad quē talia pertinēt. j. eo. c. Sed dic, ꝙ imo & metropolitanus, & ꝙ hoc operatur indulgẽtia, & ꝙ ideò loquutus est impersonaliter. Simile. s. tit. j. ne pro defectu. Hosti.

De authoritate & vsu pall. Rub.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Pallii quid sit, cui: & à quo concedatur remissiuè. Itē vnde dicatur.*

2 *Cruces quatuor nigri coloris, cur in pallio positæ sint? Et quid significent? Itē cur in prioribus tribus crucib. acus ponatur, non in quarta?*

Qualiter. Cōtinuetur primò queritur? dic secundū Gof. & Hosti. vidimus. s. de postu. electis, & trãslatis, verum quia his modis assumptos qnq; pallio decet vti, si ecclesijs, ad quas assumitur dignitas pallij debeat: ideò &c. ¶ Scdò quærit, vbi de huius materia tractet: dic ꝙ. c. di. p totũ. & . xxij. q. c. in galliarũ & cõueniũt de ele. c. significasti. & . c. suffraganeis. & . c. qđ sunt. & in summis

1 Gof. & Hosti. sup hoc titulo. ¶ † Tertiò quærit̄, quid sit palliũ, & à quo cōcedatur, & quibus diebus, & quibus locis, & in quibus actib⁹ pallio vtendũ sit. Sed dic, vt hîc notãt dicti summistę. ¶ Quartò quęrit̄, qualiter scribit̄ palliũ, dic, ꝑ per lrãm e, non p lrãm i, vt pallium de quo hîc suscepimus. hoc enim dignitatis illud honestatis, qđ cuilibet laico cōpetere pōt. ¶ Quintò quærit̄, vñ dicit̄ pallii? dic ꝙ pal. & palliũ dicit̄ à palli græcè, qđ dicit̄ motus, seu cōcussio latinè? Nã palliũ sæpe mouet̄, & palle. sępius vñ ministri sępe palliũ aptãdo

2 cōcusiũt palliatum. ¶ † Sextò quęro quare cruces positæ in pallio sunt nigri coloris? dic ꝓpter mortificationē vitiorũ, quę debet esse in palliato: vt cũ Apostolus dicere posit: mũdus mihi crucifixus est, & ego mũdo. ad Gala. vlti. ¶ Septimò quęrit̄, qđ significēt dictę quatuor cruces? dic primò, ꝙ designant quatuor affectiones, gaudiũ, dolorē, spem, & timorē. vñ ver. Et cupiũt hoïes, gaudēt metuũtq; dolẽtq;. Prima añ pectus designat gaudiũ: scđa à sinistris, spem. Tertia, quæ est retro, dolorē: quarta q̄ à dextris timorē: & sicut ista cōtrariant, ita à contrario ponunt̄. ¶ Sed quare in tribus primis crucibus ponunt̄ tres acus? certè ad pungendũ & reprimendũ dictas affectiones, ne excedant: qa tunc sunt afflictiones. ¶ Sed quare ī quarta cruce nō ponit̄ acus? Rñdeo qa timor suũ aculeũ secũ portat. Vel dic ꝑ primã signari gaudiũ, iõ ꝓponi tp secũdã dolorē iõ ponit̄ à sinistris: qa ab aqlo nependet omne malũ. Per tertiã timor: qa timemus quę nō videmus. Per quartã species, quę ideò ponit̄ sine aculeo, vt quis magis speret q̄ timeat. ¶ Vel dic secũdò, p dictas cruces quatuor virtutes Cardinales p Papã pectus iustitiã vt semp sit p̄ oculis. Per secundã fortificãdo cōtra aduersa. & iõ à sinistris. Per tertiã prudētia iõ ponit̄ retro. Per quartã temperentiam quæ caret aculeo, quæ nunquam excedit, sed alias temperat. vñ. Vale. li. iiij. c. j. in fi. Nil tam pręclarũ, tam magnificũ, qđ non moderatè tēperari desyderet. Facit. j. de offic. leg. c. nisi. & ideò à dextris ponit̄, quasi dux aliarũ virtutũ vñ philosoph⁹ ꝓ summa prudētia in extremis legitur dixisse discipulis nequid nimis Hosti. Idē Terentius in Comœd. & Hiero. ad Demetriam. Philosophorũ sñia est moderatas esse virtutes & excedētes mensurã vel modũ inter vitia reputari. vñ de. vij. sapientibus vnus ait: ne quid nimis. legit̄ etiam in vitis patrũ, Abbatē Ioannē petētibus ab eo fratribus in morte aliquod compendiosum verbũ loco hereditatis, dixisse cum gemitu: nunq̄ inquit feci ꝓpriã volũtatem: nec aliquid docui, quod prius ipse nō fecerim vnde Io. ad Fabiolam: prius faciamus, & sic doceamus: ne doctrinæ authoritas cassis operibus destruatur. Et ad Nepotianũ: nō confundãt opera sermonem tuum: vt dũ in ecclesia loqueris, tacitus tibi quisq̄ respōdeat: cur hæc quæ dicis ipse non facis? Accusare auaritiam etiam potest latro sacerdotis. Os ergo cũ mente cōcordet. Io. and.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Grãmaticã de verborum significatione tractantē nō esse contēnēdã.*

2 *Priuilegij verba nemini præiudicantis, latè interpretanda.*

3 *Singulare in plurale resolui. Et indefinitam in priuilegijs pro vniuersali accipi.*

4 *Argumentum à contrario sensu efficax esse. Et ibidem qui de vno dicit de alio negare dicitur.*

¶ *CAP. I.*

Cum super. Casus. Inter quãlibet ecclesiarũ prouintiæ suæ Archieps pallio vti pōt: sed extra ecclesiam hoc non pōt. ¶ Diuide literã in duas partes. In prima consultatio: in secũda respōsio, ibi: *quod ita*. ¶ Expone literã. Intelligat̄, subau. ver. tradimus. &c. & ponunt̄ materialiter hæc verba. *Quod*. neutri generis. Sic suprà de rescrip. c. olim. de resti. spo. c. frequens. §. solet. li. vj. Dicit̄ insigne ornamentũ Archiepi, vel Epi de corpore beati Petri sumptum. s. ti. ij. c. significasti. secundũ Host. in summa. Dixi Epi: qa eis interdũ ex priuilegio conceditur. de pręsum. c. cũ in iuuētute. ¶ *Tradimus*. tradũt etiã quatuor Patri-

1 archę. de priuileg. c. antiqua. ¶ † Primũ no. qualiter grãmatica tractans de signatione verborũ, non est contemnēda: qa Papa hîc super hoc interrogat̄, & rñdet. sa. j. & . ff. & . c. ac. lib.

2 vj. de verb. sig. p totũ. & . ff. de reb. dub. per totũ. ¶ † Secũdò no. qualiter verba priuilegij nemini pręiudicantis latè inter-

3 pretant̄. ff. de cōsti. pri. l. iij. ¶ † Tertiò not. singulare resolui in plurale: & indefinita in priuilegijs accipi ꝓ vniuersali. j.

4 de decimis. c. ex parte. iij. ¶ † Quartò no. arg. à cōtrario sensu valere, & illud vulgare: q de vno dicit de alio denegare videtur. ff. de iudi. l. cum pretor. ¶ Opponitur vt in gl. ij. Ber. & solue, vt ibi. Et de multiplici signatione huius verbi ecclesia, dic vt no. in contrario, & ne pręla. vi. su. c. fi. ¶ Quæritur primò, ibi . j. *qualem ecclesiam*. quid si exēpta est? dicas idem ar. eorũ quę leg. & no. j. de priuile. c. Archiepo Ioan. And. ¶ Secundò ibi: *prouintia*. quęrit̄ qualiter intelligit̄: quidam exponunt. i. diœces. Tu legas ꝓpriè, licet qnq; ponatur pro diœcesi, & econtrà. ix. q. ij. c. Epi. ¶ Interdũ regio ꝓ diœcesi. ei qui. c. Epm. Hosti. Qualiter in literis contentiosis ad lites? dic vt. s. de rescrip. c. Rodulph⁹. De quo gratiosis & beneficialibus, de quibus hic per Host. q tractat ea, quę habes. j. de pręben. c. quãuis. lib. vj. §. j. habes. j. de pręben. pro illorum. ¶ Tertiò quærit̄ qđ de ambitu ecclesię, in qua celebrat, &c. nunquid etiã. j. illũ portare pōt palliũ? dic ꝙ sic, secundùm Hosti. ar. de consec. ec. vlt. alle. c. vico. & de sen. excō. si citatio. j. & . ij. responso. li. vj. iuncto, ꝙ ista est materia in qua fit lata interpretatio: vt suprà in. ij. notabili. ¶ Quartò quęrit̄ ibi: *alio modo*. qualiter hoc intelligit̄? ecce exēplificare potes, dũ exiret ꝓ cœmiterij cōsecratiōe, & hoc intellige: nisi aliud haberet ex indulgētia spãli. j. eo. c. ex tuarũ. & . c. fi. & de offi. ord. c. q. l sedē. & . c. duo. Host. Itē qđ dixi de cœmiterio &c. intellige nisi cœmiteriũ esset contiguũ ecclesiæ, p ea quę proximè dixi in alia quęstiōe, tñ hîc & suprà proximè maximũ dubium facit mihi verbum. j. positum in textu.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Commodatum certo casu interdictum.*

2 *Pallio donatus, an debeat cum eo sepeliri? Et quid si duorum ecclesiarum pallia habeat?*

¶ *CAP. II.*

Ad hoc. Casus. Palliũ commodari non potest. Secunda pars ibi: *inquisitioni*. & secunda secundæ ibi: *cum pallium*.

1 ¶ † Nota commodatum interdictum certo casu. Ratio in textu. pro qua reg. priuilegia. lib. vj. & intollibile quo ad vsum, ad quem institutum est: sed aliâs

sed aliàs bene. ¶ † Primò no. ꝙ quis debet cũ pallio sepeliri. Quid si habet pallia duarũ ecclesiarũ? puta q̄a de vna ad aliã fuit translatus? dicit Inn. ꝙ cũ ambobus sepeliri debet. ar. s. de postu. c. bonæ. ij. in fi. Tñ palliũ vltimę ecclesiæ erit de super. Aliud enim intelligit sepultũ ab eo die, quo priori ecclesiæ cessit. Alij dicunt, ꝙ palliũ primũ non induet in sepultura, sed tantũ secundũ, & primũ ponet̃ super eo, vel sub capite eius: vt Inno. refert. Dicit etiã ꝙ hoc modo debet fieri, si aliquãdo contingat alicui dari duo pallia, secundũ eũ: vt si duæ Archiepiscopales ecclesię simul annexę essent. Dicit Io. and. sibi videri rationale ꝙ tantũ vltimũ palliũ induat̃ & primũ ponat̃ sup eo, vel sub capite eius. Et idẽ dic fiendũ de plurib⁹. ¶ Sed quõ exemplificat commodatũ de quo hîc? dic, ꝙ vel Archieps alteri Archiepo intra suã ꝓuinciã dedit licentiam celebrandi, qđ poterat: vt. ij. q. j. c. Epi. & vltra eidẽ pallium cõmodabat, qđ posse videbat ex gr̃a. arg. ff. de ꝓcur. l. ad rẽ. Cuius cõtrariũ respondet̃. Host. vel fortè econtra Archieps intra suam ꝓuintiam ab alio Archiepo ibidẽ exeunti, volebat palliũ cõmodare: qđ videtur verius. ¶ Exponi posset de c. nemo cleric⁹. & § funeris. secundũ glo. Ber. & solue, vt ibi. & no. solutionẽ: q̄a secundũ Host. vniuersalis cõsuetudo ecclesię hoc habet in quolibet ordine: ꝙ ordinat⁹ quilibet possit sepeliri cũ vestibus illius ordinis & loquit̃. c. nemo clericus. de palla altaris & sindone. Gof. Ad sol. vero § funeris iunge. l. pergit audacia. C. de sepul. vio. ac autho. ibi signatam.

¶ *SVMMARIVM.*

1. *Pontificalis officij plenitudo, ac etiã Episc. nomẽ per quid cõferatur?*
2. *Electus & in Archiepiscopum consecratus ante pallij receptionem non debet Archiepiscopus vocari.*
3. *Argumentum à maiori negatiuè.*
4. *Honoris sui cõseruãdi gratia facere licet, qđ alterius honorẽ nõ lædat*
5. *Mentiri, num aliquo modo liceat?*
6. *Simulatio num quando licita sit?*
7. *Dolo vsus, num excusari aliqua ex causa possit? Et ibidem num Alexandri Papæ, de quo hic sit excusabilis?*

¶ *CAP. III.*

Nisi specialis. ¶ Casus. Per palliũ confertur plenitudo pontificalis officij & nomen Archiepiscopale. ¶ Prima pars narrat: secũda aggrauat. ibi: *sanè* Tertia concludit ibi: tu ergo. quarta cõminat̃ ibi: *quoniam si*. & sub. j. cõtinet̃ qđ habet̃. j. de offi. leg. c. nisi.

1 ¶ † Primò no. qualiter plenitudo pontificalis officij, ac etiã nomẽ Archiepiscopale per palliũ confert̃. c. di. c. quoniã. & dic plenitudo. i. plena exequutio in his, quæ ordinis sunt & iurisdictionis: si maxima sunt sicut cõuocare consilium. de
2 elec. qđ sicut § penul. Inn. de quo ibi dixi. ¶ † Secũdò no. ꝙ electus & cõsecratus in Archiepm ante pallij receptionẽ, nõ debet Archieps appellari: vt in. j. glo. Ber. vocat̃ tunc Eps: cũ
3 prius electus, vel postulatus vocaret̃. Io. And. ¶ † No. tertiò arg. à maiori negatione q̄a postulatione approbata p Papam &c. non debet, ergo nec simili p legatũ quę non poterit. &c. ¶ Quartò no. ꝓ palliatiõe, &c. vt in secũda gl. Ber. Sic Iesus finxit se lõgi⁹ ire. j. q. j. c. ex his. ver. Itẽ dñs. & habet & Lucę. vij. c. & bona simulatio approbat̃. j. qđ me. causa. c. j. Hosti. ¶ Quintò no. qualiter ordinata charitas, &c. Concord. sunt in vltima gl. Ber. ad Euge. In acq̄sitione salutis tuæ nemo tibi germanior vnice matris tuæ. Et socrates. Ita ꝓdestructione
4 tibi noceas. ¶ † Sextò no. ꝙ licet facere ad cõseruationẽ sui honoris id, qđ alterius honori detrahit. & concord. sunt in fi. vltimæ glo. Ber. De hoc no. in. c. si quis verò in fi. dictæ gl. alle. de quo dixi ad saturitatẽ. s. de elec. c. cũ ecclesia vulterana. in. viij. q. vbi de hoc p Ber. in. iij. gl. & aliqnid p Io. And.
5 in regula, locupletari. li. vj. ¶ † Opponit̃ cõtra quartũ notabile: q̄a nullo modo licet mentiri: vt. ff. de tribu. l. illud § pe. & . xxij. q. ij. c. j. Quidã negantes contrariũ, dicunt hîc decani fuisse per Papã ptãtem mẽtiendi: q̄a bonus dolus permittit̃. ff. de dolo. l. j. xxij. q. ij. c. is autẽ. Sed Hosti. cõsulit, ꝙ in suis sermonibus vel excusationib⁹ non mẽtiat̃, sed vtat̃ verbis duplicibus dicendo: q̄ eũ reprehendũt, non viderũt oĩa sua priuilegia: & ꝙ bene esset supinus, si specialiter reseruata sine speciali priuilegio p̃sumeret, & his similia: per quę nõ mẽtiatur. Et de his verbis duplicibus in alia materia habes in Spec. de aduocato § nũc dicendũ. in prin. ver. sic cõmendet eũ. ¶ Caue bene: q̄a oĩs palliatio ꝓ simulatiõe accepta, verè pctũ est Ista enim cõclusio beati Tho. ij. ij. q. c. xj. arti. j. Ratio sua est nam ad virtutẽ veritatis pertinet, vt q̄s talẽ se exhibeat exterius per signa exteriora, qualis est. Et dicunt signa non solùm verba, sed etiã facta. Sic ergo veritati opponit̃ ꝙ aliquis p verba exteriora clara aliud significet q̄ qđ apud se, qđ ad mendaciũ pertinet: ita etiã veritati opponit̃ ꝙ aliq̄s per aliqua signa factorũ, vel rerũ, seu verborũ dupliciũ, aliquid de se significet cõtrariũ eius, qđ in eo est: qđ ꝓpriè simulatio dicit̃, bene simulatio ꝓpriè est mendaciũ quoddã in exteriorũ factorũ signis cõsistens. Non refert aũt vtrũ quis mẽtiatur verbo, vel quocũq; alio facto. xxij. q. v. c. cauete. vñ cũ omne mẽdaciũ sit pctũ. xxij. q. ij. c. omne genus. cõsequẽs est, ꝙ oĩs simulatio pctũ sit, secũdũ Tho. vbi. s. ar. xxij. q. ij. c. nec artificioso. ¶ Sed in cõtrariũ videt̃ textus ad literam. xxij. q. ij. c. vtilem. vbi sunt verba Hiero. dicentis, vtilẽ simulationẽ in tpe assumendã, & iustos hoĩes aliqua simulare, p tpe ad suã & aliorũ salutẽ. & ibi no. in prima glo. & xxiij. q. j. cap. officij. vbi de
6 quadruplici simulatiõe in prima. glo. ¶ † Vñ cõclusio glo. iuris canonicis ciuilis, & ꝙ simulatio facta ex iusta causa, & non ad decipiendum sed ad præseruandum licita est: dũmodo verbale mẽda. nõ intermisceat̃ expresse: vt in iurib. ꝓ ista parte alleg. & glosis eorum. sed si ad decipiendum, secus. Et ita procedit. c. cauete. Idem si verbale mendacium interueniret per. c. omne genus. all. & . c. nihil. autẽ. xxij. q. ij. all. ¶ Ad rationem autem beati Thomę prædictam, respondet Archi. post Ber. hispani. in dicto. c. vtilem. d. q. ij. quòd quantũ ad hoc inter facta & opera, est differentia: quia opera nõ sũt instituta ad signãdũ conceptum animi. & ideo si opere suo animum alicuius nõ intellexeris, hoc est potius ex industria sua, quàm ex significatione operum ad hoc non deputata. Et ideo nõ peccat q opere dissimulat ex iusta causa: vt ĩ dicto. c. vtilẽ. sed de vocib⁹ sec⁹ est: quia sunt ad significandum insti
7 tutæ: & qui signifi. mutat peccat. d. c. is autem. ¶ † Et excusatur quis à dolo adhibito propter vtilitatẽ sequentem. Et ex hoc excusabant quidã Alex. tertiũ de dolo adhibito contra quendam Episcopum simoniacum & soli confitentem: q̄a ei, quòd cum eo dispensaret induxit eum vt coram cardinalibus cõfiteretur. Quo facto eũ deposuit, secundum Archid. Sed non placet quòd bene fecerit delusionẽ promittendo per prædictam. ¶ Item dicit Archid. vbi. s. quòd sic forte excusaretur catholicus, si promiteret saracenis, quòd eorũ sectã sequeret̃, vt ea cognita & considerata post ea illam confunderet improbando. sed dic, vt. s. prox. de alia fictione. ¶ Faciunt prædicta ad excusationem dominorũ Cardinalium qui post intrusionem. Ber. Romæ factam, eidẽ aliquo tempore obedierunt, vt Papæ: vt sub velamine tali possent reperire occasionẽ ꝓbabilẽ securè ab eo recedendi intellige ergo textum istũ de pallio non habẽte mẽdaciũ aliqđ verbale adnexũ ¶ De fictiõe autẽ veritatẽ figurãte, & de intellectu illius Euãgelici dicti, ꝙ habet deũ fixisse, &c. & aliarũ authoritatũ sacrę scripturę, q̄ ad hoc inducat̃, vide p. T. in. q. xj. all. in so. cõtra.

¶ *SVMMARIVM.*

1. *Pallium quibus verbis tradatur? Et qualiter petatur. nu. 4. Et intra quod tempus peti debeat nu. seq. & per quem. 67.*
2. *Papa in gestando pallio prærogatiue. Et ibidem Papam assumptum dici, vt qui confirmatione non egeat.*
3. *Pallium in Papa quid importet? Et quod Papa à nemine iudicetur, si modo in fidem non peccet.*
8. *Amicus ad pallium petendum missus, si in via moritur, quod ad electi mittentis hac vna missione?*
9. *Nuncius ad pallium petendum si mittatur in eius missione quod concurrere debeant? Et quid requiratur vt ipsius procuratorium sufficiens sit? nu. seq.*

¶ CAP. IIII.

AD honorem. ¶ Casus Romanus pontifex semper & vbiq; vtitˀ pallio: alij in eccle. suis & certis diebus tantum. ¶ Secunda ibi: *alij*. & rationẽ diuersitatis reddit ibi: *quoniam*. ¶ 1 † Primò not. in decisa verba, p quę tradiṫ palliũ: vt in gl. j. Ber. & cõiunge not. de elec. c. significasti. in glo. pe. Et quod dicit de tribus festis beatæ Mariæ, dic de quatuor secũdũ Hostiẽ. cui credit Io. And. qa fuit palliatˀ: & qa aliquibˀ plus conceditˀ, vidẽda 2 sunt priuilegia: vt. j. e. c. fi. ¶ † Scdò not. prerogatiuas duas Papæ: qa solˀ semper & solus vbiq; pallio vtitˀ. ¶ Tertiò no. φ Papa ppriè dicit assumptˀ: qa sua electio cõfirmatiõe nõ 3 eget. s. de ele. licet. & iõ hoc verbo curiales vtunt. ¶ † Quartò no. φ palliũ in Papa importat plenitudinẽ ptãtis, q̃ tanta est, φ dũmodo nõ peccet in fide cõtra Deũ, à nemine iudicari pot. xl. di. c. si papa. ix. q. iij. c. aliorũ ei tñ in pctõ, de quo loquiṫ, non debet obediri, dic vt no. de temp. ord. ad aures. de conces. preb. pposuit. Et Hosti. φ ex hac plenitudine ptãtis fuerũt multę solu. quo ad hoĩem: sed quo ad Deũ, ipe nouit, &c. j. de iud. c. nouit. Ipse tñ Papa bene vtiṫ moderamine in hac plenitudine. j. de poeni. cũ ex eo. in fi. ¶ Quintò no. φ licet palliũ in inferioribus à Papa signet plenitudinẽ officij. s. c. pxi. nõ tñ designat in eis plenitudinẽ ptãtis: qa nõ sunt vocati, nisi in partẽ solicitudinis, secũdũ Host. q remittit ad suã. 4 fa. j. de sacra. vij. c. vno. ad fi. ¶ † Queriṫ hic, qualiter peti debet palliũ? dic, φ instãter & fortiter. c. di. c. psta. nisi aliter fiat de grã. De hoc. s. de ele. c. significasti. de postu. bonæ. ij. ad 5 fi. ¶ † Secũdò queriṫ infrà qd tẽpus nũciˀ mitti debet ad petendũ palliũ? dic φ. j. tres menses à die consecrationis numerandos, qd si nõ fecerit, commissa careat dignitate: vt. c. di. c. qm. Nõ quidẽ ipso iure, sed p sniam, secundũ Hostiẽ. hic, & Archi. in. c. qm. alle. Plus dicũt, φ accusatio huiˀ debet institui corã solo Papa, secundũ Hug. & In. qa palliũ snia ferri nõ posset de simo. c. accusatus. & c. sequẽtibˀ. lib. vj. de here. Premissa vera, nisi iusta causa excusaret: qa ex iusta causa daretur sibi annus & plus. vij. q. j. cõstitutũ. lxxv. di. qm quidã. vt pote si mortuo in via nũciˀ, aut infideliter egisset, vel in via impeditˀ fuisset: qa tũc esset ei subueniendũ: vt. j. de pig. c. significante. Faciũt lecta & not. de re iudi. c. cũ Bertoldˀ. Sed cõtra premissa opponiṫ qa Epo ad petẽdũ munˀ cõsecrationis daṫ quinq; menses: vt. c. qm quidẽ. alle. in fi. vel sex. s. ti. j. c. inter. § sed neq;. vt ibi notaui. ergo & archiepo, &c. So. quidã fatetur arg. alij negant, dicẽtes, φ qa maius periculũ vertiṫ in Archiepali officio, minˀ tẽpus daṫ. ar. xlij. di. c. quiescamˀ. in fi. ¶ Dicit Host. φ prima opinio ami. at lrę. c. inter. § neq;. alle. Dicitq; etiã, φ licet hic iste rigor sit scriptˀ, tñ non seruaṫ, & abijt in desuetudine: qa nec Romana ecclesia ipsum seruat 6 ad vnguem. iiij. di. c. in istis. § leges. ¶ † Tertiò queriṫ, p quẽ debet peti? dicit Hosti. φ scdm consuetudinẽ Romanæ ecclesiæ nõ admitteret ad hoc ipse electus: sed petere debet pcur. capituli, vel vnˀ canonicˀ noĩe ecclesiæ. Sed cõtra: qa vbi nulla mora. C. de anna. excep. l. j. ad fi. ff. de verb. sign. l. pupillus. ergo ipse electus nõ debet ppter hoc dignitate carere, cõtra c. qm quidã. Sol. dicit de iure scripto: hoc de cõsuetudine ec- 7 clesiæ Roma. Host. ¶ † Quartò queriṫ. j. q. d tẽpus nuntius petere debeat? dicũt quidã, φ. j. dictos. iij. mẽses debet nũtius petere, aut se presentare. Sed nõ est verũ: qa quidã sunt ita remoti à curia, φ si prima die cõsecrationis suæ nũtiũ mitterẽt, nõ possent. j. ad tẽpus ad curiã peruenire. Host. Daṫ ergo arbitrariũ tẽpus p qualitate tẽporũ & viarũ: vt. s. ti. ij. c. flamˀ. 8 li. vj. cũ ibi no. ¶ † Quintò queriṫ: pone, electus semel infra tres menses nuntiũ misit, ille in via moriṫ, vel infideliter agit, qd ad electi notitiã peruenit: nũquid ex hmõi missione vna excusatˀ in totũ? dic, φ nõ: imo à tpe dictæ notitiæ, φ titiˀ põt cõmodè vel saltẽ infra alios tres menses aliũ nuntiũ mittere debet. ar. ti. ij. c. si electio. lib. vj. & notatorũ. & c. cupien. § ad hoc. in gl. hæc personæ, & si iterũ impediret secundˀ nũtiˀ, teneret modo, quo supra tertiũ mittere, & post tertiũ, quartũ, &c. in infinitũ: donec hoc adimpleuerit: vt. ff. ad tertul. l. ij. § 9 si nume. nõ petierit. & § igiṫ. & p totã. l. Host. ¶ † Sextò queriṫ, quæ debeant concurrere in missione nũtij, qui ad petendum palliũ mittiṫ. dicit Hosti. φ debent in eo quatuor concurrere. Primò φ nũtius ipse mittaṫ. Secũdò φ nuntiˀ missus sit idoneus. de elec. c. causam. Tertiò, φ. j. tres menses sit mis- 10 sus. Quartò φ habeat sufficiẽs pcura. ¶ † Septimò quæritur quid requiriṫ, vt dictũ pcuratoriũ sit sufficiens? dic Hosti. φ primo φ in pcuratorio fiat mẽtio de quatuor concilijs, seu synodis vniuersalibˀ. xv. di. c. sicut. C. de sum. tri. l. fi. & de cõstitutionibˀ siue decretalibus Romanorũ pontificũ. de sum. Tri. c. j. & . ij. ¶ Scdò φ manu ppria mittentis sit subscriptũ. ¶ Tertiò φ habeat pcur. expresse mandatũ hanc fidẽ iureiurando in animã mittentis firmãdi. i. iurandi in animã eius, φ ita credit firmiter & simpliciter. de sum. Trin. c. j. Quartò φ ptãtẽ habeat spãlem petẽdi palliũ. c. di. qm. & c. optatum & infrà tres mẽses petat. ¶ Supple gl. ¶ In gl. ij. ibi: *scena*. Scena erat locus. j. teathrũ ad modũ domˀ cũ puteo, vbi cantabãt comoedi & tragedi, & saltabãt Hystriones & mimi. Et diciṫ à scenos, qd est vmbra: qa locus vmbrosus: qa ibi in vmbraculo latebãt personę, que ad vocẽ recitatoris ad ludos exibãt Fa. no. in aũt. scenitas. vñ Oratius. Poteratq; sine scena duci. ¶ Et in fi. so. ibi. de consuetudine. vel priuilegio. ¶ *In gl. vlt.* in fi. & c. decreto. & iij. q. vj. c. multum stupeo.

¶ SVMMARIVM.

1 *Prælatus extra diœcesim suam num morari possit?*
2 *Consuetudinem generalem dici, quæ in regno seruatur.*
3 *Consuetudine num induci possit, vt Archiepiscopus extra prouinciam suam pallio vti possit? Et an ordinare clericos & suffraganeos suos in aliena prouincia?*
4 *Priuilegium non debet conced., aut concessum effectum sortiri, nisi in necessitatis casu.*
5 *Suffraganeorum consecrationes & clericorum ordinationes de iure extra territorium proprium non possunt. Quum nec in aliena diœcesi celebrare, aut prædicare licet.*
6 *Priuilegium à Papa concessum, qualiter debeat intelligi.*
7 *Dummodo, quid importet?*
8 *Impedimentorum duorũ vno sublato, alterũ nihilominus remanere.*
9 *Pallio extra prouinciam, vt quis vti posset, quæ cõcurrere debent?*
10 *Diœcesanus num alieno Archiepiscopo cõcordare possit, vt in sua diœcesi pallio vtatur,*
11 *Episcopus per alienam diœcesim trãsiens, num possit ibi, vel de diœcesani licentia, suos clericos iudicare?*
12 *Fratres prædicatores & minores super cõfessionibus audiẽdis priuilegiati, an Rectorũ ecclesiarũ parochial. permissiõe. & licẽtia exceãt.*

¶ CAP. V.

EX tuarum. ¶ Casus. Archiepiscopˀ extra prouinciam suã pallio vti nõ potest, etiã si hoc habet cõsuetudo. diuide in duas ptes i prima grã petitio cum motiuo eius. in. ij. exaudirio cum reprobatiõe 1 motiui, ibi *licet autem*. ¶ † Nota primò, quòd prælatus non debet morari extra suã diœcesim: nisi p negocijs ecclesię suæ: & tũc cẽsetur in ea residere. de clerici. resid. c. ex pte. ¶ Secundò no. supbiã plãtorũ, q verecũdanṫ de honore modico non impenso vacan. forsan ingluuie ventris. lx. di. c. añ omnia. 2 ¶ † Tertiò nota cõsuetudinẽ dici gneralẽ, quæ in regno seruaṫ. Alibi diciṫ generalis, q̃ seruaṫ in puĩcia. s. de cõsue. cũ di- 3 lectiˀ. § daṫ puero. ¶ † Quartò no. cõsuetudine indici nõ posse, φ sine licẽtia Papę, etiã de licẽtia inferiorũ ab eo, Archiepiscopˀ extra puinciã suã pallio vtaṫ, licet qdã aliter intelligãt, dicẽtes textũ cõsuetudinẽ appellãtẽ corruptelã, itelligi. de cõsuetudine, p quã sine licẽtia diœcesãi & Metropolitani vellet hoc facere. Sed si cum licentia eorum facere vellet, posset de iure, & fortius de consuetudine, per. capit. sequens. ¶ Item dicunt, quòd in hoc operatur indulgẽtia Papæ, quòd suffraganeos consecrare & clericos ordinare poterit in aliena puincia de

tia de lnĩa solius diœcesani, q̃ aliâs non posset: nisi interueniret lnĩa Metropoli. cũ hoc sit signum prælationis, dicã postea. 4 ¶ † Quintò nota, ꝙ priuilegium non debet concedi, vel 5 concessum officiũ sortiri: nisi in casu necessitatis. ¶ † Sextò not. consecrationes suffraganeorũ & ordinationes clericorũ de iure nõ possunt fieri extra propriũ territoriũ: vt. ff. de offi. procons. l. ij. & de iurisdi. om. iudic. l. vlti. Nec debet exerceri sine pallio. s̃. ti. ij. q̃ sicut § præterea. ¶ Septimò no. ꝙ in aliena prouintia, vel diœcesi non licet celebrare vel prędicare. vij. q. i. c. Epi. ix. q. ij. c. nullus primas. vj. q. iij. scriptũ. & hoc 6 sine lnĩa diœcesani. ¶ † Octauò nota, ꝙ licet Papa det priuilegium, vult tñ ꝙ intelligatur sine præiudicio alterius. j̃. de 7 offi. ordi. licet. & de offi. deleg. super eo. ¶ † Nonò not. de dictione dũmodo, qualiter facit modum, seu conditionem, quã necesse est adimpleri. s̃. e. ti. c. j. & c. vl. in 6. de electione. quia diligentia. & c. cũ inter canonicos. in fi. de ęta. & qua. cũ contingat. ff. de offic. ordi. ꝙ sedem de elec. coniuga. Ioan. de vsuris. c. cũ tu. Sed qñq; aliter sumit̃, vt. j̃. not. in glo. quarto. 8 li. vj. ¶ † Vndecimò no. ꝙ sublato vno duorũ impedimẽtorũ aliud nihilominus remanet. Sic. j̃. de fil. presby. c. ij. de priuile. c. pasto. de sen. excõ. cũ ꝓ causa. ff. de serui. vrb. prędi. l. si domus. Hîc enim erãt duo impedimẽta: vnũ q̃a pallio extrà prouintiã vti nõ poterãt: aliud, q̃a non poterat cõsecrare, vel ordinare in alia prouintia sine lnĩa illi⁹, ad quẽ pertinet: sicut 9 nec iudiciũ exercere. ix. q. ii. c. nullus. ¶ † Vndecimò not. requirit cõcursum triũ casuũ simul, vt pallio extrà prouintiã vti possit. s. papale priuilegiũ, permissio ei⁹, ad quẽ pertinet, & ꝙ causa necessaria subsit. ¶ Vltimò no. qualiter priuilegiũ ambitiosum est restringendũ, de quo not. s̃. e. tit. j. c. vlt. Inn.

¶ PRIMO quęrit ibi: *dum modo*. Quid si clausula ista non esset adiecta isto modo, nunquid posset tunc pallio vti sine licentia? & c. dicit Inno. crederem ꝙ sic, vel verius dicit Inno. ꝙ lnĩa de qua loquitur clausula dummodo, non refertur ad vsum pallij, in quo priuilegiata sed ad consecrationẽ, vel ordinationem, in quo non priuilegiatur.

10 ¶ † SECVNDO quærit vtrũ diœcesanus possit dare licentiã Archiepõ alieno vtendi palleo in diœcesi sua? distingue, q̃a aut iste diœcesanus est Eṕs habens Archiepm̃ suprà se: & iste non põt dare hanc lnĩam sua auth. cum sit signum prelationis. j̃. eo. c. nisi. & c. sequenti. nisi esset Eṕs exemptus secundũ Inn. Et hoc verũ: nisi interueniret etiã lnĩa Archiepi sui Metropol. Aut est Archieṕs, & tunc possit. Alij dicunt, ꝙ nec Archieṕs, nec Eṕs de lnĩa Archiepi potest hãc lnĩam dare non habent super hoc priuilegiũ à Papa. Et hoc puto securi⁹ ꝑ textũ istũ. Facio enim differentiã inter ordinare, cõsecrare, celebrare, & c. hmõi ex parte vna, & pallio vti ex altera Nam priora generaliter conceduntur: licet in fauorem aliorum restringant. Cui fauori possunt renuntiare quorũ interest. ff. de mino. l. si index. Sed vltimũ non concedit gñaliter, sed limitatiuè, & sub cõdictione & modo. Et ideò vltra, vel prẹter nihil põt. Itẽ in primo casu nõ datur ptãs, sed cõsensus In scđo casu darei ptãs non solũ consensus: quæ tñ potestas non põt dari ab alio, q̃ à Papa. fac. no. j̃. de pœni. c. omnis. in glo. executionẽ. & quod ibi notaui. & de iure patro. c. vt constitutio. in glo. hîc addit. ver. puto tamen. in cle.

¶ TERTIO quæritur ibi: *is ad quẽ ecclesia pertinet*. quis est iste? dicit Hostiẽ. ꝙ quo ad vsum pallij censeri debet ille, ad quẽ partium vsus pallij. s. Eṕs. Et secundum hoc priuilegiũ de per se: aliàs nõ sufficeret, sed quo ad cõsecratiões & ordinationes ad Eṕm Diœcesanũ recurrẽdũ est: q̃a ad eũ solũ. facit de tempo. ord. cum nullus. lib. vj.

¶ QVARTO quęrit ibi: *nos tibi de spãli gratia indulgemus*. vtrũ ista indulgẽtia sit realis, sic ꝙ ea vti possit Archieṕs Cõpost. odierulis. Dicit Io. And. inspiciẽda verba priuilegij: & in dubio recurrendũ ad Papã: vt. j̃. de offi. ordi. c. ordinarij. So. si verò. li. vj. Sed cessante dubio, distinguat̃, vt. j̃. de offic. 11 deleg. qm̃ Abbas. secundũ eũ. ¶ † Primò inducit hæc decre. ꝙ Eṕs transiẽs ad aliã diœcesim, non põt ibi suos clericos iudicare etiã de lnĩa diœcesani: ꝑ ea, quę dixi. s̃. in. q. ij. & hoc tenet Philippus. Ratio sua est: q̃a ille diœcesanus subditos istius Epi trãseuntes iudicare nõ possit: ergo nõ dare lnĩam alteri iudicandi. Sed Hosti. tenet cõtrariũ. q̃a de permissu talis diœcesani posset hmõi Eṕs transiens subditos illius diœcesani excõicare, iudicare, & ordinare. ix. q. ij. c. iij. & c. non inuitam. & in alijs iuribus superi⁹ alleg. igit fortius suos proprios. Ibi enim fit duplex grã, videlicet ꝑsonarũ & loci: hîc verò vna sola. s. loci tantũ. vide de hoc. j̃. de offi. deleg. c. nouit. sup. j. gl. Et faciũt q̃ dixi. s̃. q. ij. Nã hîc nõ dat ptãs, sed po 12 testatẽ habẽti dat locus seu consensus. ¶ † Secundò inducit̃ hæc decre. secundũ Boat. ad quæstionẽ fratrũ prędicatorũ & minorũ, videlicet ꝙ licet super audiendis cõfessionibus priuilegiati existant, vt eas audire possint, requirat̃ lnĩa rectorũ parochialiũ ecclesiarũ. De quo in gl. excõicatiõi. alle. Remittit Io. And. ad ea, quæ legunt̃ & notant̃. j̃. de sepult. c. dudũ. in cle. vbi hoc est expeditũ. ¶ Supple glo. ¶ In gl. ij. ibi: *rationali*. erat ornamẽtũ sacerdotale. s. pãnus quadrãgulus, ad latitudinẽ palmi, & hñs. xij. lapides fixos. & hæc verba inscripta manifestatio & veritas, & de hoc ꝑlenè Exo. xxviij. ꝑ totũ. ¶ Et ibi: *infula*. fortè mittra. In his enim nõ designat̃ plenitudo officij: sicut in pallio. Et in fine. s. dic, vt ibi. ¶ In gl. iij. in fi. sed id contingit rõne mittentis. Mittit enim à Principe, & ideo iurisdictionẽ volũtariã exercet, etiã anteq̃ perueniat ad prouintiã sibi decretã: vt. ff. de legat. l. sicut legatus. j̃. de offi. deleg. c. excõicatus. Goffre. Ved dic secũdũ Hosti. ꝙ in eo & similibus nulli fit pręiudiciũ: hic secus: q̃a istud signũ, q̃d dat intelligere, ꝙ locus in quo talia portant̃ insigna, iurisdictioni subiaceat. ¶ *In glo. iiij. in fi.* vbi de hoc. & c. di. c. fin.

¶ CAP. VI.

CVm sis. Non summat̃: q̃a pars hui⁹ est de cõsecra. ecclesiæ vel altaris. c. cũ sis. ¶ Forte interpretabant̃ aliqui, ꝑ ecclesias ꝓuintiæ, intelligi solũ cathedrales: q̃d dubiũ remouet ista decretalis expositione. ¶ *Solennibus*. de materia. s̃. c. ad honorẽ. *Pontificii*. i. põtificalis officij. s̃. e. nisi. *Liberius*. & liberè vbicũq; Dicit Hosti. ꝙ istud restringitur ad quatuor ꝓuintiã, ecclesiam, missam & certos dies. Etiã Archieṕs extrà ecclesiã sub pauillone in prouintia celebrans, ibi palleo vti nõ poterit, etiã si haberet priuilegiũ, ꝙ vbicũq; vti posset. Per q̃d colligit̃ opinio Phi. q̃ dicebat in c. s̃. ꝓxi. ꝙ verbũ indulgem⁹, ibi ponebat̃ propriè. Dicebat enim ꝙ de iure cõi Archieṕs mutatus vtit̃ pallio in missa extra ꝓuintiã, vt hîc: dũmodo diœcesanus consentiat: vt ibi. Et ideò quantũ ad hoc impropriè ibi ponit̃ secũdũ eũ. Dicit tñ ꝙ propriè ponit̃ quo ad ordines, vel cõsecrationes faciendas & de subditis suis ꝓprijs in ꝓuinciali alie. sed non valet primum: vt ibi dixi in. q. ij.

¶ CAP. VII.

QVia nos. ¶ Aliâs, tua nos. non eget summa. ¶ *Tue*. iste Archiepš fortè non libenter palliũ induebat. ¶ *Sandalys*. dicit Pet. ꝙ sunt calciamẽta purpurea, vel depicta, quibus vtunt̃ Epi. ¶ *Quoniam*. ij. & tertiã nõ habemus, sed remanserũt in antiqua. Pe. ¶ Qualiter licet epõ in aliena diœcesi celebrare, habes in prima glo. Ber. dicit Inno. ꝙ etiã de lnĩa sacerdotis curati põt etiã solẽniter in parochiali ecclesia dũmodo sine pontificalib⁹, celebrare: aliàs secundũ Inn. nõ debet facere sine lnĩa Epi, qñ videlicet vult ordinare, vel eṕalia exercere. Pontificalib⁹ enim alter vti nõ pñt Epi: nisi super hoc essent priuilegiati. j̃. tit. j. ad suppletionẽ secundũ eũ. dicit Hosti. ꝙ gñalis cõsuetudo obseruat ꝙ etiã cũ pontificalib⁹ & sine lnĩa pñt Epi in alienis diœcesibus celebrare, & etiã prędicare: nisi ꝓhibeant̃ specialiter. Quod dic, vt plenè no. j̃. de hęreti. c. excõicamus. & de priuile. c. ij. iij. gl. põtificalib⁹. in cle. Indulgeas verò, q̃ iurisdictiõis sunt, nõ pñt, nisi subditis dare. de pœni. c. iiij. ix. q. ij. c. j. & seq. iũge lecta & no. de priui. c. fi. li. vj. vide q̃ s. ripsi in cle. quãuis. de so. cõpe. i. v. q. priuilegij. ¶ Sed qualiter sol. quę. quarta? vide gl. Ber. vlt. q̃ pl⁹ placet Host. q̃ dictũ Inn. q̃ dixit

ꝙ ex quo non potest vti pallio, nisi in solennibus: ergo non poterit vti cũ pro defunctis celebrat: cũ nõ fit solennitas. Dicit enim Hosti. ꝙ de solennibus nõ præmisit, sed de diebus. Tenet ergo quod glo. Ber. & fatetur ꝙ consuetudo non habet hunc casum in priuilegijs exprimi. Et dum allegat glos. Ber. de priuileg. §. de terra. melius allegaret. c. sequẽs. quod incip. porrò. Io. And. & non plus de isto titulo &c.

De renuntiatione. Rubrica.

¶ Supra de modis ius in prælatura acquirendi vidimus: nũc de renuntiatione, quę est modus ius huiusmodi amittendi, videamus. De materia. vij. q. j. & . ij. xvij. q. ij. de rescript. c. ad audientiam. ij. quod me. causa. Abbas. cum sequen. de fer. c. fi. de app. quianos. de voto. c. per tuas. de simo. c. ex insinuatione. Itẽ Io. And. hic inducit multos casus speciales. de materia loquẽtes, quos habes de rescrip. c. ij. de cleri. egro. ex parte. de his, quę fi. à ma. par. cap. ex ore. de crimine. fal. c. fin. de rescrip. susceptum. lib. vj. de elec. vt quis duas. & . c. si electio. & . c. quãuis §. cœterum. lib. vj. de offi. leg. c. pe. eo. li. de rescri. c. gratię. in cle. de appel. quãuis. j. & . ij. de pœnis. c. multorum §. sanè. Quorum inductioné magis laboriosam, quã velem causa breuitatis obmitto.

Literas. ¶ Hic Innoc. nil notat. ¶ *Insufficientiam*. ex senectute prouenientem. ¶ *Immeritum*. i. non meritum tanto regimini. Sed. xvj. dis. c. nec meritis sumitur pro valde merito. & . ff. de re mili. l. nec desertoré §. qui militię sumit pro stipẽdiario tẽpore schismatis. Alex. iij. de pœna commeatis tempore belli. C. de cõmer. j. lib. xij. nominis. qa nobilis districtus & potens. ¶ *Vigor*. vide Val. lib. viij. de senectute. ¶ *Victori*. datur suspendium etiã si non vincat. ff. man. Salarium §. sumptus. Vinc. ¶ Ad fi. gl. fi. Ber. adde concor. j. de apo. quidam. C. de emen. insti. C. l. vna. in prin. j. de bap. maiores. ver. sed adhuc. in glo. secundũ Host.

¶ *SVMMARIVM*.

1 *Beneficio si quis abiurauit, an si post huiusmodi abiurationem mandet Papa Capitulo, vt abiurantem huiusmodi ad beneficium recipiat: an inuitum capitulum teneatur ipsum recipere?*
2 *Renuntiatio generalis qualiter in singulis abesse poss?*
3 *Quæstio. B. Bosqueti paulo immutata de duobus in dota inæqualibus, qui inter se iuramento interposito pepigerunt.*
4 *Stallum vnde dictum.*

¶ *CAP.* I.

quòd dispensare possit, si per illam non sit alteri ius quæsitũ sed si per illam constitutionem Episcopalem esset ius alteri quæsitum, dicit quòd Episcopus eam tolleret. De quo videtur textus, licet illum non alleget, in.c.vestra. Alleg. ¶ Et ita per hoc in effectu dictum Inno. quantùm ad hoc enumerare videtur: sed non volendo dictam additionem & Archidiaco. defendat, posset ad dictam rationem contrariam dici. hoc modo: videlicet ꝙ inter ex toto & in parte, non est fortior, nec eadem ratio. Nam licet existentia statuti à potestate Episcopali dependent, hoc tamen ꝙ statutum ipsum, quã diu existit, cõmuniter & indeficienter & sine acceptione personarum, liget, dependet à iure communi: vt dicto ca. cum omnes tollendo illud ex toto, vtitur sua ordinaria potestate: nec per hoc in aliquo contra ius commune attẽtat: sed disponendo cum vna singulari persona, ne statuto in sua efficacia remanente, ab eo eximatur: acceptat cõtra ius commune. de quo in dicto.c.cum omnes. Præterea, quia ꝙ cõtraria cõtrarijs tollantur, & eisdem causis dissoluantur. &c. non est contra naturã, nec contra ius: vt infrà de regu. iur. omnis res. Sed quòd causa in sua efficacia manente, applicataq; obiecto rectè dispositio ei debitè præsentato suspendenda, & eius effectus: ne in illud agat: & difficilè, & contra naturam, quam tamen ars imitatur. Instu. de adop. §. minorem. sicut videmus, quòd prælatus qui statim potest excommunicare, & statim absoluere: & tamen excommunicationem non potest tenere in suspenso: vt patet ex lectis & notatis Innocen. infrà de appell. prçtereà. Sic testator licet suam dispositionem: quæ pro lege habetur in auth. de nup. §. disponat. tollere possit, ff. de adi. leg. l. iij. in fi. C. de testa. l. sancimus. & instit. quibus modis testa. infir. §. posteriorem. tamen non potest ordinare, quod voluntate sua efficaciã habente, suspendatur, vel impediatur eius effectus in parte: videlicet quòd hæres non capiat certam quotam: vt. ff. de regul. iur. l. ius nostrum. Facit C. vt in po. leg. ca. l. scire. secundo responso. ¶ Et verè fateor hunc passum, non esse sine dubio. Sed dicta aditio communiter alleg. Et verisimile est, quòd sit vltima ratio magis sequenda: vt. ff. de legi. non est nouum. infrà. de consti. c. j. lib. vj. Verum nihilominus Ioan. Andr. qui hanc quæstionem plenè disputauit. infrà de regul. iur. libr. vj. regul. cuilibet. alleg. ibi determinauit contrarium. Ibi vide, quam opin. sequitur dominus Pampillonẽ. & credo quòd de facto seruetur:

10 ideò securior est. ¶ †Qualiter autem Episcopus potest statuere contra canones, & qualiter statuta sua, vel suarum prçdecessorum, aut consuetudines tollere: non est bene propè hîc tractandum: sed intendo Deo propitio hæc examinare in.c. vestra. alleg. Qualiter autem Episcopus statuens incidere possit in poenam statuti sui, dixi infrà de consti. vt animarum. lib. vj. in tertia quæstione.

11 ¶ †SEPTIMO quæritur, qualiter dispensatur in poenis pro delictis infligendis? Aduerte. Dicit Innocẽ. prout refert Ioã. Andr. & credo, ꝙ habuit ab additione: quia non habeo in Innocentio meo: quòd licet in eis infligendis qualitates personarum, & multa alia sint attendenda: vt. ff. de poenis. l. aut facta illisq; inspectis, aliquando minor poena imponenda sit: non tamen dicitur per hoc dispensatio facta: quia de iure communi sic inferunt: vt. ff. de his, qui not. infa. l. quis ergo. §. poena. & eod. tit. si post. Et hoc etiam inde apparet secũdum eum: quia post sententiam non potest illam diminuere. ij. qõ. iij. c. Euthemium. §. not. Item proprietatem dispensationis tollit hoc, quod hodie omnes poenæ sunt arbitrariç: vt not. s. de consti. c. j. secundũ Inno. ꝙ propriè aliqñ de dispensatione, Episcopus non põt dispẽsare in delictis. Sed propria materia est in. c. at si clerici. ideò ibi remitto: quia ibi dicam. ¶ Quæro ibi: *suspendimus*. quare pro tot & tantis delictis tam modica poena imponitur ei? Dicit Innocẽt. hîc in gloss. fin. ¶ Hæc est ratio: quia nũ fuit ad hoc actum contra istum Episcopum: vt not. de hoc suprà de elect. per inquisitionem. Vel misericorditer egit cum eo dominus Papa. Fuit enim sponte confessus. xv. qõ. vlti. c. j. & c. si quis.

¶ Supple gloss. In glo. prima. ibi: *in postulandum*. dic, vt infrà de postu. c. vno. lib. vj. Vel si elegerunt. nec hîc quçritur de viribus electionis. Et in fi. quia erat in minoribus tantũ. suprà de elect. dudum. j. In gl. ij. ibi: vnus ordo. sup. satis. In gl. ibi: *quod quidem*. s. P. Hyspani. & Innoc. Et ibi: *nuper*. responderi posset ex not. j. de elect. cop. §. coeterum. lib. vj. In gloss. est ergo & ibi Tanc. & Bart. Brix. l. dist. in summa. Et ibi: minor & in summa. Et ibi: *in criminibus*. adulterio & minoribus. Et in fin. Pet. de sanxona. infrà de præbend. exposuisti. tenet, ꝙ Episcopi dispensant, vbi non prohibentur. & remittit ad casus not. j. qõ. vij. §. nisi. Exprimit tamen ibi, quòd dispensat in beneficio & ecclesia: vt ibi in duobus simplicibus. de electio. dudum. ij. Item in casibus de cleri. cõiug. c. sanè. de çtat. & quali. prætereà. de iudi. at si clerici. Et cum illegitimis. qđ dic, vt dicto. c. vno. de fil. presb. lib. vj. & in casu decre. quisquis. de elect. & c. peñ. eo. tit. & de voto. c. j. & de cleri. pug. c. j. Et cum clerico imolante idolis. l. dist. presbyteros. Et cũ vendente vasa sacra, vt remaneat in ordine. l. dist. presbyter. ¶ In gloss. *hic habes*. ibi: *de rebus*. dic vt ibi. Et ibi: *Salamtanæ*. Dic vt ibi not. & lxxxvj. dist. an putatis & infrà de regu. iur. quod quis. libro. vj. & in fine. de his. suprà eodem. ad aures. in gloss. ij.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Episcopus, num semper dispensare possit cum subditis, dum requirit necessitas: vel suadet euidens ecclesiæ vtilitas?*

¶ *CAP. XVI.*

CONSULTATIONI. ¶ Casus. Ordinatus ad sacros extra tempora statuta ordinem recipit: & post poenitentiam cum illo dispensat Episcopus.

¶ Expone literam. *quos*. s. ordinatos extra tẽpora statuta. *Poenitentia*. Dicit Goffr. ꝙ quia hîc est mandati transgressio, & in transgressione mortaliter peccatur: ideò de iure communi executio ordinis non habetur: licet habeatur caracter. ideo dicit sustinere poteris secundũ eum, imposita & peracta tota vel eius parte. s. eo. ex tenore. ¶ Opponitur de. c. cum quidam. suprà eod. ¶ Qoidam dicunt vt refert Innocẽ. ꝙ id quod fecit hîc Archiepiscopus, fuit de speciali mandato Papæ. Vel dic, ꝙ ibi loquitur de subiectis suffraganei cum quibus non dispensat suffraganeus, qui delinquit: nec Archiepiscopus: quia non sunt subditi sui. hîc verò de subditis proprijs. Ideò exponunt hîc, ꝙ eos. scilicet tibi subiectos immediate. ¶ Alij dicunt, quòd loquitur hîc de dispensatione facienda cum subditis proprijs ab alijs Episcopis ordinatis de mandato sui Episcopi. Ibi verò loquitur de ordinatis à suo proprio Episcopo, qui quia delinquit, non dispensat: vt dixi suprà. Vel dic secundùm Hostien. quòd suo iure hîc Archiepiscopus cum suis proprijs subditis à se ordinatis dispensat. ¶ Sed dicit, quòd oportet dicere, quòd ipsum Archiepiscopum hoc casu iusta ignorantia excuset: vt. j. tit. ij. c. ij. Vel vrgeat necessitas, aut suadeat vtilitas euidẽs ipsius eccle. Ad hoc. s. de elec. cũ nobis olim. & c. in cũis in fi. Et hoc verum nisi ipse Archieps in ordinatione deliquisset. ar. j. de cleri. cõiug. diuersis. de dona. inter. vir. & vx. & si necesse. Vel nisi Papa tulisset sententiam: aut sibi dispensationem reseruasset. suprà proxi. in fin. & c. literas. in fi. Aliter dispensare suo iure nõ posset: nisi sibi specialiter committeretur. Sic intelligit. c. cum quidam. alleg. & dicit hoc tenendum, quicquid notarunt in summa. eo. titu. §. fin. versu, per

1 prælatum. Ac †si velit dicere Hostiẽ. quòd Episcopus dispẽsat cum subditis semper: dum hoc requirit necessitas, vel suadet euidens vtilitas ecclesiæ nisi proprium delictum, non habens iustæ ignorantiæ excusationem: aut specialis reseruatio vel prohibitio ipsum excludat. ¶ Sed vbi Papa sententiando, vel aliâs dispensationem sibi reseruauit. vel nõ subest talis neces-

lis necessitas, vel vtilitas: tūc nō dispensat Episcopus: nisi specialiter sibi cōmittatur. Vult dicere secundo, quòd hîc excusaba tdelictum iusta ignorātia & vrgebat necessitas: aut exposcebat vtilitas ecclesiæ dispensationem. Sed in cap. cum quidam. totum econtra. Sed in primis quantùm ad doctrinam præmissam, remitto ad ea quæ scripsi. suprà capi. proximo. super prima oppositione. & dic vt ibi.

¶ Quantum verò ad solutionem oppositionis, opponitur, quia nō videtur hîc posse allegari iusta ignorantia in facto proprio. Dicit Hostien. quòd imò: quia fortè simplex fuit quæ in ecclesia ipsa initiauit, & Episcopus non diligēter inquisiuit. Vel quia in diuersis ecclesijs diuersis temporibus ieiunantur quatuor tempora. maximè in mense septembris. videlicet in Lugduneñ. Vienneñ. Ebreduneñ. & Vapinceñ. ecclesijs: in quibus licet satis sint vicinæ, diuersa est consuetudo. Vieneñ. enim prætendit festum beati Mauricij patroni sui & Vapinceñ. beati Arnulphi, quod corporibus illis occurere. De quo vide not. Ioā. Andr. de obseruat. ieiunij super rubrica. Et ad ad cognoscend. quatuor tempora ponit Hostien. hîc, vers. Vult Crux, Lucia. ciuis de Carisma. Dya. vt det vota pia, quarta sequens feria. ¶ Et his sabbatis quatuor temporum & sabbato mediæ quadragesimæ, & sabbato sancto, & his diebus tantùm non obstante contraria consuetudine, sunt sacri ordines conferendi: vt. suprà. c. j. & . ij. De alijs minoribus habes. eod. tit. . c. tertio De prima tonsura Dicit Hostien. hîc, quòd quolibet die conferri potest: quia Canones de illa certum diem non exprimunt. & quia si de generali consuetudine obseruatur. argumē. eius quod legitur & notatur. infrà de æta. & qualita. cùm contingat.

¶ Sed contra dictam solutionem dices illam diuinare: quia hîc textus nihil aperit de ignorantia iusta. Solu. dico quòd concordātia iurium sit recipienda. infrà de electio. cum expediat. lib. vj. vt hic. c. cum illo. c. cum quidam. Vt concordetur. Oportet intelligere hoc. c. extra Casum. c. cum quidā Modo. c. cum quidam. loquitur in Episcopo, qui in promotione scienter deliquit: oportet ergo intelligere hoc casum, in casu alio: videlicet cum Episcopus in nullo deliquit: vt suprà in solutione tertia proximè præcedenti. Aut in casu in quo ignoranter delinquit: vt. s̄. eo. c. j. licet enim ignorantia talis non excuset in totum, excusat tamen aliqualiter. Dixi suprà eo. ad aures.

¶ Supple gloss. In glo. vlti. ibi: *ad consultationem*. Simile, ꝙ nn. de fil. presby. ex tua. Distinctionem, quam ponit hîc. Henr. ponam infrà titulo . ij. capi. ij. sed illa non est scribenda, vt ibi dicam.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Conscientia rectæ bonum, quod hoc in vita summum est, perditur propter reatum.*

2 *Probationes iudiciales rem notoriam facere. Et num inter notorietatem iudicialem & alias differentia sit? nu. seq.*

4 *Criminosus nō notorius post peractā pœni. vel ipsius partē: sine dispensatione aliqua in susceptis ordinibus ministrare ad superiores ascēdere potest. Et quid de notorio? nu. seq.*

6 *Crimen enorme, in quo impediat criminosum? Et quid de peccato mortali ante pœnitentiam? nu. 7. Et an quo ad ea, quæ hic dicuntur, medium sit inter occultum & notorium? nu. 8.*

9 *Criminosi occulti etiam mediocres vel ante pœnitentiam peractam in susceptis ordinibus ministrare, vel ad superiores ascendere, non sunt de facto prohibendi.*

10 *Peccator mediocris occultus post peractam pœnitentiam citra dispensatio. & notorius pœnitens dispens. Papa obtenta, exceptis prohibitis casibus in susceptis secure ministrant ordinibus: & ad maiores etiam promouentur.*

11 *Homicidium, num sit periurio maius? Et homicida peracta pœnitentia, in susceptis ordinibus ministrare, & ad maiores ascendere possit? nu. 12.*

13 *Criminosi notorij, cur ab ordinibus abstinere debeant?*

14 *Crimina mediocria, quænam sint?*

15 *Peccatum quodlibet mortale, num efficiat, vt propter id ipsum liceat subditis a proprij sacerdotis officijs abstinere?*

16 *Dispensatio non solet homicidis impertiri.*

17 *Criminosi mediocris, qui nec pœnitentiam, nec eius partem egit, quale sit impedimentum?*

18 *Accusationi, num sit locus, post legitimam accusationem?*

¶ *CAP. XVII.*

QVæsitum. ¶ Casus. Occultus criminosus propter homicidiū, post pœnitentiam in susceptis ministrat: & ad superiores ascendit. Communis diuisio. secunda. ibi: respondemus.

¶ Expone literam. *Adulterij*. hîc exēplificat mediocria, excludens vnum de his, vt enorme. in versu, pręter. Host. Et. j̄. an possunt sine dispensatione post pœnitentiam in susceptis ordinibus ministrare, vel ad maiores ascendere? ¶ *Monendi*. à suis confessionibus, & in occulto. *Diuini iudicij*. i. perpetuę damnationis. *Susceptis*. etiam quasi diceret non solum debēt ad superiores ascendere, si tamen hoc facerent Caracterē reciperent: dummodò forma seruetur, & vera sacramenta conficiant. xix. dist. scd̄m. j. q. j. dominus. & . c. ꝙ quidam. & not. infrà niu. ij. c. j.

1 ¶ † PRIMO not. ꝙ pro reatu quis bonum rectę cōscientię perdit: qđ tamē sūmum bonū est in hac vita, quo ad esse: quare respondet, nec verba nec faciem hominis pertimescit. xj. quæstio. iij.

2 ¶ † SECVNDO not. ꝙ probatiōes iudiciales faciūt rem notoriam. Cōcor. j̄. de verb. sig. c. cū olim per. c. in fin. Licet alibi tex. videaī requirere cōfessionem, vel sñiam, aut euidentiam rei. j̄. de coha. cleri. c. vestra & . c. tua. in fi. & hîc notare videtur Ber. in glo. ij.

3 ¶ † TERTIO no. ꝙ nō reffert inter notorietatē iudicialem aliâs. cuius cōtrarium videtur notasse. Inn. s̄. eo. ex tenore ad fi. magnę glo. ver. sed si aliter sit notorium.

4 ¶ † QVARTO not. ꝙ istud est regulare, ꝙ criminosus nō notorius post peractā pñiam, sub. vel partē pœnitētię sine dispensatione aliqua pōt in susceptis ordinibus ministrare, & ascendere ad maiores: vt. s̄. eo. ex tenore. quam intelligūt Pe. & Abb. in omni crimine mediocri occulto.

5 ¶ † QVINTO not. ij. regulā ꝙ criminosus notorius nō pōt, seu debet de iure etiā post peractā pœnitentiā, videlicet absq; dispensatione legitima in susceptis ordinibus ministrare nec ad superiores ascēdere, à cōtrario huius literę. Quod ar. fortè est dixi. s̄. de elect. publicato. quā regulā intelligunt Pe. & Ab. in omni crimine mediocri notorio, & talē criminosum ꝓpter dispēsa. sibi necessariā & . c. irregularē appellāt.

6 ¶ † SEXTO not. tertiā regulā, ꝙ crimē enorme, siue est homicidiū, siue notoriū, siue occultū, siue ante peractā pœnitentiā, impedit criminosum, ire, videlicet absq; dispensatione legitima posit in susceptis ordinibus ministrare, vel ascēdere ad maiores. Et istā regulā intelligunt Pet. & Abb. in omni crimine enormi. Et dicunt, ꝙ de homicidio hîc solū dictū est exēpli cā. ar. alleg. semper. de vi & vi ar. l. j. § qđ vulgo.

7 ¶ † SEPTIMO not. scd̄m Pet. & Ab, in fi. text. quartā regulam. s. ꝙ omne peccatū mortale notoriū ante pœnitentiā, facit hominē irregularē, ne posit in susceptis ministrare vel ad superiores ascēder, qđ satis est dubiū, quo ad cōtentiosum, seu publicā repulsionē. Nec placet do. Pāpill. ar. lxxxj. di. c. j. & . j̄. de iureiur. sicut nostris. Intellige ergo istā regulā de omnibus criminibus accusatione & dānatione dignissimis, de quibus loquitur Decretalis.

8 ¶ † OCTAVO not. inter notorium, & occultum quo ad præmissa, non esse medium: quia textus non dicit occulta fuerint. ¶ Sed dicit notoria non fuerint. & tamen manifestum facit membrum inter illa: vt dicam in capitulo

9 vestra. Allega. ¶ † NONO not. quintam regulam.

quod criminosi occulti etiam mediocres etiam ante peractam pœnitentiam, si velint in susceptis ordinibus ministrare: vel ad superiores ascendere, non sunt de facto prohibēdi, sed monendi: vt hic in fi.

10 ¶ † Et vt omnia comprehendas, scire debes quod Hostien. sic summat istam decretalem, cum materia sua mediocris peccator occultus post peractam pœnitentiam sine dispensatione aliqua. & notorius pœnitens obtenta dispensatione Papæ exceptis casibus prohibitis. & in susceptis securè ministrant ordinibus & ad maiores etiam prouehuntur pro hoc l.di. de hijs verò. j. de biga. qa circa. de cleri. cōiu. sanè. ij. no. inno. s. ex tenore. pro isto primo dicto fa. no. Inn. de schis. c. j. § quo ad executionem. vers. alij tamen criminosi. & c. vbi dicit, quod adulteri, fines periuri, & huiusmodi: licet propter peccatum non debeant celebrare, quādiu sunt in peccato: tamen nexibus non habent ligatam executionem sui ordinis: quin quandocunque egerint pęnitentiam sine alia recōsiliatione liceat eis exequi ordinem suum: Salua tamē distinctione, quam ipse ponit. s. eo. ex tenore. Et idem Hostien. & archi. l. di. de his gl. Et licet secus in notorijs, dispēsat tamen ibi Episcopus no. Inno. & Hostien. in cap. ex tenore. & patet. j. de iudi. at si cleri. Enormes vers. sine dispensatione Papæ, exceptis concessit: nec ministrare debent: nec ascendere ad maiores: vt isto. c. § cum his, quæ ibi no. fa. j. de eo, qui fur. ord. re. cap. j. de cleri. non or. mi. c. ij. impœniten. autem bonum conscientiæ perdiderūt. primo responso ideò monendi sunt & obtestandi ab his, quibus suas conscientias denudarunt, ne ministrent, etiam in susceptis. In iudicio autem contentioso cogi non possunt: sed suæ conscientiæ damnabili, si non acquieuerint relinquūtur: vt hîc, & infrà. de cohabi. cleri. & mulie. c. si. secundū Hosti.

11 ¶ Expeditis notabilibus ad oppositiōes accedo. hîc † enim innuitur homicidium esse maius periurio. contra quod opponitur de. c. ille. xxij. qō. v. ¶ Sed solue, vt ibi not. & intellige idem de alijs enormibus, de quibus dixi. suprà de renunt. nisi § propter conscientiā. secundùm Hostien. Petr. & Abb.

12 ¶ † SECVNDO: opponitur, quòd videtur, quòd, homicida etiam post pœnitentiam peractam posit in susceptis ordinibus ministrare, & ascendere ad maiores: quia omnia delentur per pœnitentiam. de pœniten. dist. & quantúlibet. & c. quāobrē. xxxij. qō. j. ꝑ autē, in fine. Non enim est obnoxius eccle. qa peccatū est occultū: vt. xxxij. q. v. Christia. Nec Deo propter pœnitentiam, quam suscepit. & hoc concedit simpliciter Vinc. Saltem quo ad celebrationem & vsum ordinum susceptorum. Caput verò, miror. l. distin. loquitur in manifesto homicida voluntario. ¶ Archidia. verò l. distin. de his verò dicit, ꝙ licet sententia Vincent. aliquibus dura videatur, potest intelligi esse vera, vbi homicidium est occultum, & homicida egit dignam pœnitētiam. & est secum per Episcopum dispensatum. Quod dicit satis posset colligi ex dicto Lauren. & Io. de conse. dist. c. j. in gloss. sed mirum. Host. verò in summa de homicid. § qua pœna vers. sed & secundum Canones. Dicit quòd homicida ipso iure patitur pœnam irregularitatis: vt infrà de homici. c. petitio. Et ideò quantūcunque pœnitentiam egerit, nec promouetur nec suscepto ordine vtitur vt hîc, &. j. de accusa. inquisitionis. ¶ Prętereà valde videtur aduersari opinioni Vincē. cap. istud hîc: cum dicit: præter reos homicidij &c. Dicit hic dominus. H. quòd licet dicta opinio Archidia. sit satis probabilis: tamen sententia Hostien. est tutior. Et ideò quia agitur de periculo animæ, est sequenda infrà de spon. iuuenis. & de homicid. ad audientiam. Et ista opinio est communis, quam tenet hîc Io. and. vt dicam. infrà in quinta questio. ad fi. Sed quo ad beneficium retinendum, vide not. infrà. c. inquisitionis. alleg. in princip. vbi dicit, quòd homicida non potest retinere beneficium, maximè cui adnexus est ordo, etiam post peractam pœnitentiam. l. distin. miror. infra de pœnis. in quibusdam. Ratio quia qui non debet exercere officium, non debet percipere beneficium: vt leg. & nota. infrà. de cleri. coniugat. quod ad te. & c. diuersis fallacijs. & idem de canonijs, quibus personatus est annexus: vt præpositus Archidiaconus & similes. suprà de elect. cū in cunctis § inferiora.

13 ¶ † Expeditis oppositionibus, ad quęstiones accedo, & quęro primò, ibi: *notoria*. quæ est ratio secūdæ regulæ traditæ in quinto notabili: videlicet, quòd notorij criminosi debent abstinere ab ordinibus & c. quòd hoc est propter scandalum vt. l. distin. de his verò. Idem not. Innocē. suprà eod. ex tenore. in gloss. magna. versu, nam si capiti. Et ex dicto verbo, *notoria*. Arguit Hostien. à contrario, quòd si sunt notoria de iure, vel de facto: quod dic, vt not. c. vestra. alleg. sine dispensatione non possunt assequi primum vt sacrum: patet infrà de biga. quia circa Dicitq; Hostien. quòd in talibus & minoribus regulariter dispensant Episcopi, non vbi prohibetur: vt. c. at si cleri. § de adulterijs. alleg.

14 ¶ † SECVNDO quæritur: quia loquuti sumus toties de criminibus mediocribus, quæ sint illa? de quo tetigi suprà eod. ex tenore. Dicit Hosti. quòd omnia mortalia dicuntur mediocria. remittit ad not. sua in summa de pœniten. § de quibus peccatis. sub § quæ autem, sunt peccata mortalia. Dicitq;, quòd illa satis colligi possunt. xxv. di. § nunc autē. aliâs incipit criminis. Sed nō placet domi. Pampillon. quia imò secundùm eum loquitur ista decretalis & sibi similes: nisi de criminibus accusatione & damnatiōe dignis. vt. lxxxj. di. c. j. & c. sicut nostris. Alleg. quid ergo dicendum? Dic vt scripsi suprà eo. ex tenore. & c. at si clerici. alle. in. iiij. q.

¶ TERTIO quærit ibi. *impediri*. de quo impedimēto loquitur? dicit A Egi. & etiam intelligitur quo ad se: quia aliter incongruè fuisset exceptum de homicida: cùm etiam ille ex quo occultus est quo ad alios non debeat impediri dicit autem Inno. hîc quantum ad hoc, ꝙ licet isti post pœnitentiam. licitè ministrent, & sine peccato, tamen ante pœnitentiam non ministrant sine peccato.

15 ¶ † QVARTO, quæritur vtrum pro quolibet peccato mortali notorio liceat subditis à proprij sacerdotis officijs abstinere? dicit Inno. quod sic: hoc modo: si nullum inde perueniat scādalum. Et si hoc facit subditus parrochianus, vt rector, peccator rubore confusus, pœnitentiam agat sed dicit. quòd si inde peruenturum scandalum timeretur: vel si faceret, quia crederet sacramenta esse minoris efficaciæ, hoc non liceret vt. c. vestra all. secundùm Inno. & Hosti. qui remittunt ad no. in dicto. ca. vestra. dicit dominus Pampil. ꝙ sunt sacramenta q̄ nō cogor recipere à rectore meo sicut missa: in his seruet opinio Inno. alia. quę cogor, & c. sicut cōfiteri Et in his secus. Item dicit, ꝙ licet tales prohibeantur à sacramentis ordinum habentibus executionem: secus ab alle. sicut est communio corporū Chri. Item dicit. econtra, ꝙ subdito criminoso occulto non debent denegari prædicta: nisi esset manifestus qui detegi posset. de conse. di. ij. non prohibeat Remittit ad not. in cap. vestrum. all. & . j. de offi. or. si sacerdos & de simo per tuas. & capitulo tanta. & infrà de or. ab Episcopo. c. si.

¶ QVINTO quæritur ibi: *qui si pœnituerint*. de quib⁹ intelligit ista litera? dicit ꝙ de de periurijs & alijs mediocribus peccatoribus occultis. Hosti. Sed Io. de al. intelligit hoc de homicidis, quibus immediatè permissum est. d. ꝙ etiam illi, ex quo occulti sunt, monendi sunt, sed non prohibendi. de simo. ex tua. all. fa. iura, quæ probant, quòd ecclesia non iudicat de occultis. xxxij. di. erubescant. cum si.

16 Et si quæras, quid ergo speciale in homicida. Responsio, quia cum alijs licet manifestis dispensatur: cum isto non: vt dicto. c. miror Dicit Io. an. verius esse, quòd homicida licet occultus, celebrare non debet: nec promoueri: si tamen celebrare vult non potest prohiberi. vnde differt ab alio criminoso: quia alius occultus post pœnitentiam sine peccato ministrat & promouetur, homicida verò occultus licet prohiberi non possit, tamen etiam post pœnitentiam sine peccato, nec administrat, nec promouetur. dixi suprà in secunda oppositione.

¶ Sextò

17 ¶ †SEXTO quæritur ibi: *impedıri*. quod, seu quale est impedimentum criminosi mediocris, qui non egit pœnitentiam: nec pœnitentiæ partem: nunquid est suspensio iuris? & talis, quòd contra eam absque legitima dispensatione celebrans sit irregularis, tali irregularitate, super qua non posit alius dispensare, quàm Papa iuxta cap. cum æterni. in fin. de re iudic. libr. vj. & c. cum medicinalis. in fin. de sent. excommu. eod. libr. Quidam dicunt omnes indifferenter ante pœnitentiam esse suspensos suspensione iuris. ¶ Sed distingunt, quia quædam est suspensio, quæ de per se, & immediatè descendit ex crimine: sicut est in criminibus enormibus: sicut sunt homicidę & simoniaci in ordine. Et isti celebrãn. sine dispensatione sunt irregulares, & suspensionem à qua prouenit huiusmodi irregularitas, appellant suspẽ. censurę. Et dicunt. quòd istam sicut & peccatum necesse relaxari: vt. c. cum desyderes. infrà de sent. excommu. Alia est suspensio non descendens directè & immediatè ex crimine: sed ex infamia: vt in mediocribus notoriis. Quod enim hoc faciat ipsa notorietas, ac infamia inde procedens, & scandalũ inde descendens, dixi suprà in prima quæstione. Et patet, quia cessante notorietate cessat prædicta suspensio censuræ. & quòd non habet tantũ effectum, quòd contra eã celebrãn. sint irregulares. ¶ De concubinatu publico relinquunt sub dubio ꝑpter notata. xxxij. distin. § verũ dicit dominus Pampiloñ. ꝙ si extra cõsilia & iudicia tenet cõtra prædicta opinionẽ in vna disputatiõe videlicet ꝙ in nullo crimine, saltẽ ꝙ ab eccle. & eius cõione nõ excluderet: & in quo à iure cõmuni, vel speciali nulla sententia excommunicationis, vel suspensionis esset lata, & etiã specialiter in homicidio & simonia commissa in ordine, cadit talis iuris suspẽsio, quę censuræ dici debeat, seu cuius effectus in celebrante aduersus eam, si irregularitas, de qua suprà, non credetur iure se esse hęreticum. Et idem in illegitimo dicit & in corpore vitiato. Credit enim quod homicida, simoniacus in ordine illegitimus, & corpore vitiatus, de facto promoti, & verum ordinem habentes, licet executio debeat de facto esse suspensa, celebrãdo licet contra iuris prohibitionẽ faciant nouam irregularitatem non incurrunt. sed quia homicidę & simoniaci illegitimi, aut corpore vitiati: sicut alij irregulares: quia ista à iure positiuo procedunt. Not. Innocen. suprà de renũ. nisi cum pridem. & est expressum. infrà de senten. excomm. is qui. in fine primi responsi. Et tamen non reperio in iure hoc expressum: ergo nec pœnam argu in authen. de trien. & semiss. § consideremus. Nec obstat. c. cum æterni. & . c. cum medicinalis. quia ibi est expressum: & loquuntur de suspensione censuræ. Sed in istis secus: imò quasi non reperies, quòd in istis canones vtantur verbo suspentionis: licet bene prohibeant, ne tales celebrent, seu promoueantur, vel ministrent. ¶ Prætereà ex hoc sequeretur absurdũ, videlicet, ꝙ quoties homicida celebraret toties esset irregularis: & per cõsequẽs esset necessariũ, ꝙ petẽs sup homicidio dispẽsationẽ à Papa obtineret etiã dispẽsationem super omnibus celebrationibꝰ quas fecisset: nec aliter dispensatio valeret: ꝙ esset grauè. Fatentur tamẽ Hostien. Inno. Io. and. Ioã. Cald. Ioã. de lignagno, & Pau. esse contra.

18 ¶ †SEPTIMO quæritur, an post dispensationem legitimam sit locus accusationi? Bernard. hîc in gloss. sic. infrà de simonia. versu: *quia de eo*, tenet quòd non. Ioã. And. remittit ad not. j. de simo. c. de his. ¶ Dicit dominus Hen. aut est cũ tali dispensatum publicè, & sup crimine publico: & tũc sit locus dictæ gloss. Bernard. argu. infrà de fil. presbyte. ex tua. de schisma. fraternitatis. & de accusa. de his. Aut est dispensatum cum eo in occulto: & tunc adhuc potest accusari: vt ca. admonere. xxxiij. qõ. ij. & not. Spec. titu. de lega. in princi. § finalis. vide de hoc. de purga canon. ex tuarum. Et quod not. Hostien. in Summa. tit. de diuor. § quot modis. versu, sed nunquid dignè pœnitens, & quòd not. ipse. H. infrà de diuor. gaudemus. § qui autem. & de hoc per Innocent. j. de elect. dudum. ij.

¶ Supple glossis. In gloss. *sic patet*. ibi dicit dominus. I. Paral. xxvij. & xxviij. c. Et ibi: *Prophetæ*. ante hãc prohibitionem homicidæ prohibiti erant: quod dic, vt not. xxj. distin. c. j. in gloss. *si infra de simonia*. ibi: *exequantur*. Remittit Ioan. Andræ. ad plenè dicenda per eum infrà de schisma. cap. primo. ¶ In gloss. vltima ibi: *confessionem*. Habebit ergo occultus peccator non solùm Episcopo, sed etiam testibus, per quos dispensationem probare posit prodere crimen suum de quo. I. di. ex pœnitentibus.

De scrutinio in ordine faciendo Rubrica.

Continuatio. Dicto de ordinandis, quia ordinandi, examinandi sunt: ideò sequitur rubrica &c. ¶ Et est duplex scrutinium vnum, quod habetur ante ordinationem, cuius forma habetur hîc. xxiij. dis. qui Episcopus. & c. seq. & xxiiij. di. per totum. & lj. dis. qui aliquo.

¶ *SVMMARIVM.*

1. *Indignum quem non noueris, dignum æstimes.*
2. *Malus semel, an semper malus præsumendus?*
3. *Leges in homine duas.*
4. *Idoneitas in homine duplex. Et harum vtra in homine præsumatur?*
5. *Inquirendum de quo sit, vbi de beneficiis adipiscendis, vel personis sublimandis, per quas ecclesia regi debeant, vel de huiꝰ actibus occultis agitur?*
6. *Diuitiæ, quæ plerũq; ad personæ dignitatem faciunt, an præsumatur?*
7. *Quæstio super facto domini Cardina. Hedaen.*
8. *Familia genus quoddam societatis, & eius naturam sapit.*
9. *Nomina in lis finita, quid important: & quid in osus, & bundus?*
10. *Qualitas rei non mutatur, & si res in aliam speciem transferatur?*
11. *Dispositio facta de rebus incertis sub certa qualitate demonstratis, extincta naturæ qualitate, materia forma manet.*
12. *Dispositio super rebus relata ad personas, sub certa qualitate demonstratas, non vitiatur qualitate mutata, vel extincta.*
13. *Causa legis, quanam cessante, dicatur lex cessare?*
14. *Metropolitanus si super indignitate denuntiata, nolit audire, nisi publice proponatur, quod occulta sit, quid iuris?*

¶ *CAP. I.*

EX parte. ¶ Casus. Episcopus interrogatus in scrutinio Episcopi ordinandi, respondere potest illum dignum si nouit illum indignũ. In prima decisa con solo: in secunda respondeo. ibi: *fraternitati*. In qua priò ecclesiæ Rom. morem inducit. Secundò respondet, responsum moderatur, & moderatum declarat. partes in textu patent.

¶ Expone literam. *Fraternitati*. Per hoc patet, quòd Episcopo loquitur, qui fortè habebat ex consuetudine respondere in scrutinio Episcopi ordinandi. Prior. scilicet tempore vnde etiam, si eodem die plures fuerunt promoti: ille dicitur prior inter illos eiusdem ordinis, qui prius in sede ponitur. infrà de maioritate & obedien. cap. primo cum suis concordan. Hostien. *Diaconorum*. qui Archidiaconus dicitur. Olim enim Diaconi vnum eligebant ex se, quem Archidiaconum nominabant: presbyteri vnum, quem Episcopum nominabant. xxiij. distinctio. legimus. ¶ Et an prælatio illa esset in noĩe tantũ, ibi plenè not. *Assistit*. attẽdit ergo ptãs assistentiũ triũ. *Postulat*. in persona ecclesię loquitur. Ad omnes.

xl.distinct. ante omnia. *Presbyteratus*. respicit, quod dicit Diaconum. *Vel Diaconatus*. respicit quod dicit subdiaconum. De ipso verò subdiaconatu non fiebat tale scrutinium vt puto: quia primitiua ecclesia non fuit sacer.

¶ *Illum*. ordinandum per se præsentatum. *Non credimus*. ergo nec nos credere debemus. xxiiij. q. j. hęc est fides. *Conscientiam*. hoc solet esse contrarium. & ratio quare Hosti. *Responsione*. ad interrogatioẽ. l. Metropolitani. Episcopum consecratis. *Cognoscis*. Sic ꝙ te remordeat cõscientia de hoc. suprà de rescript. cum contingat. & non intelligas de illo qui scit, vt sacerdos. de pœni. omnes. in fi. Io. Andr. *Priusquã*. fit hoc, vt vitetur scandalum elect. Est enim malum aliquẽ diffamare. vj. q. j. ex merito. & .ij. c. seq. *scrutinium*. De multiplici significatione scrutinij, not. j. de Capp. mona. c. ij. in gloss. j. & de elect. c. ij. libr. vj. *Secreto*. s. in pœnitentia, si sit occultum: ne proximus diffametur. de sent. excõm. cum non ab homine. vj. q. ij. per totum. ergo licet deuiare à consuetudine Romanę ecclesiæ. de hoc. j. titu. proximo. c. j. ¶ † Nota id, ad quod continuò illa gatur quòd illum, quem indignum esse non noueris, dignum debeas æstimare. Concordañ. sunt in vltima gloss. Bernard. Facit, C. de inoffic. testa. l. si quis filium. & . ff. de fideius. li. l. Thais ancilla. § sorore. & . j. de iudi. cum deputati.

¶ † Opponitur contra dictum notabile. Primò de regula, semel malus. j. de regul. iur. libr. vj. cum suis concord. libro vj. Sol. aut subest aliqua causa probabilis præsumendi bonũ & tunc istud præsumã. vt puta: cum subest præcedens bonitas: vt. ff. de re mili. l. non omnes. § à barbaris. Aut nõ subest aliqua causa probabilis præsumendi bonum: sed subest causa aliqua probabilis præsumendi malum, puta præcedẽs malicia: maximè in eod. genere mali: & tunc pręsumã malum: vt dicta regula, semel malus. cum concor. Ratio huius: quia ex præcedentibus in sequentibus præsumimus & in bonum vt. j. de præsumpt. c. ex studijs. Et in malum. eod. titu. c. scribam. & ibi not. Aut non subest aliqua specialis causa pręsumendi bonum, vel malum: & tunc in dubio pręsumam bonum quadam bona & pia præsumptione naturæ, quæ declinat in partem meliorem. ff. pro soc. l. meritò. & de dona. inter vir. & vxor. l. Quintus. & . l. etiam. Et vide super hoc not. per me post Cy. in dicta regula, semel malus. & Bart. ff. de accusa. l. si cui. § ijdem. Facit hene not. contra. j. de præsumpt. sicut noxius. in distinctione, quam ibi ponit super gloss. fin.

¶ SECVNDO: opponitur. quia vbi subest maior ratio præsumendi malum, quàm bonum: mali pręsumptio est recipienda: vt patet ex solutione pręcedentis oppositionis. Sed videt, ꝙ in dubio fortior præsumptio pro malo vrgeat, quã pro bono. Nam humana natura de facili labitur ad delicta. In auth. Mona. § si verò is. coll. j. Facit quod ait Seneca in lib. naturalium quęstionũ, vbi dicit. Virtus de facili est inuentu rectorem ducẽq; desyderat, & sine magistro, vitia discuntur. Item facit: quia ex nobis mali scimus. & diuina gratia boni sumus. Item facit pro hoc fragilis & humana conditio naturæ pręsumentis. Nam adeò corrupta est, quòd mala potius præsumit, quàm bona. vnde sapientię. xvij. dicit. Semper enim pręsumpsit sęua cõturbata conscientia. Quæ verba sunt Ioã. mona. quasi ad literam In. dicta regula, semel malus. Coadiuuat, quia cessante ratione & c. suprà de elect. post translatio. & ibi dixi. Modò dic mihi vnde insurgit hæc naturę pręsumptio bonitatis respondebit, vt puto cum Hosti. qui sic respõdet, videlicet, ꝙ quia homo fuit creatus plenus virtutibus, & certè illam fateor: sed dico, quòd licet in Adam antequã laberetur, & in paradiso, hęc ratio locum haberet: tamen post peccatum Adę, tam in ipso, quàm in omnibus ab eo descendentibus propter labem cõtagionis originalis peccati ipsius Adę: per quod dictę virtutes createę destructę sunt: cessare videtur prędicta ratio. ¶ Solu. dicit Hosti. referens se ad vltimum dictum, quòd per sacramentum baptismi fit reparatio destructionis antedictę. suprà de sum. trinita. firmiter. In eo enim confertur gratia. de conse. distin. iiij. c. ij. Et ideò cum cõstet semel reparatus, adhuc pręsumitur talis, nisi probetur destructus. Ad hoc. C. de proba. l. siue possidetis de quibus leg. materia quantũ facit ad propositum, dixi satis in dicta regula semel malus. Manet ergo secundùm Hostiẽ. heres Dei qui semel fuit. arg. ff. de mino. l. ait prętor. aliàs incipit, & si sine. § placet. Alij autem, nisi refectio probaretur, pro præcedenti destructione pręsumeretur: vt infrà de testibus. c. testimonium. ¶ † Verum aliter & coadiuuando clarius, dico, duas in homine esse leges. scilicet rationem & censualitatem vt infrà de sac. vnct. c. vno. § ea verò. versu in vertice. Et dicit Apostolus ad Rom. vij. c. *Et video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & me captiuantem in legem peccati*. quę dicitur concupiscentia potentię sensitiuę & carnis. Et patet: quia de illa suprà locutus fuerat Apostolus. Et de ista lege ipsa inclinat naturaliter ad peccatum: prout scribit beatus Tho. in prima secunde. quęstiõe. lxxvij. articulo prime. iuxta id: concupiscentia subuertit cor tuum. Dañ. xiij. Et de hac loquitur Ioã. epistola prima. c. ij. ibi Omne quod est in mũdo, concupiscentia scilicet carnis est, & concupiscentia oculorum, superbia vitę. & Iac. iiij. vnde bella & lites in vobis: nonne ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris: concupiscitis: & non habetis. Et ista est illa humana natura, de qua loquuntur dicta Ioã. monach. allegata. Alia verò lex rationis naturalis, Apostolus appellat legem mentis. ad Roma. vij. ibi: *repugnantem legi mentis meæ*. Et de ista potest intelligi, quod scribitur ad hebręos. viij. cap. Dabo leges meas, in mente eorum, & in corde eorum scribam eas. Et habetur. xix. q. ij. duę sunt exponendo leges. id est instinctus rationis naturalis, prout exponit Archid. in. c. duæ. allega. Et quod scribit Apostolus ad Romañ. viij. c. v. Sic inquit: cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Et recitatur in. c. duæ sunt. Alleg. Et de hac lege non possunt intelligi dicta Io. monach. alleg. quia secundum ꝙ dicit Philosophus: recta ratio semper deproperat ad optima hæc autem. lex rationis naturalis, & ipsius appetitus, superior est ad aliã legem, quę dicitur cõcupiscentia & appetitus sensitiuus, ideo dicit philosophus. iij. de anima, quod appetitus rationis mouet appetitũ sensitiuum, sicut in corporibus cœlestibus sphera mouet spherã. ¶ His suppositis: dico quod præsumi debet præsumptione naturæ. vbi de contrario verè vel præsumptiuè non appareret, quod voluntas inter has repugnantias habeat liberum arbitriũ eligendi. xlv. di. de iudæis & de pœ. d. ij. si enim iniquit, eligat potius ad partẽ legis superioris, quàm inferioris, rationis, quàm sensus rectitudinis, quàm in discretionis saluationis, quam damnationis primò, quia omnia entia ex naturali eorum inclinatione volunt bene disponi. scribit philosophus. xij. methaphi. in fin. Bene autem non disponitur homo si contra, naturæ ordinẽ pars inferior superiori dominetur, si sit distortus, si sit malus caret si functione suę potẽtiæ & proprietatis principalis.

¶ SECVNDO facit etiam: quia omnia entia naturaliter bonum appetunt. scribit Philosophus in procemio Ethi.

¶ TERTIO etiam facit, quod verisimile est, quod volũtas catholici hominis, quę pręsumitur à fidei lumine, saltem aliqualiter illustarta præsumitur, & in dubio salutis, quã habere debet secundum fidem suam, & lege Euangel. esse memor. & nolle facere actum ad suam damnationem de directo tendentem: vt. C. ad leg. Iuliam repe. l. vlti. ibi, cum dicit neminem diuini timoris in contemnendo iureiurando arbitramur esse immemorẽ: vt saluti propriè nullum commodum anteponat

QVARTO hoc idem persuadeo sic: quia quandoq; duę aduersę circa idem veniunt ad conflictum in dubio debemus pręsumere, quòd maior & potentior vincat. iuxta illud vulgare. potẽtibus pares esse non possumus. ff. de alie. mu. iur. causa fact. l. tertia. Si constat, quod lex mentis superior ma

rior, maior, & potentior est: vt patet ex dicto Phil. tertio de anima. supra per me alleg. Ergo cum ambæ istæ leges, quasi duæ aduersæ potentiæ circa idem veniunt ad conflictum vi delicet ad inclinandum voluntatem humanam, ad finem suum in dubio præsumi debet, quòd plus moueat & imprimat dicta lex mentis & rationis quæ est potentior & maior, cuius tamen semper finis est ad optima deproperare vt secundùm Philoso. dixi suprà facit quòd quis habet eligere inter duo, quorum vnum est sibi vtile, & aliud nedum inutile, sed aduersum: verisimile est, q. eligere velit vtile. & declinare aduersum. homo enim simplex, imò magis stultus inuenitur, qui in publico inuentario contra se scribi aliquid patitur. C. arg. tu. l. fi. ar. ff. proba. l. cum de indebito in fi. cum si. Non est obmittenda causa alia adhuc impuniens, videlicet Dei in Catholico præueniens & præseruãs. sed hoc Theologis pro nunc remitto. Et per hæc est soluta opinio. ¶ Iunge tamen omnino, quæ scripsi in procemio in. iij. oppositione principali.

¶ TERTIO opponitur: quia si quis electus fuerit ad prælaturam curam animarum habentem, confirmator etiam si nihil contra personam obijcitur, non ob hoc debet statim pro persona præsumere: sed potius inquirere, & se informare suprà de elect. c. cum nobis olim. § his igitur. in prin. & c. nihil
4 circa principium. & eo. ti. si fortè. li. vj. ¶ † Soluunt quidam sic: quia duplex est idoneitas: vna est intrinseca: cum qua homo nascitur & ista præsumitur, sicut bonitas castitas, iusticia & cæteræ huiusmodi idoneitates: vt hîc. & j. de præsump. dudum de cõse. di. ij. quæris § difficilimã. Alia est idoneitas extrinseca, quæ per laborem acquiritur. & ista non præsumitur. Et ideò super ea fit examinatio: vt in cõtrarijs ista solutio est vera in se, & satis sufficiens ad. l. iij. C. de his, qui ve. æta. impe. vbi loquitur de ætate probanda. ad contextum literę. c. si fortè. alle. Sed non sufficit ad dissolutionẽ iurium aliorũ ideo Io. monach. in. dict. c. si fortè dicit sic vbi nihil habeo facere cum aliquo, debeo præsumere ipsum idoneum: nec debeo inquirere de conditionibus suis. ar. C. de commer. mer ca. l. mercatores. ff. de quæst. l. j. § qui quæstionem. de iuri. & fac. ign. l. iniquissimũ. Sed vbi volo sibi filiam dare sponsam i. hanc ecclesiam: debeo inquirere de idoneitate ipsius. argu. ff. de reg. iur. qui cum alio contrahit. ff. de re. nup. l. generali. & l. qui liberos. & maximè quo ad ea, quæ in iure exprimũtur. s. de elec. cum in cunctis. & e. ti licet. li. vj. & . j. de æta. c. eam te. sic procedunt iura pro cõtrario allegata. ar. de elec. c. quoniam. lib. vj. secundum dominum parisieñ. in. c. si fortè alle. ¶ Sed certè ista solutio videtur facere contra istud. c. de directo: quia volens dare ordinem, ordinando, debet præsu-
5 mere bonum vt hîc dicit. aũt. † Hosti. hîc, quod vbi agitur de beneficijs adipiscẽdis vel de personis sublimãdis, per quas ecclesiæ regi debeant, vel de occultis hominum actibus, in quibus ecclesiæ non imminet euidens periculum, si qua præsumptio est contra promouendum, vel oritur aliquod dubium de hoc specialiter inquirendum est. infrà de fil. presbyterorũ. cletras. Sed si nulla sit specialis contraria præsumptio, semper iudex examinationem faciet generalem: vt dicto. c. nihil Examinatiõe verò facta, si nil mali reperitur, semper bonus præsumitur. Per superiorem tamen apparentiam, præsumũtur interdum precedentia mala. ¶ Pro quo infrà de spon. is, qui suprà de elect. innotuit versu parentes. ¶ Remittit ad summam suam eod. titu. § quæ sit forma. Et ista est vera solutio, sic declarando eam. ¶ Nam in promouendo ad ordines fit bene debita inquisitio duplex. ¶ Est enim ibi scrutinium vnum, qd præcedit ordinatione: & in illo fit debita inquisitio. xxiiij. q. j. quando Episcopus. ¶ Aliud est scructiniũ, quod fit in ipsa pręordinatione: & hîc non fit inquisitio, nisi verbalis, & ad solennitatem: quia propter pręcedentem inquisitionem ac electionem & confirmatione præcedentem, in quibus etiam inquiri debuit, pręsumitur tempore ordinationis, ꝙ sit idoneus: vt hic.

¶ QVARTO, quòd non pręsumatur quis idoneus:
6 probatur per. l. ex persona. C. de proba. vbi † patet quòd diuitię, quę faciunt plerunq; ad personę idoneitatem, non pręsumuntur, sed ꝓbantur. Dicit Hosti. quòd homo ad tẽporalia nascitur nudus. Iob. j. c. & . xlvij. distin. sicut. vnde adhuc talis pręsumitur nisi probetur vestitus. maximè, quia diuitię, quę accidentales sunt, de facili assunt. Sic procedit semper de ma. conue. l. j. § si magistratus. & § j. vt omnes obe. iudi. collat. v. Et hoc verum, nisi probaretur quis semel fuisse soluendo: quia tunc semper præsumatur: vt. ff. de priuileg. cred. l. si creditores. in fi. Item potes etiam saluare ista contraria, & illud de. iij. C. de his quæ ve ætat. impe. secundum solut. primam datam suprà ad oppositionem proximam præceden. Et hoc tamen videlicet de ętate habes per Henricum. infrà de probat. post cessionem. dist. ij.

¶ QVINTO opponitur de. c. cum desyderes. § feriæ. infrà de spon. iuuenis. xxx. q. v. aliter. & c. nostrates. & de consecra. distin. iiij. per multos. Et præsumitur qoibus non institutus Canonicè, nisi hoc probet. j. de præbend. c. dilecto. & de insti c. tertio ¶ Hostien. Bernar. concordans dicit, quòd quando quæritur de salute animæ, in dubio consulitur peccatori. Idem vbi imminet periculum participationis, vel mali exempli, aut scandali: quia aut præsumitur peccator, ne periclitetur anima, & ipsius remedium negligatur, vt ibi iuribus proximè allegatis pro contrario. ¶ Sed vbi quæritur de personis in iudicio puniendis, semper præsumuntur bonæ nisi euidẽter probentur malæ, vt. C. de probat. l. fina. & lxxvij. dist. si quis. Idem vbi agitur de ordinatione personæ quæ iam in priori inquisitione idonea est reperta. vt hîc.

7 ¶ † Expeditis expositionibus, nũc accedo ad qõnes: & occasiõe horũ, quæ dixi in dissolutione priæ & quartæ oppositionis subijcio vnã quæstionem, super qua fui statim consultus, per dominum Cardinalem Hedueñ. Licet enim alibi melius caderet: quia timui, quòd per oblitionem à me euanesceret & quia cum nunc labor vidẽdi inerat. eam posui hîc de quo veniam peto. ¶ Ecce factum: dominus Clemens Papa septimus modernus die vicesima prima septembris anno. lxxviij. pontificatus sui anno primo: reseruauit omnia beneficia familiarium commensalium dominorum Cardinalium, quocunq; tempore assumptorum, vel assumendorum. hoc supposito: B. quondam familiaris commensalis domini quondã Bo. mẽdiñ. Cardinalis Morieneñ. obtinens parochialem ecclesiam de nouilla, adhuc viuente: fecit re. do. G. Papa. xj. volens repatriare & sua beneficia visitare, recessit de Auinionẽ. & de domo & de mensa dicti domini Cardinalis pro eũdo ad visitandum dicta beneficia sua: & de licentia camerarij dicti domini, cum proposito citius quàm posset commodè expeditis suis negotijs, redeundi: tunc dominus esset absens in quadam legatione, & dictum familiarem vnà cum alijs mandasset, pendente sua legatione, esse Auinioni in dicta sua domo expensis suis. sub regimine dicti camerarij, donec redijsset: redeunteq; dicto domino Cardinal. de dicta legatione ac dicto. B. adhuc stante in beneficijs suis in partibus. Creatus fuit dominus Clemens prædictus in Papam, & fecit reseruationem de qua suprà ipsis domino Cardinalis & B. prædictis adhuc viuentibus. & dicto. B. dictam ecclesiam obtinente postque ipso. B. non redeunte ad dominum Cardinalem, obijt Auenio. dictus domi. Cardinalis dicto domino Clemente existente in fundis. Deinde post dicti domini Cardinalis obitum, dominus. B. reuersus ad curiam exponensq; domino nostro, quòd familiaris fuerat commensalis dicti domini quondam Cardinal. tempore sui obitus & tempore quo rotulus familiarium eiusdem, de eius adhuc viuentis mandato compositus fuit confectus. quódq; propter sui absentiam omissus fuerat poni in dicto rotulo. Obtinuit ab e. d. n. vnam gratiam, vt familiaris cõmensalis quondã dicti domini & sub data rotuli prædicti domini, vigore cuius fuit aliud beneficium assequutus: & posteà extra Ro-

IVdæorum. ¶ Casus. regimen eccl. minori. xiiij. an. committi non debet. ¶ Diuide literam in tres partes. Prima ponit exordium & causas mandati. Secunda ponit mandatũ. Tertia comminationem irritationis & pœnæ Secunda ibi: *volen*. Tertia ibi: *scituri*. ¶ Expone literã iudæorũ. potest componi ex in, & Decus decoris & tunc penulti. syllaba corripitur vel ex in, & decor decoris. & tũc penultima syllaba producitur vnde versus. Hũc homines decorant, quem vestimenta decorant & vltimo modo solet pronunciari. Host. *præsumatis*. vbi fieret dispensatio ex causa non esset præsumptio: nec fieret tũc id incautè. ȝ. de elect. nihil est verũ. quò. l. si secus. Hostien. *Præsuppositis*. conferendo parrochiales ecclesias, vel personatus impuberibus, vel puberibus minoribus. xxv. sine dispensatione facta ex causa rationali. Hostien. Tu dic. vt. ȝ. eodem capit, vno. lib. vj. Ioan. Andræ.

¶ PRIMO no. quòd In decorum est. &c. vt in pri. literæ. Sic insti. de excu. tu. § minores. &. C. de legatis. l. vltima. ff. de adult. l. sic eueniet vnde 1 † Socrates. Stultum est, vt alijs imperet, qui sibi imperare non potest. Et hoc est contra præ- 2 latos, qui vt scribit † Bernard. ad Euge. talibus ecclesiarum regimina, quibus custodienda, non committerent poma sua.

3 ¶ † SECVNDO not. quòd præsumitur contra minores, quòd careant discretione: vt. j. de delic. pu. capitulo primo. vnde Aristoteles tertio Ethicorum. Nemo iuuenes eligit duces eo quòd non constat esse expertos.

4 ¶ † TERTIO not. quòd in eligendo personas ad regenda beneficia ecclesiastica & publicas administrationes, duo debent principaliter ponderari, videlicet morũ honestas & discretio. vnde quantumcunq; sit aliquis scientię etiam eminentis, nunquam dignus est promotione, si deficit in vitæ honestate. Nec vnquam est expediens, si caret discretione. & tamen his duobus simul concurrentibus facilè super alijs dispensatur argu. suprà. de renun. nisi cum pridem. §. pro defectu. Experientia autem longa, quæ rerum est magistra, causat discretionem: vt in authoritate. Phi. allegata. Fa. infra de electio. quam sit. lib. vj. in princip. Et istud est quod solent allega. in Romana curia illiterati contra literatos volen. se, & sibi similes erigere, ac literatos tanquam indiscretos repellere. sed malè arguunt: quia prædicta procedunt in casibus, in quibus constat de eorum discretione & de indiscretione literarum. In dubio enim super plus debet circa discretionem pro literato præsumi: quia duæ potentię videlicet naturalis & artificialis per literarum studium acquisita simul concurrunt fortiores debent præsumi, quàm vna sola. argu. infra de treu. & pa. capitulo primo. & in authentica de consanguinitate fraterna in principio columna quinta.

5 ¶ † Vnde dominus Ioannes Nicoti Doctor Legum maximus qui postquam legerat. xxiiij. annis & vltra, factus fuit Aurelianen. Episcopus, & optimè rexit, per. x. annos & vltra, & adhuc bene regit: interrogatus à quodam quomodo tam bene regebat respondit & bene, quòd hoc didicerat à legibus Imperialibus, in quibus omne bonum regimẽ continetur. Et saltem talibus potest optimè replicari, quòd hæc duo videlicet vitæ probitas & discretio animi naturalis ad regendum prælaturas, quarum prælati ex officio tenentur prædicare verbum Dei. & respõdere de nouo & veteri testamento, audire & decidere causas, maximè spirituales, non sufficiunt nisi vltra concurrat scientia literarum: vt satis patet ex not. Innocen. supra. de fide. catho. firmiter. & de elect, cum in cunctis. Non ergo debent tales fieri Archidiaconi, & minus Episcopi, aut superiores prælati: licet de facto contrarium obseruetur: quod cedit in damnationem animarum, destructionem ecclesiarum, offensam Dei, & vniuersalis ecclesiæ detrimentum. arg. ȝ. de elect. nihil in princip. Et prohdolor, hoc minus in præsenti schismate exprimitur.

6 ¶ † QVARTO no. resumendo principium decretal. quòd valde est in decorum, quando in prælatura sedet ignarus: quæ indecentia vtinam promouentium, vt non promouerent: & promouendorum, vt non ambirent nec reciperent tales promotiones, animos penetraret.

7 ¶ † QVINTO not. quòd infrà. xiiij. annum Episcopi non possunt etiam dispensatiuè ecclesias conferre minoribus. xiiij. annis. quod est notabile secundum Inno.

8 ¶ † SEXTO not. quòd minoribus. xx. annis, maioribus tamen. xiiij. personatus & ecclesiæ conferri possunt.

¶ SEPTIMO not. quòd collatio ecclesiæ vel personatus facta minori. xiiij. annis, irritanda est. Et ita videtur, quod non sit irrita ipso iure.

¶ Opponitur contra tertium notabile, quòd imo ponderari debeant tria simul. s. scientia, mores, & ætas. j. eo. c. proxi. &. c. cum in cunctis. in prin. allegato nepotulis enim & affectis domesticis non debent dari beneficia. no. Ioan. mon. de verbo. significat. lib. vj. sol. dic, quòd sub verbo discretionis, satis hîc potest scientia comprehendi. Talis enim discretio requiritur, qualem requirit regimen, quod committitur vel dic, quòd licet dicat hęc duo requiri, tamen de alijs non negat. cum de illis per alia iura sit expressum.

¶ Secundò oponitur contra quintum notabile, de. c. ȝ. pro xi. pręcedenti. vbi. infrà decennium dispensat Archiepiscopus. Soluit Innocẽ. dic. quòd ista decret. corrigit præcedentem. Vel dic secundum Hostiẽ. quòd in. e. supra proxi. processit dispensatio de speciali mandato Papę. & hoc verius.

¶ Tertiò oponitur contra sextum notabile de. c. cum in cũctis alleg. § inferiora. vbi requiruntur. xxv. anni. Solu. dicit Inno. in hoc, quod negat textus dispensationem infrà. xiiij. annos. Fatetur bene eam supra. xiiij. maximè: quia illa non reperitur prohibita per alia iura. hoc ergo solùm ex dispensatione procedit contrarium verò loquitur de iure communi. Et idem Gofr. & Hostien. de quo in glo. vlt. Ber. Dicunt ergo quòd Episcopus in hoc potest cum pubere non autem cum impubere, dispensare. Magna enim est differentia inter istos. Patet in testando, iurando, matrimonium contrahendo, & similibus.

¶ Sed contra de. c. vno. j. eo. lib. vj. Sol. quicquid hîc dicti doctores scripserunt: tene dictum. c. vnum. quod ponit ius nouum

nouum. Et dic, vt ibi legitur & no. saluo quòd in sequenti opinione proximè dicam. Et quicquid ibi etiam scripserit Archid. in contrarium: dic vt ibi no. Io. An. in nouel. Et ibi Deo propitio dicam de maiore verò xvij. ãnis, qualiter agat causam spiritualem, de quo not. hîc Hos. satis habes per Ioã. Andr. j. de iud. c. fi. lib. vj. in glo. vj. ¶ Quarto opponitur, quia ex ratione literę videtur inferri, quòd maioribus septennio, minoribus xiiij. annis, clericali caractere insignitis nõ possunt conferri simpli. sine cura cum in ista ætate sint, in qua se regere non nouerunt. Cuius contrarium no. & probat Ber. s. s. cap. prox. in glo. iij. & Inn. in gl. fi. & Io. xxviij. di. de his. in. j. glo. Quinimo idem inferretur de habentibus xiiij. annos: minus tñ xxv. quia de illis adhuc præsumit lex: quòd regere nõ nouerint. & ideo prouidet eis de curatoribus vñ Hierony. super parabol. xiiij. cap. frustra habet aliquid, qui se ipsum nõ habet ¶ T Solõ. aduerte: nos habemus iiij. genera beneficiorum nam habemus beneficia curata: & in istis siue sint parochiales ecclesię, siue sint dignitates, personat⁹ vel officia, requiritur ętas xxv. annorum: non sufficit tamen tetigisse xxv. vt § inferiora. & c. licet canon. all. Nec in istis dispensat Episcopus vt dicto. cap. vno. à contrario. j. e. lib. vj. ¶ Secundò habemus dignitates. & personatus sine cura. & in istis etiã requiritur ætas supra proxima, sed dispensare potest Episcopus, cũ his, qui xx. annum compleuerint: vt dicto. cap. vno. Item habemus rurales ecclesias & alia beneficia, seu officia cura, dignitate, & personatu carẽ. alias tñ administrationẽ habentia. Et de istis intelligantur hoc c. & præcedens: videlicet quòd sine dispensatione Papæ non possint conferri minori. xiiij annis. & quòd ex dispensatione. Episcopi, imo fortè & sine dispensatione. vt statim subdam, conferri possint maioribus xiiij. annis: licet minores xx. anis existant: vt hîc. Cùm enim iste textus non sit correctus, non dicam ipsum esse notatum ar. C. de testa. l. scimus. & de app. l. præcipimus. in fi. Et tamẽ hic nõ apparet, quò illę ecclesię, de quib⁹ loquitur, curã habeat animarum aut dignitatem: vel etiam personatum. & tñ multum dispositiuè inhibetur, ne huiusmodi ecclesiarum regimen talibus committatur. Et bene pondera, quòd verbum regiminis hîc non sine ministerio triplicatur. & postquam sic iam conceperam, & scripseram, aduisaui me, quòd idem tenet Ioan. Andræ. infrà de rescript. si eo tempore libro. vj. in Nouella. super sua penult. glo. & hîc super verbo, regimẽ. Et dominus Martinus Pampiloneñ. Episcopus hîc & Ioan. Calderi. j. de præbend. c. soper ordinata. Sed de dispensatione in maiore xiiij. minore tamen. xx. annorum mentionem non faciunt quasi velint innuere, quòd ibi dispensatio non requiritur. cuius tamen contrarium videtur velle Bar. in fine vltimæ gloss. & Innn. & Goff. & Hostien. vt dixi in tertia oppositione q̃ fundant se, per § inferiora.

¶ Sed salua reuerentia tantorum patrum posset contrarium attentari. Nam § inferiora loquitur solùm in dignitatibus. & personatibus, cuiusmodi sunt decanatus & Archidiaconatus & alijs beneficijs curam animarum habentibus: sicut sunt ecclesiæ parochiales non autem in huiusmodi ecclesijs, vel officijs administrationem habentibus, cura tamen ac dignitate & personatu carentibus. cum ergo puberes non reperiantur ad ista aliquo iure facti inhabiles, & ipsi per caracterem clericalem sancti fuerint generaliter habiles ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, vt præmisi: habiles eos ad ista eis non prohibita reputabo. argu. ff. de probatio. l. ab ea parte. Vbi enim non est iuris prohibitio, non est necessaria dispensatio. argu. ff. ad municipales. l. j. in fine. cum sit iuris relaxatio dixi de tempore ordi. cum dilectus. Et quod non est, relaxari non potest. ff. de condictione & demonstratione leg. titulo vsufruct. & de iniusto testamento. l. v. § j. Nec obstat. oppositio quia Episcopus semper superest, ad quem spectat ordinare super regimine omnium ecclesiarum diœcesi. vacantium vt infra de officio ordina. cum vos. & non vacantium, si minus habiles prælatos habent suprà capitulo proxim. Qui si videt administrationem esse tantam, quòd nondum possit ille regere, obstante defectu ętatis, & quòd amicos non habeant qui super hoc bene prouideant, poterit interim de persona idonea vsq; ad rectoris pleniorem discretionem prouidere, quæ nomine rectoris regat, & sibi in scholis respondeat de fructibus oneribus supportatis. Et patet vrgens ratio infra de elect. cum ex eodem. libro. vj. Et si videt Episcopus, quòd administratio non sit tanta, quin ille pubes, qui fortè est prudentior cæteris, bene illam gerat vel quòd habeat amicum qui sibi & ecclesiæ in hoc bene prouideat, debebit meritò contentari: aliter esset graue iuuenes dociles & aptos, ita repellere à beneficijs non curatis administrationem habentibus.

¶ Sed oppones de textu nostro contra præmissa: quia dicit personatum. Solutio dico quòd hîc personatus nõ accipitur strictè, prout tenet inter dignitatatem & officium medium tenet: sed accipitur largè pro intitulatione personæ in ecclesia administrationem habente. & quòd sic posit accipi, patet ex not. Archidi. capitulo. j. libr. vj. Et quòd sic debeat accipi: patet ex præcedentibus, ex quibus rectè arguit. ff. de legibus. l. si seruus plurium. in fi. Cùm enim in præcedentibus loquutus fuerit largè de regimine ecclesiarum, non est verisimile, quòd propter verbum æqoiuocum personatum, in tantum voluerit se restringere. Nam dictum ex ratione decidendi &c. infrà de verborum significat. intelligenda. Modò ratio decidendi fuit generalis

¶ Præthereà, & quia videretur aliter contrarius sensus obuiare § inferiora. quod vitandum est. argu. infrà de election. cum expediat. libro. vj. Et dic, quòd cum iste textus loquátur generaliter, & sic comprehendat etiam ecclesias curam animarum, aut dignitatem, vel personatum habentes, id quod Innocentius & alij dicunt, Episcopum cum maiore. xiiij. & minore. xx. dispensare posse, intelligit quo ad illa curam, dignitatem vel personatum habentia. De quibus loquitur § inferiora. quia cum ille § inducat prohibitionem necessaria est dispensatio maximè quia ista decretal. & illa sunt eiusdem authoris. Verum sic oporteret dicere illorum opinionem corrigi, per capitulum vnum. j. eodem. lib. vj. Sed hoc non tolerat verbum, permittimus. ibi positum quod nouam permisionem notat, potius ergo declarat istam opinionem non fuisse à sui initio veram quod verius puto saltem quo ad illa, de quibus loquitur § inferiora. quia contra concilium generale non dispensat Episcopus. Nisi sibi specialiter committatur. Dixi. s. de tempori. ordi. dilectus. In hoc ergo puto hos doctores fuisse receptos: quia non consyderant inter beneficia omnino simplicia & illa de quibus loquitur § inferiora cadere medium torum intellectum huius cap. ad § inferiora retulerunt. Et crediderunt, licet malè, Episcopum posse contra dictum § dispensare. Tunc enim fortè Innocen. nondum fecerat Nouellam additionem suam, de qua dixi. in capitulo dilectus. alleg

¶ Quartò habemus, quartum genus beneficiorum, videlicet beneficia simplicia: & sic simplicia, quòd nec dignitatem nec personatum nec animarum curam, nec aliquam administrationem habent. Et ista possunt conferri impuberibus: dummõ sint maiores septẽ. & caracterẽ hẽant clericalẽ. & sic pcedũt no. Bar. Inno. & Ioan. superius allegata cum hîc enim nõ cadat administratio, cessat ratio, quam hîc textus subdit.

¶ Quintò opponitur ibi: *irritabimus*. quia imo irritam nunciabimus: vt suprà capitulo proximo in fine argu. C. de legibus non dubium. & infrà de regu. iur. ea quæ fiunt. libro. vj. argu. j. de electione, licet Canon. eodem libro. Hostien. concedit oppositinnem & exponit, *irritabimus*. idest irritam nunciabimus simile suprà de elect. qualiter. in fine. & idem Ioan. And. Et licet posset aliter opinari hæc tamen securior est propter authoritatem dictorum doctorum.

¶ Primò propter intellectum datum ad istam decreta. s. in solutione quartæ oppositionis, versu, Item habemus. & versu, sed salua. ¶ Quarto quæ est illa administratio de qua ibi: dixi, & de cuius regimine loquit̃ noster tex. ¶ Aduerte: iura

nostra de duplici administratione loquitur quia vna est spũalium & alia temporaliũ. s. de elect. c. nihil. in fin. & eod. titu. c. auaritiæ. & c. si cui. lib. vj. Ratio enim textus se adaptat ad administrationem temporalium. & fortior est in ordine spiritualium quantò spiritualia sunt maiora. s. de transla. c. ij. in princip.

10 ¶ † Sed po. quòd clericus habet vicariam in ecclesia collegiata, ratione cuius tenetur officiare continuò certis horis in ecclesia, portare crucem, vel aquam benedictam: aut ecclesiæ ornamenta & vasa & alia necessaria presbyteris, diaconis & Subdiaconis celebrantibus: nunquid videtur administrationem habere? certè puto quòd non. Non enim videtur iste habere artificium quod in administratione consistit sed potius officium. arg. eorum, quæ legitur & notatur. ff. de leg. in. l. legatis. §. si ex officio. quando ergo habet administrationem da exemplum. ¶ Ecce exemplum: si officium sacristę, vel custodis, seu thesaurarij, vt quia habet custodiam thesauri vasorum vel vestimẽtorum ecclesię: vel procurare, aut fieri facere luminare ecclesiæ: vel si habet agrorum culturam aut aliorum temporalium administrationem similem: secus si non haberet, nisi recipere certis horis, vel diebus certam pecuniam, vel portionem bladi, vel vini: quia hîc non cadit administratio sed nuda receptio. Alia exempla vide per te.

11 ¶ † SED SECVNDO quæritur: pone, clericus minor. xx. annis, maior tamen septennio impetrat ad collationẽ Episcopi expectationem de beneficio sine cura in forma speciali, vel communi: veniet ne ecclesia ruralis, vel officium ecclesiæ cathedralis aut collegiatæ, curam animarum, seu digni. aut personatum non habens, cui tamen inest administratio spiritualium, vel temporalium in tali expectatione? Et breuiter me expedio, & dico, quòd si talis erat maior, xiiij. annorũ tempore impetrationis & vacationis huiusmodi beneficij. illud ipse poterit acceptare & habere quia habilis est etiam absq; dispensatione cum non reperiatur aliquod ius ipsum inhabilitans: vt dixi in solutione. iiij. oppositionis. Et idem, si solũ tempore vacationis erat maior. xxiiij. annis arg. j. de præben. c. si cui simpliciter. aliâs ei cui. de præben. lib. vj. Secus verò si tempore impetrationis & vacationis fuit minor. xiiij. annis. ar. de rescrip. si eo tempore. e. lib. quia talis ad huiusmodi beneficium est inhabilis: vt hîc. & cum talib⁹ Papa per tales gratias etiam factas motu proprio non dispensat. Not. Ioan. Andræ. c. si mo. in Nouella lib. vj. secus si tempore impetrationis erat minor. xiiij. & tempore vacationis maior. xiiij. per dictum. c. si cui. simpliciter. Et hoc pro eo, quia impetratio fuerit in genere facta. secus enim si facta fuisset alternatiuè. Et sic procedit. c. si eo tempore. alle.

12 ¶ † TERTIO quęritur nunquid hoc casu. xiiij. annis inceptus debet haberi pro cõpleto? puto q̀ debet esse complet⁹: quia qui nondum cõpleuit, semper est. j. & ita verborũ proprietas alium intellectum non permittit. Sic. ff. de leg. j. si cui legetur in prin. Nec ob. ff. de mune. l. ad rem. quia hoc facit ibi rei publicè fauor, videlicet vt rei publicè seruiatur. Sed cõtrarium exigit idem fauor, videlicet vt res publica non malè regatur: vt hîc in prin. Per hoc vidi in rota per consilia terminari quòd supposita ordine domini Grego. Papæ. xj. quæ habet, quòd præbendæ cathedrales non conferantur minoribus xiiij. annis, seu non habentibus annos. xiiij. annis incœptus non debet haberi pro completo. facit no. ff. de minori. l. iij. §. minorem autem. Super quo vide quod scripsi de iud. cap. si annum. lib. vj. in. ij. not.

13 ¶ † QVARTO ad glo. Inno. descendendo quæro vtrum sacer ordo liberet à patria potestate iste textus facit quòd sic. Pro & contra arguunt Bernard. & Innocen. & vltra Barto. allegat Innoc. quòd non. j. q. j. pueri. & c. estote. insti. de adop. §. fi. Ber. tenet quòd imo liberat quilibet sacer ordo. vide eum in prima glo. Inno. in secunda glo. sua tenet contrarium. d. quod prælatura inferior Episcopatu, vel sacer ordo non liberat à patria potestate in rebus paternis: nec in rebus omnibus secularibus. Ratio sua est quia in iure cautum non inuenit. Lapus verò. j. de iudic. si annum. lib. vj. dicit, quòd per adeptionem beneficij, vel ordinis sacri non liberatur filius à patria potestate: nisi ad Episcopatum, vel ad ordinem episcopalem promoueretur: inducens not. hîc per Inno. & Hosti. nec etiã per promotionem ad minores ordines. Et per hoc inducit de sent. excommu. cum voluntate. Nec etiam per promotionem ad sacros, quo ad patrimonialia: vel quo ad profectitia: sed quo ad aduentitia & quo ad bona post clericatum acquisita: & quo ad personam, vt possit percuti: bene liberatur per sacrum ordinem: vt hîc not. Host. & Spec. de actor. vers. sed cum clericorum. & not. de hoc in dicto. c. cum voluntate. & xxiij. q. v. circuncisiones. per Ioan. & Archidia. vnde dicit Innocen. quòd si clericus velit agere de patrimonio, seu debeat conueniri, vel si velit adire hæreditatem, vel etiam super beneficio suo velit agere autho. patris, in cuius potestate est, aget: sicut in castrensibus: vt. C. de bo. quæ. lib. l. non solùm. vsq; ad medium. Verum Innocẽ. se corrigens subdit, quòd vbi ageret de beneficio, non esset necessaria authoritas patris. Et idem dicit in omnibus spiritualibus. Allegat. j. de restit. spo. ex parte. xcvj. di. vnde quidam. & j. de re iudic. relatum. Ratio sua est: quia in his quæ ratione dignitatis vel ordinis agit nil ad patrem pertinet: vt. ff. ad trebel. l. ille à quo. §. vltim. & l. seq. in prin.

14 ¶ † Sed nunquid ergo alterius authoritas necessaria erit? dicit Innocen. quòd aut agit nomine proprio super titulo beneficij: & tunc si est minor authoritate prælati sibi dabitur curator liti: vt. s. eo. c. j. & xij. q. j. c. j. C. de curat. fu. l. f. in princ. C. de bon. quæ lib. l. fi. §. si autem à patre. ¶ Sed quid si maior est? tunc aget sicut alius. ff. ad macedo. l. ij. Aut agit ipse nomine ecclesię: & tunc non requiritur etiam authoritas patris sed prælati: vt. s. c. proxi. & j. de procura. c. j. & de iud. c. causam. & C. de Episcopis & cleri. l. omnes. §. nihilominus. Et tũc per prælati sui authoritatẽ administrabit, & eius defectum ille supplebit vt hîc de hoc dic quantum ad iudicialia, prout legitur. & not. s. de iudic. c. vlti. lib.

¶ Sed contra hoc opponit Inno. de autho. presbyteros. C. de Episcopis & cleri. Soluit Innocen. d. quòd dicitur in autho. presbyteros. videlicet quòd legitimam habebit pater in bonis presbyteri fatetur Inno. de bonis prophanis, de ecclesiasticis autem secus: quia in illis, neq; per successionem neque alio modo commercium habebit pater: cum non possit de illis testari: sed omnia debent ecclesiæ remanere. j. de testam. cum in officijs. & capitulo ad hoc. & de pecul. cleri. capitul. primo. & tertio. & . xij. quæstione tertia, quarta, & quinta. per totum.

15 ¶ † Qualiter ergo debet clericus res ecclesiæ dispensare? respondet Innocen. d. quòd non debet eas alio modo dispensare, nisi in suas necessitates, & eorum, qui seruiunt sibi. ¶ Sed nunquid de illis inter viuos sibi ordinare licet? dicit Innoc. quòd non, nisi per renuntiationem seruitij: vt infrà de testament. relatum. Vel nisi in pauperes: quia hæc dispensatio scilicet donandi pauperibus est sibi permissa. j. quęstione. ij. pastor.

¶ Supple glosas. ¶ In glossa prima ibi arg. contra. ij. quęstione. vj. qui se scit. Goffre. vnde dicebat Hostien. quòd excepto Papa omnis ille qui habet locum sub se recognoscit alium supra se: aliter esset acephalus. xciij. distinctione à Subdiacono. & capitulo nulla & ibi per adeptionem. & lege. si consul. Et ibi: *authoritate presbyteros*. Probatur hoc infrà qui filij sint legitimi per venerabilem post patrimonium. Nam si per Episcopalem ordinem eximitur patria potestas: ergo presbyter, qui promouetur in Episcopum erat in potestate. Et ibi: *Alij dicunt*. scilicet Vicentius & Tancred. Et ibi: *quæ maior est*. Dicebat Hostien. quòd non est efficax similitudo: quia licet quo ad quædam dominicalis sit fortior non tamen simpliciter, vt patet ex not. infrà de insa. & langui. capitul. vno.

¶ Item dominicalis adeò deletur, q̀ nec remanet seruus: sed quãtũcũq; soluatur ptãs patria semper fili⁹ remanet Hos. de hęredibus. quę ab intesta. defer. §. j. ibi adoptiui verò & §. sequen.

seq. Item dominical. odiosa: quia violenta insti. de iur. § ius autē gentium. Sed prima fauorabilis, quia naturalis insti. de iur. nat. j. responso. de liberis. § j. Adde quòd prima ecclesiæ vituperosa & damnosa quia glo. j. quòd secunda. Non ergo sequitur, quòd si prima odiosa sol. per receptionem sacri ordinis, quòd ergo & secunda fauorabilis ar. ĵ. de reg. iur. odia. lib. vj. Et ibi: similis. Aequiparantur interdum constituti in sacris, & illustres. C. de Episcopis & clerici. ad simil itu. ¶ Et ibi: *prima potestatis*. vt § filius. insti qui mo. ius pa. po. &. C. de consul. l. fi. lib. xij. in authoritate. cōstitu, quæ de dig. § j. coll. vj. C. de Episcopi. & cle. authoritate. sed dignitas. & ibi § vltimo. vbi de hoc, in vltima glo. Et in fi. fatetur Ho. talē priuilegiatum quo ad peculium aduentitium: de quo remittit ĵ. de testa. quia nos. ¶ Item quo ad violentam potestatem. s. iniectionem mannum: vt in. c. cum voluntate. vbi vide nota Io. An. & Henrici. in sua distinctione super glosa. vltima. de sen. ex. c. vbi videbimus, si quid addāt ad præmissa & quo ad distractionē, de qa. C. de patri. qui. fi. distra. l. j. & ij. ¶ In glo. vltima ibi, *sed non est ita*. dixi de ar. à contra. s̄. de elec. pub. & no. hoc quòd hîc no. ĵ. e. c. vno, in prin. per Ioan. An. ¶ Occasione eorum, quæ dixi de iure patriæ. potestatis. s̄. quæstiōe iiij. &. s̄. proximè, subiicio hîc tres conclusiones obtentas, me pręsente, in consilijs Rotæ dominorum palatij Apostolici causarum auditorum romæ, de tempore dn̄i. G. Papæ. xj.

16 de mense nouembris anni. lxxvij. ¶ † Prima conclusio est, ꝙ commissio causæ facta auditori palatij ad instandum filijsfa. in patris potestate constituti valet: maximè si filius ante litē contesta. emancipetur. & emancipatus ex donatione facta sibi per patrem vigore dictæ commissionis agat. Ratio est, quia non ius impetrantis commissionem, impetrationem nō vitiat ipso iure: dum persona impetrans ad impetrandū, alias non sit inhabilitata de iure: qa aliàs excep. de iure obstaret literis, & litis contestationi, contra. c. j. ĵ. de lit. conte. lib. vj. Casus est. ĵ. de re iudi. c. Abb. e. lib. vbi fuit impetratus delegat᷑ pro parte nondum ius habentis. Rō, quia ad iuris vel non iuris declarationem & ad absolutionem, sicut ad cōdēnationē necessaria est iurisd. quia iudicia sunt absolutoria. inst. de per pet. ar. § j. Et commissiones. communes. C. de diuer. res. l. j. modò filiusfa. non est per potestatem patriam inhabilitatus ad agendum, vel defendendum per se, vel alio. ff. de proc. filiusfa. § sed & ipse. ge ac. & ob. si filius. ij. arg. ff. de iudi. tam in contractibus. iuncta. l. ij. § idem scribit. de pecul.

¶ Et vt dissoluant cōtraria. l. fi. § necessitatem. C. de bo. quæ lib. & l. si filius. & l. longius. quæ loqui videtur in specialibus casibus. & ita ius commune habere contra se. ff. ad municipa. l. j. in fi. Est sciēdum, ꝙ aliqui impediunt agere: quia personā non habent standi in iudicio etiam si actiōem & actiōis exercitium haberent, vt pupillus. C. si aduer. rem. iud. l. cum minores. & de re. iudi. l. acta. § fi. &. C. de procura. l. non minus. Alij. prohibētur, non quia habeant personam standi in iudicio sed quia non habent ius agendi. ff de nego. l. si pupil. § fin. vel eius exercitium ar. ff. de verb. ob. l. is cui. & si cer. pet. certi cōditio. § Item quæri potest. Et licet primi impediātur impetrare commissiōes ad agendum, non secundi: aliàs sequeretur quòd in vim commissiōis impetratę per actorem actione carentem, reus absolui non posset: quod est falsum modo licet filius fa. de iure. florum careat omni actiōe & exercitio actionis quantum in iure suo. ar. ff. de acqui. hęre. l. placet saluis casibus. quos habes in. l. si filius. j. de acti. & ob. alleg. ff. de castren. pecul. l. ij. &. C. de inoffic. te. l. fi. &. de iure. C. in aduentitijs exercitio solo: vt. C. de bo. mater. l. j. iūcta. l. fi. § vbi. C. de bon. quæ lib. Saluo casu § necessitatem alleg. vbi datur filio exercitium de consensu patris.

¶ Tamen hoc non procedit ex inhabilitate personę: sed ex defectu iuris vel exercitij sufficiat allegare communia: videlicet, ꝙ in edictis prohibitorijs cuiusmodi est hoc, non prohibita cēsentur concessa. ff. ex qui. cau. maio. l. nec non. § quod eis de testi. l. j. de proba. ab ea. Quia dum commissio impetratur, nescitur an agetur in præmissis casibus, an in prohibitis.

¶ Probat § necessitatem: quia sufficit consensus qui post impetratam commissionem interuenire potest: vt ibi. ¶ Nec obst. c. nonnulli. quia hîc pro alio non impetret, sed pro se ipso. Facit quia non refert quis rescriptum impetrauerit: vt. l. j. & l. vniuersis. C. de precib. impera. offe. Et tangit hoc magis subreptionem quam nullitatem commissionis. de rescr. super literis. Et per hoc tolluntur not. glo. de sciētia vel ignorantia Principis concedentis in. l. q viuersas. alleg.

¶ Nec obstat capitulū. j. infrà de rescript. lib. vj. quia illud est ius nouum, ante cuius tempus erat contrarium: vt no. ĵ. de excep. pia. lib. vj. Ioan. facit pro. Et quia hoc ibi satis ratio specialis, scilicet periculum commissionis: nec in cōmissionibus huiusmodi dictorum auditorum, illud. c. obseruatur: quia nō sunt nisi quędam distributiones

17 ¶ † Secunda conclusio est, quòd si filius fa. antequam emancipetur, & habeat ius agendi eadem superueniens, id est, fiat procurator sine alio mandato, illo iure superueniente, agat: tenet procuratoriū, & valet processus. Facit quia non habens ius agendi. potest procuratorem constituere ad agendum & faciunt quæ dixi in conclusione præcedenti. & maximè quia sufficit consensus agendi tempore iudicij.

¶ Et si dicamus secundum opinionem Iacob. de Aretin. & Cyn. quòd sufficiat consensus etiam post factum: vt ipsi notant. in § necessitatem. allegato minus habet dubium. Et si tenerem, quòd processus habitus cum filiofami. agente, vel defendente in omni casu ciuili sine concessu & authoritate patris, valet ipso iure. licet competeret exceptio. sicut in quolibet actione carente: non crederem nimis errare in iure: vt. ff. fami. ercis. l. cum putarem. quia consensus de quo loquitur § necessitatem. non requiritur propter hoc, quòd filius non habeat personam standi in iudicio sed vt appareat de voluntate patris propter suum beneficium vt not. dominus Ioan. nicoti Aurelianeñ. Episcopi, in § necessitatem allega.

¶ Subdebant quidam ꝙ dominis impetrationem commisisset, non esse de actis iudicij. Allegabāt no. Inno. en. ĵ. de probat. quoniam vt procurato. extra iudicium factum fortiori ratione Facit bene not. in simili per Iacob. de butriga. de procuratorio facto à minore extra iudicium ad agendum. in. l. non eo minus Tales enim contractus extra iudiciales cadunt in filiofami. vt. l. tam in contractibus alleg. ¶ Ad. l. oratio. ff. de sponsa. dicitur, quòd regula de qua opponitur non habet locum nisi in habentibus consequentiam necessariam. No. Barto. ff. de auth. tu. l. j. in prin. cuiusmodi non sunt ista. Solutio alia patet ex dictis.

18 ¶ † Tertia conclusio, quòd emancipatio clerici filij faciunt facta coram iudice secularis ipsius patris, valida est.

¶ Prima ratio, quia emancipatio est actus ipsius patris: vt. l. j. C. de emancip. lib. Facit, quia patria potestas venit à potest. seculari Inst. de patria po. in princ. Ergo spectat ad iudi. patris secularem dissolutio eius. arg. ĵ. de reg. iur. capitulo. j.

¶ Secunda ratio: quia iudex actus contentiosi, iudex est & volūtarij: sicut diximus de destitut. & renū. s̄. de renū. quod in dub. post In. Sed ad filij istātiā pr̄ casu suo corā suo iudice seculari emācipare p eū cogeret. ar. l. iur. ordinem. C. de iur. omnium iu. &. ĵ. de so. compe. si clericus laicum. Licet fatear vtrumq;. s. secularem & ecclesiasticum iud. hoc posse, per no. Cyn. C. de præd. mino. l. si prędium. quę optimè facit ibi vide. Nec consyderatur status personę in quem effectus emancipationis transfertur. ar. de pręben. is cui. libr. vj. & de verb. signi. c. sicut eod. lib.

¶ Tertia ratio, quia &. s. cōsensus filij sit in emācipatiōe necessarius tū factū patris, qui in hoc se habet per modū agētis prępotētius est facto filij, qui tenet locū patiētis. igitur debet cōsyderari in dub. ar. ff. de sta. ho. l. quæritur. & de aur. & arg. le. l. & si non sicut § perueniamus. ¶ Quarta ratio quia exemptio clericorum tendit ad libertatem eorum sed huiusmodi emancipatio non derogat huiusmodi libertati si coram laico fiat: imo eam auget igitur. ¶ Nec obst. ĵ. de so. comp. si diligēti. quia loquitur in iurisdictione contentiosa.

19 ¶ † Quis autem possit dare tutorem pupillo clerico, not. Cyn. in auth. presbyteros alleg. vbi tenet, quod ecclesiasticus de hoc videbimus Deo duce. in. c. si annum. alleg.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Prælatos Apostolicos impetrantes qui vita minimè sint honesta, aut scientiam eam non habeant quam beneficia impetrata desyderant admittere nõ teneri. Item literas ab huiusmodi impetratas subreptitias esse: quas nec executores admittere adstringuntur.*
2 *Ecclesias plures huius, an eligere possit?*
3 *Ecclesia parochial. in fundo suo aliam ecclesiam construit vicarium desyderantem, qualis erit vicarius temporalis, an perpetuus?*
4 *Ecclesia maiori euicta, num euincãtur dependentes.*
5 *Ecclesia parochialis, si iura Episcopalia non soluit, an ob id dependentes interdici, aut earum bona impignerari possint? & an dependẽtes, dare debeant singulas procurationes?*
6 *Contrahens cum presbytero ecclesiæ dependentis super ipsius rebus: si deinceps ecclesiam dependentem conueniat, num prius census principali ecclesiæ debitus deduci debeat?*

¶ *CAP.* *IIII.*

EAm te. ¶ Casus. Ad regimẽ ecclesiarũ nõ debet institui indignus sciẽtia, moribus, vel ętate. Et qui habet duas ecclesias, alterã dimittere cogitur: nisi causa subsit. Fa. ad duas primas partes rubr. de ętate & qualitate. Inno. hîc parũ vel nihil dicit in effectum vltra gl. Rex præter suam peoultimam glo. quam tamen ponere videtur Ber. in effectu etiam in sua penultima gloss. ¶ Expone literã *qui episcopatus*. Ad te igitur spectat institutio. ĩ. de Iusti. c. iij. Host. *Aliqua occasione*. Carnali, vel friuola. ĩ. de presb. graue. Aliqui intelligunt sicut sonat: & malè: quia oĩa iura sunt intelligenda ex cã. ĩ. de transla. c. fi. *& ætate*. de ordine nil dicit & fa. ĩ. de præb. si pauperib⁹. lib. vj. & qđ ibi no. *Dependeant*. An in duob⁹ curatis possit annexio, vel depẽdẽtia induci per præscrip. etiam temporis, cuius contrarij non sit memoria, vide Ioan. And. in regu. quæ contra. de reg. iur. lib. vj. *Postposita*. quia correctione non appellatur. ĩ. de offi. ord. licet. & . c. refrag. Host. *proprios*. s. suos tantùm. ¶ † Hîc no. ꝙ prælati oõ tenentur admittere Apostolicos impetrantes, qui sunt vitæ in honestæ: aut non habent scientiam talem, sicut requirunt beneficia impetrata. ¶ Secundò no. ꝙ literę per tales impetratæ sunt subreptitiæ. ¶ Ex hoc tertiò not. ꝙ processus facti per exequutores talium literarum ordinarios prælatos tales recusañ. admitterere oon adstringunt. ar. c. fi. ĩ. de præb. Tales enĩ Prælati resistunt auth. huius iur. ergo ex hoc puniri oon possunt. ar. xxiij. q. iiij. qui peccat. Sed licet hoc præstent beneficium appellationis dubito tamen, quòd defectus scientiæ, dum modo noo sit totaliter illiteratus: aut inhonestas vitæ, dúmodo sit occulta & talis quæ post peractam pœnitentiam non impediat exequutionẽ, noo possunt opponi cõtra literas. arg. ĩ. de accusa. accedens. & eorum, quæ dicã. ĩ. eo. c. vlti. & q̃ dixi s̃. de elect. qđ sicut. ¶ † Quartò ꝙ habẽs plures ecclesias & c. potest vnam eligere, & c. ĩ. de præben. c. referente. ¶ Opponitur contra vltimum notabile de. c. multa. Solu. hoc corrigitur per illam. Antequam enim statueretur, ꝙ per assecutionem secundæ vacaret prima, poterat eligere: vt. c. referente. Sic. ff. de colle. illi. l. j. § qui in po. secundùm Innòc. & Ber. vel dic, ꝙ hic dicitur locum habere de gratia, secundũ Vincen. Vel quando nescitur quę fuerit sibi primò collata. de collatis ante consilium lateranen. dicam in. c. referente alleg.

3 ¶ † Querit ibi: *quæ ex vna non pendeant*. Pone ecclesia paroc. in fundo suo aliam ecclesiam construit: debet ibi habere vicarium, secũdùm Inno. & Ber. nunquid erit iste temporalis, vel perpetuus? Vincen. s̃. de elect. dudum. ij. dicit, ꝙ si ecclesia noviter fundata priori ecclesię vicina est, seruiet idẽ prælatus vtriqꝫ per capellanos temporales, qui nõ erunt perpetui. Sed si remota est, imponetur ei census, & pooeretur in ea presbyter perpetuus. Alle. de ecclesiæ ędif. ad audientiam.

4 ¶ † SECVNDO quæritur pone euincitur maior ecclesia: nunquid hoc ipso euincuntur depen. dicit Vinc. ꝙ sic: quia si arrogatur aliquis omnes qui in eius potestate sunt transeũt Insti. de adop. § illud. ff. de precario. quãuis in contrarium alleg. de off. ord. c. pastoral.

5 ¶ † TERTIO quæritur, pone: ecclesia parochialis nõ soluit iura episcopalia: poterunt ne dependeñ. pròpter hoc interdici, aut bona earum pignorari: Et ꝙ hoc possit, facit hîc & in dicto. c. dudum. & . ĩ. de offi. dele. sanè. Nam qđ dño debet per seruum ordinarium deducitur. De peculio vicariorum ipsius serui ordinarij. ff. de pecul. l. si seruus meus. secundùm Vincen. in dicto. c. dudum.

6 ¶ † QVARTO quæritur, an ecclesiæ dependeñ. dare debeant singulas procuratiões. Vincen. vbi. s̃. putat, quòd sic, si sufficiunt. & habent populum. Cum episcopus, quodlibet membrum diœce. respiciat de offi. or. irrefragabili. ij. q. 6. j. de de persona. Nec obst. ꝙ vna ecclesia sit sub alia. de reb. eccle. nõ ali. c. j. Hoc intelligas: si sit ecclesia: sec⁹ si grãgia de cẽsi. c. fi. ¶ QVINTO queritur. pone contraxit quis cum presbytero ecclesię dependens, super ipsius rebus: post conuenitur ecclesia dependens ab eo: nunquid deducetur prius census debitus ecclesię principali: Dicit Vincen. vbi s̃. quòd sic. & etiam id, quod debetur suis: vt. ff. de priuil. l. sed si damnũ. § peculium. & . C. pręterea. Et hoc si contraxit cum presbyt. ignorante cõtractũ prælato maiori. Si enim sciuisset, veniet ecclesia maior cum alijs creditorbus ad contributionẽ. ff. de tribu. l. j. Et aliqua de his ponit Archid. ĩ. de pręben. cum singula. lib. vj. ¶ Supple glo. ¶ In glo. j. ibi. *sacrilegij*. vide. ĩ. de sent. excom. cum per causa. in glo. etiam. & c. inquisitioni. in glo. secundùm Inno. & c. s̃. de rescrip. cum adeò. in gl. vltima Et ibi: *ex parte*. & . ĩ. de cad. mo. ex parte. ¶ In glo. *qualiter*. ibi *ex alia*. vide no. ne se. va. c. j. ¶ In glo. penult. in fi. credit Ioan. Andrę hoc posse locum habere, quando nescitur. quę fuerit primo collata: vel hoc fuit de gratia secundùm Vinceñ. ¶ In glo. vltim. ibi: *& aliã commendatam*. Inno. dicebat vnam intitulatam & commendatas. sed dic hoc vt. s̃. de elect. nemo. deinceps. lib. vj.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Præsentatiõis via magis exordinaria, & via impetra. magis odiosa.*
2 *Ordinibus minoribus præditi, qui sunt, ad personatus animarum curã non habentes eligi possint.*
3 *Ætas quanam in dignitatibus requiratur? Et qua ætate, quis scire, ac rectè regere posse præsumitur? nu. seq.*
5 *Maior. xxv. annis, num ad ecclesiam parochialem eligibilis sit?*
6 *Ætas quanã de iure, in ecclesia parochiali eccle. cathe. requiratur?*

¶ *CAP.* *V.*

PRæterea. ¶ Casus. Is qui nõ est in sacris, aliâs idone⁹ ad regimẽ. parrochial. dispẽsatiuè potest assumi. Et facit ad rub. de ord. prẽficiendorum. vel facit ad totam rub. propter finẽ, in quo denotatur ętas & qualitas. ¶ Et diuidit in. iij. partes. ¶ Prima pars ponit rigorem. Secunda dispensationem. Tertia dispensationis determinationẽ. Secunda ibi: *dispen*. Tertia ibi: *cum tamen*. ¶ Expone literam. *Subdiaconus*. oon consyderat ordo, sed meritum. Et sic non obs. xxiij. q. iiij. sicut. vt not. lxj. di. c. j. ¶ *Admitti*. iur. rigore. *Dispensatione*. hęc dispensatio cum sit corpore iuris clausa, cuilibet Episcop. est permissa. Go. Imò dico, quòd iam est à iure communi concessa, noo dico dispensandi potestas: sed dispensandi ipsa: vt dixi. s̃. de elect. dudum. j. In solutione tertię opposinonis. Et ita seruatur & sic interpretatur consuetudo quę est optima legum interpres. s̃. de cõsue. cum dilectus. Quod sonat verbũ consueuerint, prox. sequẽs Et in hoc concordat dominus Martinus de salua pampilon. Epis. *Consueuerint*. hanc cõsuetudinẽ approbat Papa eo ipo ꝙ eam scit tolerat. Alia. Tales hîc comprehendit ętatem & qualitat.

qualitatem: vt. s. dixi. ibi *presbyteros*. tales præsentati ad parochiales ecclesias de iure communi possunt institui. j. de institu. c. ij. lib. vj. secundùm. Io. An. ¶ Oppo. quia videt, quòd hoc non sit dispē. necessaria. Sufficit enim, quòd sit in tali ęta te, quòd attigerit xxv. annum: vt possit sibi conferri parochialis ecclesia. s. de elec. cum in cūctis § inferiora. ¶ † Via enim

1 præsentationis est magis extraordinaria & via īpetrationis magis odiosa, & tñ illæ hoc casu sine dispensatione procedunt: vt de insti. c. ij. lib. vj. & de præben. si pauper. lib. vj. ¶ Solue, vt scripsi plenè. s. de elec. dudum. j. in vj. oppositione § quo ad primam difficultatem. ¶ † Quæritur primò ibi: *paroch.*

2 ecclesię vtrum ad personatus non habentes curam animarū possunt eligi in minoribus ordinibus constituti. Inn. hîc & in dicto § inferiora. & . j. de re iud. cum olim. dic, quòd sic. probat per dictum. §. inferiora à contrario sensu. & per. c. tuā j. e. Item probat ratione. Nam si personatus non habet curā, quare habens illum eius occasione compelleretur ad ordines, nō videret. ¶ Sed contra hoc opponit Inno. de. c. dudū Rectio. s. de elec. vbi dicitur, quòd idem est iudicium habendum de benef. cū̄ s curam animarum habentibus, & de personatibus sol. Inn. dupliciter. ¶ Primò, quòd illud dicit ibi solum alleg. vel secundò, quòd ibi est casus specialis, in quo est de illis idem iudicium. videlicet in dispensatione illa, de pluralitate beneficiorum, quæ est omnino restringenda: non aūt sic in electione, quę fit ad huiusmodi honores, qui curam nō habent. vbi esset inutile habere sacros ordines. ¶ Secundò ad idem opponit Inno. de. c. Innouamus. lx. dist. vbi dicit, quòd honores ecclesiæ non debent habere, nisi in sacris ordinibus constituti: Sed ibi loquitur tm̄ de honoribus qui habent curā, sicut ex tex. eiusdē capituli & alijs eiusdem quōis habetur. secundum. Inno. idem no. Compo. in. c. dudum. j. s. de elec. Et secundum Host. no. hîc & in dicto § inferiora. contrariū qui dicit, quòd dicta glo. Inno. sibi in nullo placet. Nam ꝓpter defectum ordinis electio præpositi cassari mandatur. s. de elec. dudum. j. Et de his, & de illis idem est iudicium excepus phibitis: vt no. in dicto. c. dudū. Et habētes psonatus etiā sine cura, ad ordines compelluntur.. Sic enim generaliter scriptum est. s. eo. c. j. sicut præbendati siue beneficiati. j. eod. c. j. Et de hac materia, remittit ad not. in dicto. c. inferiora. versi. cum autem. Fa. no. Ber. de his, quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. vbi hoc erat expressum in decisa. et videtur placere. Io. An. in gl. sua vltima § permittimus alleg. Sed ipse Ioan. Andr. in Nouella. e. c. dicit ęquum videri distinguere inter personatus requirēn. sacros ordines, de quibus. s. e. ti. c. j. & alios sacros ordines non requirēn. vt sunt custodia, primiceriatus & cantoria. si quod no. lx. di. c. j. remittit etiam ad id, quod ipse scripsit de elect. iudicis. & . c. cū ex eo. eo. ti. Ad. c. j. lx. di. & alia cap. eiusdē. di. soluit. d. Par. cui opinio. Ioan. An. in dicto. c. permittimus, in fine. placere videtur. Et ad hoc allegans. Hostien. dicit, quòd licet dicat ibi textus, oportet electum in pręspositum, vel Archidiaconum esse saltem diaconum supplendum est, vel subdiaconum. Subdiaconus eñ potest eligi in Episcopum, remittit ipse ad nota sua . j. de præbend. si pro pauperibus.

¶ Quid dicendum? certè opinio Innocen. & Compost. plus placet. & illa fuit opinio Ioannis theuton. lx. distinctione capitu. j. in fi. glosæ. Et mouet me multum, quòd isti tres videlicet Ioan. Innocen. & Compostel. ac etiam Vincen. in dicto. c. dudum. ad audientiam. qui fuerunt maximè literati, & bene communiter elegerunt. Probo per cap. Innouamus. lxj. distinctione ibi, cum dicit. *Archidi. vero, vel decani, vel præpositi qui infra ordines prænominatos, existunt: si in obedien. ordinari contempserint honore suscepto priuentur*. Priuari autem non potest nisi non habens. ff. de iniusto rupt. & irri. tes. l. v. § j. Facit quia licet lex dicat attentata contra legem esse nulla: vt. C. de legibus. non dubium. Tamen gloss. ibi modificat. d. hoc esse verum nisi lex contrauenienti aliam poenam quàm nullitatis specialiter imponat. Quod hîc facit: quia imponit poenam priuationis, quæ nullitatem excludit: vt dicto. c. innouamus. & § inferiora. allega. ij. respon . &. s. isto titulo. c. j. Facit quia illa reg. dictæ. l. non dubium. quę habet facta contra legem nō valere. adhuc & alio modo modificatur, videlicet nisi lex progrediatur vltra fines prohibitionis prouidendo videlicet de modo cassationis: vt patet in contractibus dolo, vel metu īnitis. C. de inuti. stip. l. dolo. &. j. no. Iac. Butr. in dicta. l. non dubium. in. v. col. ver. sed quære: nonne metus cum pluribus versibus sequentibus. Et per hoc sunt soluta omnia contraria. Non enim reperitur textus, qui dicat collationem talem esse nullam. imò de electione hoc non recipitur esse expressum. quia. c. dudū ad audiētiam. loquitur in dignitate curata: vt ibi no. Et de curata non reperio defectū ordinū patiētem prohiberi nisi solùm à via electionis: vt. d. c. dudum. Et ideo viam aliam sibi nō auderē denegare: cum ista sint odiosa, & exorbitantia videlicet iura q̄ personas aliâs habiles inhabilitant. ar. s. de rescrip. susceptū. ff. de condi ob. cau. si extraneus. so. ma. si cōstante. in prin. de lib. & post. l. cōmodissimè. Et circa hęc aliqua scripsi. in. c. dudum. alle. & satis miror, ꝙ dominus Paris. in his suum ingenium non erexit. & hîc omino adde no. Arch. nil, determinatè eligentis. lxj. distin. c. j. &. c. innouamus.

3 ¶ † SECVNDO quæ ætas requiritur in dignitatibus. dicit Inno. ꝙ non inuenitur cautum quantæ ętatis esse debet. & ideò videt secundùm eum, quòd quilibet qui scit, & potest regere dignitatem ad illam rectè eligitur.

4 ¶ † Sed adhuc quæritur quæ est illa ætas in qua quis de iure pręsumitur scire, & posse regere, &c. dicit Inno. quòd illa est ętas. xiiij. annorum. cum ex inde possint puberes etiam suas facultates ministrare: & tunc esset tutor. Facit quia post annum. xiiij. potest pubes esse iudex: vt. ff. de iudi. l. cum pretor. Imo. etiam pupillus potest esse in dignitate. C. de re mili. l. fi. Allegat etiam Inno. quòd pro patiente defectum in ætate & scientia, videtur sufficere, quòd nō est statutum contrarium: vt. ff. de proba. l. ab ea parte. Quod dictum vltimum. Innoc. valde pondero. Et facit pro his, quæ scripsi. s. c. proximo circa tertium notabile. Et intelligit Ioan. And. hoc dictum Inno. de dignitatibus & personatibus sine cura licet Inno. hoc non aperiat: nisi quantum colligitur ex comparatiōe sequentium ad præcedentia. ¶ Verùm Compostel. s. de elect. c. j. ad fin. miratur pro eo, quia in secularibus dignitatibus administrationem habentibus requiritur. xxv. annus inceptus: vt ff. de mune. & hono. l. ad rem. Et in honore decurionatus. ff. de decurio. l. spurij. § minorum. &. l. non tantùm igitur fortius in ecclesiasticis honoribus, secundùm eum, & dignitatibus requiritur illa ętas secundùm eum: nisi forsan ex causa: vt dicta. l. non tantùm. Et sic posset intelligi Inno. secūdùm eum. ¶ Hostien. verò dicebat dispensari posse per Episcopū, quo ad personatus & ecclesias parrochiales tamen patientibus defectum ordinis, ætatis & scientiæ: & etiam super defectu incorrigibili. Dicebat tamen maiorem causam requiri in dispensatione ętatis, quę multum consyderatur. Remittit Ioan. Andr. ad lecta & not. in decre. permittimus. infrà eodem. lib. vj.

5 ¶ † TERTIO quęritur vtrum maior. xxv. annis ad ecclesiam parochialem sit eligibilis, & qualiter expotitur textus ibi: *assumi*. dicit Inno. quòd non eligi debuit, sed potius ab episcopo postulari. ar. s. de elect. c. dudum. ibi: *assum*. supple. s. per Episcop. Idem AEgi. & Pet. & hoc verū nisi pręcessisset dispensatio secundùm Pet. vnde sępe dispensant Episco. cum cōstituto in minoribus, quòd eligi possit ad dignitatem, personatum vel parochiā. Vnde habetur hic talis additio Inno. Aliqui dicunt per hoc ꝙ Episcop. per suā dispēsationē pōt facere aliquē eligibilē in minoribus. cōstitutū. Alij cōtra, sed veritas est, ꝙ habens ętatem legitimā licet defectū in ordinib^9 patiatur nō est ad parochia. ecclesiā inhabilis. q̄q̄ fuerit. s. dictū. quod dic, vt scripsi in. d. c. dudum ad. in. vj. oppositione. ¶ Glo. fina. Inno. cōcordat cū glo. ij. Ber. versu, sed hîc apponitur breue tempus & ideò illam non summo.

6 ¶ † QVARTO q̄rit, q̄ ętas reqrit de iure in pb. ecc. cathe.

de hoc per Archidi. de rescrip. si eo tempore. libro. vj. & per Hostien. j. de præben. super ordinata. Et quia ibi cadit propriè materia ibi dicam de materia duarum conclusionum quas vidi circa hoc in palatio termioari, quæ sunt in ordine conclusionum mearum. 769. 804. Licet enim proposuissem hic illas annectere: quia magis propriè ibi stabunt, nunc supersedeo. Tetigi tamen, quia hęc decre. est repetibilis cum sit Breuis. Et ex illis potest sumi magna pars vnius repetitionis & coniungi cũ istis. ¶ Supple glo. ¶ In glo. ij. ibi: *& dimi do.* in. xl. in qua sunt tres dies sabbati, ad conferendos ordines: de præsenti posset quis ad omnes ordines promoueri.

¶ Dicebat ergo Host. ꝙ id, quod hic dicitur de breui tempore, est arbitrarium. Tenuit enim quòd dispēsare potest Epis. in ętate cum pubere, & sic multo tempore sacerdotium differri posset. Dicit etiam inter ordines instituta antiquorum canonum non prætermittenda: nisi ex dispensatione. Et ibi: *dispensare.* sa. quod not. xxviij. dist. quando in prima gloss. & in fine à contrario. sed dic, vt. j. eodem. c. vno. lib. vj.

¶ *SVMMARIVM.*

1. *Beneficiorum pluralitas, vtrum in eodem de iure communi esse possit?*
2. *Occulto nulla pœna debetur publica.*
3. *Sacerdos, si delictũ peccatoris sciat ita, vt nullus præter eum, peccatorẽ publicè arguere non debet: nec pœnitentiam ob id inducere.*
4. *Beneficia habentes, ac ordinari recusantes qualiter puniēdi sunt? Et quid si tenue valde sit beneficium? nu. sequen.*
6. *Beneficia non auferri propter crimen occultum.*
7. *Promoueri recusans in specie, de qua hic, an excommunicari possit?*
8. *Ordines assumere, qualiter quis compelli queat: remissiuè.*

¶ *CAP. VI.*

cursus tẽporis causantes pręscriptionẽ. Quod qualiter pro-
cedat, dicam. ĩ. de iure pat. c. cura. vbi de hoc. ¶ Si factum est
personale, regulariter personam non transgreditur. & ideò
non transit contra successorem: vt. ĩ. de transac. veniens. ar. ĩ.
de reg. iur. c. priuilegium. li. vj. Et ideò q̃a delicta personalia
sunt, & personã sequuntur, successori nõ nocent: vt. ĩ. de reg.
iur. c. delictum. personæ. lib. vj. arg. C. de inoffic. test. l. si quis
in suo in fi. Fallit in casu nostro. Ratio verò fallentiæ est, q̃a
vt euitet ecclesia vilipendiũ q̃d ipsa ex mẽdicitate clerici pa-
terentur, arctat ipsa causatiuè illi clerico prouidere. Et quia
illud dedecus plus concernit ecclesiam specialem illius, qui
ordinem contulit, & à pręlato eiusdem originẽ traxit, iustius
visum est, ꝙ ecclesia illa plus q̃ aliæ ad hoc teneat̃: q̃a minus
iniquũ videtur, ꝙ luat ecclesia ipsa culpã sui proprij pręlati,
quã si alia ecclesia illam luere teneretur: quia maior est inter
eos coniunctio: cũ Episcopus dicatur esse in ecclesia, & econ
tra: vt. viij. q. j. si ire. De delicto verò negligente certum est,
ꝙ nocet: vt in pręscriptionib. ĩ. de pręscrip. per totum super
quo vide Cyn. C. de sac. ecc. l. Iubemus nulla. ¶ Tertiò op-
ponitur contra septimũ notabile, ꝙ non sit quis pluries exa- 7
minandus: de. c. licet. & dic vt per Ber. in gl. antepenul. Dicit
Hostiẽ. hoc fieri hîc ex gratia. Et patet in textu. Sed dic mihi
quæ est ratio, quare Papa hîc plus fauit Epo, quã ordinato,
quantum ad hoc: nũquid videtur habuisse acceptionem per
sonarũ? dicit Hosti. ꝙ non. imo fuit hîc ratio duplex. Prima

ratio fuit, q̃a plus imputatur clerico: q̃a de facto suo debuit
esse certus. ar. s̃. de rescrip. ab excõicato. & tamẽ factum suũ
non prodidit. de cor. vi. c. exposuisti. Cor. Epo, quis potuit
ignorantiam allegare: vt. ff. pro suo. l. fi. ¶ Secunda ratio est,
quia nec Papa tenet̃ esse contentus examinatione Episcopi:
vnde põt & debet illũ examinare, ex quo ab eo petit benefi
cium quantũcũq; Eps declararet, vel taceret. ĩ. de exce. c. ex-
ceptionẽ. cũ similibus. Vnde de eo, quod ad suum officiũ per
tinet, põt sine clerici iniuria gratiam facere Epo: q̃a nemini
facit iniuriã, q vtitur iure suo. s̃. de elec. cũ ecclesia. Et de hoc
5 remittit Hosti. ad summã. eo. tit. in princ. ¶ † Expeditis op-
positionibus nunc ad quæstiones accedo. Et quæro primò,
quæ est ratio, quare ordinator contra ordinatum exceptio-
nem non idoneitatis non potest opponere? dicit Inno. ꝙ ista
est ratio: q̃a ordo & titulus sunt annexi: vt. lxx. dist. c. j. ideo
vno dato, & reliquum dare tenetur. ĩ. de pręben. cũ secũdũ.
¶ Secundò quæritur, nunquid hoc sit simpliciter verum, vi
delicet ꝙ ordinator non potest contra ordinatum de non
idoneitate excipere? iunge. q. Old. lx. fo. lxij. dicit Inno. ꝙ sic
de mero iure quo ad exceptionem criminis. Et pro hoc alle
gat. iiij. q. iij. si quis testib⁹. Excipit vnũ casum, videlicet vbi
post ordinationem ille deliquisset: vt hîc. ¶ Sed quid si ante
deliquisset, & ordinator tempore ordinationis ignorasset?
quidam dicunt hoc casu ordinatorem excusari: dũmodo iu
ret, ꝙ de nouo ad eius notitiam peruenerit. arg. ĩ. de excep.
pastoralis. Sed non placet Inno. si fuit ordinator in culpa: vt
puta, quia cum tenetur examinare examinationem non fe-
cit. Tunc enim si ideò ignorauit ignorantia ei non prodest.
arg. optimũ. ĩ. de cland. despon. impu. cũ inhibitio. § si quis.
¶ Ad literam huius decret. respondet Innoc. d. ꝙ ista litera
non dicit, ꝙ audiatur ordinator de crimine ordinati exci-
piens, licet dicat hîc Papa, ꝙ faciet eum examinari, & ꝙ alios
6 propter ordinatorem audit. ¶ † Sed nunquid predicta, quę
de mero iure procedũt, etiam de æquitate locum habent? Di
cit Inn. ꝙ imo verius potest dici de æquitate, ꝙ exceptio cri-
minis siue præcedẽtis, siue subsequẽtis ordinationem hîc ha
bet locum: quia beneficia non debent conferri, nisi dignis. s̃.
de rescrip. cum adeò. &. ĩ. de præsump. dudũ. Licet ille, qui
talem ordinauit puniendus sit: vt. ĩ. c. prox. ¶ Quid dicẽdũ?
fortè posset sic dici, quòd aut vult ordinator contra ordina-
tũ de crimine excipere ad hunc finem, ne teneatur sibi taliter
prouidere, quòd in cleri opprobrium in suo ordine non mẽ
dicet. Aut ad hunc finem quòd sibi non debeat de beneficio
ecclesiastico, ad quod non est dignus, seu idoneus, obstante
crimine prouidere: vt primo casu: dum modo sit corrigibilis
nec in crimine perseueret, dictæ exceptioni non sit locus, etiã
de æquitate, p istã decre. seu eius rationem. Et facit optimè, ꝙ
dicam de irregulari, in quæstione sequenti, Et quod dicam
post Inno. ĩ. c. prox. in. ij. oppositione in fine. Et est ratio
huius quia vbi durat ratio legis, debet durare lex, per cõmu-
nia iura. Modò ratio Cañ. quare ordinator prouidere tenea
tur, est ne ordinatus mendicet in vilipendium ordinis clerica
lis. quę hîc locum habet, vt videtur. Sed secundo casu possit
inter rigorem & ęquitatẽ distingui, prout distinguit Inno-
cen. Et est ratio, quia licet ordinator ex delicto suo, seu ex
culpa sua, puniri debeat, sic tamen debet puniri, quòd per
hoc ecclesia non puniatur. vt. c. delictum personæ. all. hoc
enĩ îteresse ecclesiarum & rei publicæ videlicet ne beneficia ec
clesiæ nõ idoneis conferantur, adeò publicum esse videtur: vt
ff. de iusti & iur. l. j. § publicum ius quòd ei renunciari non
potest. arg. ff. de pac. l. ius pub. &. ĩ. de so. compe. si diligenti.
Innocen. videtur quòd renuntians vel contra faciens expres-
sè posset contra venire vt dicto. § sanè.

7 ¶ † TERTIO quæritur, quia dictum est suprà de ex
ceptione criminis: modò quæritur de exceptione alterius
non idoneitatis, puta irregularitatis ex aliotũ, quàm ex crimi
ne insurgentis & illiteraturæ, an illam possit contra ordina-
tum proponere ordinator, ad finem de quo tangitur hîc:
dicit Innocentius quòd non: dicit enim, quòd si obijce-

retur

retur illiteratura vel irregularitas siue præcedens ordinem: dummodo non esset in culpa de ea ordinatus: siue sequens, non audiretur ordinator, quin teneretur sibi dare necessaria. arg. ꝭ. de tempo. ordi. vel non. xxiiij. di. si quis. Dicit tamen, ꝙ talium dispensationes habes. ꝭ. de fil. presby. veniens. & c. proposuit. Et dicit Hosti. ꝙ talis dispensatio oẽ de facili obtinebit. per. c. suprà proxi. alleg.

8 ¶ † QVARTO quæritur po. ꝙ prædecessor ordinauit: nunquid si successor proponat hanc exceptionem non idoneitatis, admittetur? Dicit Inn. ꝙ sic de mero iure. ¶ Sed consequenter contra hoc oppooit de ista litera: sed respondet exponẽdo literam. cum dicis: exceptionem huiusmodi non poteris prætendere contra illos. Sub. quando tu eos ordinasti. Verum Inno. volens quasi mutare opinionem, & bene, propter versum, cũ & si tecũ. qui. ꝭ. sequit. subdit: vel dic speciale in hoc casu: vt successor teneatur. Et puto, ꝙ ista sit veritas: vt dixi suprà in oppositione secunda.

¶ QVINTO quæritur, quid si alius ad ordines præsentauit? certè tunc dicit Inno. ꝙ eo casu, habet ordinator hanc exceptionem, videlicet ꝙ præsentator primò cogatur ei in necessarijs prouidere: vt. ꝭ. de præben. cum secundum. Sed po. ꝙ præsentator nõ potest prouidere, nec in mẽsa ordinatum habere: quid tunc erit? dicit Inn. ꝙ hoc casu tenebitur Episcopus cũ in culpa fuerit aliquẽ sine titulo ordinãdo. lxx. di. c. j.

¶ SEXTO quęritur, pone ꝙ Archidiaconus prout & de iure videtur spectare ad eius officium. vt. ꝭ. de offic. Archid. ad hæc vbi de hoc secundùm Inno. talẽ examinauit, & ordinandum pręsentauit: quid tunc erit? dicit Innoc. ꝙ quia hoc casu Episcopus non idoneitatẽ iustè potuit ignorare, de non idoneitate hoc casu excipere potest. Et dicit, & in isto & præcedenti casibus, intelligit finis huius decret. & ꝭ. de præbend. cum secundum vbi dicitur, ꝙ potest excipere de non idoneitate. ¶ Sed quid fiet hoc casu de Archidiacono examinatore? dicit Inno. ꝙ de hoc puniri debet. ¶ Sed qualiter? Dicit Inn. ꝙ fortè in prouisione ordinati: vt. xxiiij. dist. qñ. De examinatore tamẽ dic, vt not. ꝭ. c. proxi.

9 ¶ † SEPTIMO quæritur, visum est de exceptione criminis & illiteraturæ ac defectus irregularitatis, qualiter potest ordinato illã opponere ordinator: quæritur modò, quid de exceptione qualitatem aut quãtitatem beneficij concernẽte Dicit Inn. quòd illam potest opponere ordinator: vt in. d. c. cum secundùm.

10 ¶ OCTAVO quæritur, nunquid in casibus, in quibus repellitur Episcopus ordinator ab exceptione criminis cõtra ordinatum proponenda poterit iudex cõtra ordinatum ex officio suo inquirere? dicit Inno. ꝙ sic. Et dicit ꝙ hoe est oota dignum. Et patet per hoc, quia Papa mandat hîc & in. d. c. cũ secundũ. tales examinari. & pro hoc arg. ij. q. vij. quærendum & . ff. de postula. l. quos prohib. & . ꝭ. de appel. constitutis. & . ff. de adul. l. j. § si in pub. & . ff. de peti. hæredi. l. vlti. fa. ꝭ. de collu. c. ij. & . ꝭ. de elec. cum nobis olim.

11 ¶ † NONO quæritur: pone, ꝙ ad mandatum voius Epi, alius ordinat: quid tunc erit? Dicit Inn. ꝙ tunc etiam si mandans nõ esset sufficiens: tñ ordinator ad prouidendum ordinato nõ teneretur. Allegat. ix. q. iij. Epm. Sed contra allegat Hosti. quia fecisse videtur, qui per alium fecit. ꝭ. de sen. excõ. mulieres. Sed hoc nil facit ad casum. dic tamen de hoc: vt. ꝭ. de pręben. si Episcopus lib. vj.

12 ¶ † DECIMO, quia dictum est de via exceptionis, quæritur quid de accusatione? ¶ Dicũt Tanc. Hosti. hîc, & Archi. xxiij. q. iiij. quisquis. ꝙ ordinator per modũ accusationis nõ pòtà modo ordinato opponere crimen. Allegant. ꝭ. de accusa. nulli. de sen. excõi. in pręsentia. & de excep. cũ ecclesiasticæ. & . ff. de libe. causa. l. q sciens. Quod verũ intelligit Hẽricus de cõmissis ante ipsam accusationem: secus enim dicit de posteà cõmissis. ar. hic i versu, nisi fortè. & . c. dilectissimi. & . c. diaconi. alle. & . ꝭ. de concess. prebẽ. cũ super & . ꝭ. de ele. vt circa. lib. vj. facit magis propriè. eo. titu. c. nulli licere. vide Archid. xxiij. q. iiij. quisquis. Et per pręmissas. x. quęstiones habes ad literam clarè expeditam totam magnã glo. Inn. hîc positam, & etiam vnã distinctionẽ, quã Henricus hic ponit.

13 ¶ † VNDECIMO ibi: *Exceptiones.* inducitur ista litera ad quęstionẽ, videlicet ad hoc, ꝙ qñ scribitur pro aliquo beneficiando nõ est necesse, ꝙ lis contestetur, vel libellus detur in scriptis: sed sufficit, ꝙ impetrans dicat exequutori, dñe supplico ꝙ exequamini mandatũ vobis iniunctum. Et si nil opponatur, procedat secundũ formam rescripti: vt. ꝭ. de rescri. si quando. & . c. cum dilecti. in fi. & . ꝭ. de præbẽ. pro illorum. Et idem si friuola exceptio opponatur, de pręben. dilectus. iij. de cõcess. pręb. cũ nostris. ¶ Sed si aliquid rationabile opponit illud examinabit, & exceptio suspẽdet: vt. ꝭ. de rescri. constitutus. ꝭ. de appel. dilecto. ¶ Sed super exceptione proposita priusq̃ testes recipiantur, erit lis contestanda: vt. ꝭ. de renun. veniens. secundùm Hostiẽ. qui remittit ad plenè not. per eum in Sum. de excep. § quando. sub § hoc de dilatorijs. ver. penul. & vlt. Et de hoc per Goffre. in libellus. ri. an plures pręben. § & primò videamus. & per Compo. ꝭ. de rescript. mãdatum. secundũ Io. And. ¶ Sed caue, quia Cõpo. in. d. c. mandatum. in glo. magna ad finẽ chartæ secundæ versu, sed qualiter tu recipiendus ibi, *Licet fortè sit secus*. Hoc dictum restringit ad casum, in quo exequutor partes iudicis non assumit. d. ꝙ in casu, in quo exequutor assumit partes iudicis: tunc diffinitiua est ferenda, & ideo litis contest. necessaria, secundũ eum. Sed dic, ꝙ hodie libellus & litiscõ. nullo modo sunt necessarij in beneficialibus causis. ꝭ. de iudi. dispendiosam. & de verb. sig. sępe. in cle.

14 ¶ † Sed ex dictis Cõpos. recipe hanc conclusionẽ, ꝙ vbi exequutor recipit partes iudic. ordo iudiciarius est necessarius. Et idem in casu, in quo tenetur partes iudicis recipere, eadem ratione, puta si tẽdat ad expellendũ possessorem de sua possessione: vt. ꝭ. de presby. licet Episcop⁹ li. vj. & . C. si per vim vel alio modo. l. ñ. ¶ Quod facit contra aliquos exequutores, qui ex glo. Hostien. suprà proxima se defen. citant possessorẽ ad statim producendum omnia iura sua, & incontinenti sine processu, contra eũ sententiã ferunt: quod vidi nuper multum in palatio reprobari. ¶ Sed nõ tenetur partes iudi. recipere, vt puta: cũ nullus possessioni incumbit, nec eas recipiunt: tunc procedit glo. Host. suprà ꝓxima. ¶ Et dico, ꝙ licet exequutor audiat exceptionem aduersarij impedientis, aut capituli recipere nolentes: & videat summariè si est bona & probabilis, ipsamq; tanq̃ improbabilem, vel notoriè falsam repellat, non propter hoc videtur iudicis partes assumere. Sed si illam recipit, & super illa probationes admittit, videtur tunc recipere partes iudicis: quia recipere probatiões est iudiciale. Et colligitur ex dictis Compo. in gl. & versu, prędictis. Et facit quod scripsi. ꝭ. post Hosti. in ista quęstione, versu, si aliquid rationabile &c. Et ista sunt memorię cõmendãda iudicio meo. ¶ Supple gl. ij. ¶ In glo. ij. ibi: *scriptum est.* vbi de hoc in glo. antepenult. Et vide quod ibi dixi. & ibi: *prius probant.* sed bene improbat sequens matrimonium. ꝭ. de iureiur. quẽadmodum. Et ibi: *concedebat.* Ioan. Vinc. & Phil. Et ibi: *nulli.* quod. i. e. intellige, vt ibi no. Et in fi. idem Host. Fa. no. ꝭ. de excep. cum ecclesia ad fi. iij. glo. ¶ In glo. intellige. ibi: *licet.* Ibi facta reiteratio superiori impediuit examinationem. & in. l. seq. facta erat absolutio. Et in fi. Host. dicit hoc fieri ex gratia. ¶ In gl. penul. ibi: *cathedrali.* hoc est falsum: vt. ꝭ. de pręben. quãuis. j. lib. vj. Et hęc decre. intelligitur, vt ibi notauit glos. Simile. ꝭ. Ioan. And. Et in fi. adde, quod not. ꝭ. de re. permuta. c. vno. lib. vj. in glo. ij. ¶ In gl. vlt. in fi. & . ꝭ. de procura. qui ad agendum. lib. vj.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Canonum scientia, num sit ars artium? Et qualiter intelligi debeat?*

2 *Theologia, Canonum sciẽtia, & ciuilis facultas, quid inter se distent? Et harum quaenam sit præcipua: ac potissima?*

3 *Examinans prouidendum alterius mandato, an ad prouidendum examinato ordinato teneatur?*

¶ CAP. XIIII.

CVm sit ars. ¶ Casus. Minus idoneus in sacerdotem promoueri, vel ad regimen animarum assumi non debet. Et facit ad titulũ de quali. ¶ Expõe literam. *Per alios.* No. φ doctor põt qñq; subrogare scholarem, vide no. Ioã. And. s. de sum. Trini. c. j. § hæc facta. super ver. per Moysem. Ioã. Cald. *Super diuinis officijs.* quod plenè fieri non potest sine scientia Canonis. j. de offi. ord. inter cœtera. de ferijs. c. j. de cele. missa. c. j. & per totum contractum de celebratione quod est contra puros Theologos. Hosti. Qualiter ea s. ecclesiastica sacraméta & diuina officia. Et idem faciunt ipsi Epi, dum visitant. x. q. j. placuit. De cœtero. quasi diceret prçteritũ mediocriter tolerabimus. j. de conse. ece. vel alta aqua. *Rudes.* quo ad temporalia. *Ignaros.* quo ad spũalia. vel quo ad iura. xxxviij. di. Petrus. *Deprahendi.* per examinationem. j. de elec. si fortè. lib. vj. *Subiacere.* sub. nec ob. si obijciatur, φ pauci secundũ hoc ordinabũtur: quia sanctius est, &c. Sanctius. ponitur electiuè. Dicit. Luce.

1 vj. &. xxxviij. di. quæ ipsis. ¶ † Opponit ibi: *ars artium.* quia per hoc videtur φ ista scientia sit maior omniũ aliarũ. Nam idem dicunt dialectici de dialectica, dicentes: dialectica est ars artiũ, sciẽtia scientiarũ ad omniũ methodorũ prin. viam habens. Ita φ illa sola scire facit, sine qua nihil, & cũ qua. qđ licet, secundũ eos. Et saltim videtur Theologia maior ratione subiecti: quia principaliter de Deo tractat. ¶ Quid plura? imo prçualere videtur Grammat. quia est aliarũ sciẽtiarum omnium fundamentum, vel saltim legalis sciẽtia omnium præstantior est: quia sola illa secundũ Legistas habet finem mirabilem: quod nulla alia euenit arte. φ si vilissimç sint oẽs, tamẽ infinitæ sunt: vt in procem. ff. or. § ꝓ respõsis. in fi. Nam est quidẽ sanctissima ciuilis sapientia, quæ pretio nũmario non est æstimanda, nec de honestanda. ff. de var. & extraord. cog. l. j. versu est quidẽ res sanctissima. ¶ Solutio dicit Hos. φ sic consueuit quilibet ad modum Hortulani porros orti sui commendantis suã scientiam cõmendare. Sed hæc veritas est secundũ eũ: φ ars artium est diuina lex, à qua non est excludenda canonica, nec humana. Ciuilis enim diuina est: qa Imperatores ad actiones diuinitus peruenerũt. C. de prçscri. long. tempo. l. fi. Et qa à viua lege. s. Imperatore, quem dominus misit hominibus, legem animatũ in terris, & ei ipsas leges subiecit. in auth. de cõsuli. ante finem colũ. iiij. sunt leges diuinitus promulgatæ: sicut dicit Ioã. Papa. xvj. q. iij. c. fi. Et Imperatoris omne studiũ est: vt crediti sibi à dño Deo bene viuant, & eius inueniant placationem: vt in auth. vt nõ luxurientur contra naturam. j. respon. colla. vj. Et quatuor concilia approbat & sacras scripturas & regulas, sicut leges seruat, in auth. de ecclesia. tit. § j. colla. ix. Et hoc per omnia in auth. quo oportet Epi. § sancimus igitur. j. ¶ Vnde subdit Hosti. φ per prædictas & alias multas leges pro certo asserit, quód de mente legis est, φ vbicunq; de mortali peccato, seu de periculo animæ, vel alio negotio, etiã ratione personæ, quç personaliter cõuenitur, ecclesiastico, agit semper ad legẽ canonicam & eius ministrũ Episcopũ recurratur, ita φ & prouinciæ clarissimi Iudices in talibus in nullo cõmunicent Episcopis: nec inde quicq̃ sciãt: sicut expressè legit in auth. vt cleri. apud propriũ Epi. cõue. § si verò ecclesiasticũ. colla. vj. & de sanctissi. Episcopis. § si autẽ ecclesiastica causa est. & se. colla. ix. In quibus nec intendit à domini Papæ sñia deuiare. C. de sum. Trinit. l. fi. ¶ De canonica verò lege, dicit Hosti. planũ esse, φ differentia est, vt patet. j. de iura. cal. c. j. § nos itaq;. vbi de hoc. &. s. de transla. Epi. inter corporalia. § sed neq;. versi. & φ non est. ¶ Vnde dicas secundũ Hostiẽ. φ istæ duæ leges vnum sunt: cũ Theologia oẽs sunt necessariç ecclesiæ Dei

2 sanctç. ¶ Hæc tamen secundũ eũ, est differentia inter ipsas: qa ciuilis principaliter tractat de temporalium regimine, quæ sunt necessaria ecclesiæ Dei, sicut corpus animç. j. q. iij. si quis obiecerit. Theologia verò prĩcipaliter de anima. Canonica modo de hoc, modo de illo, ministros ecclesiæ in multis instruens, quç in alijs sunt obscura. ¶ Dicit ergo Hosti. quòd in regimine ecclesiç sanctç Dei Theologia locum capitis obtinet: ciuilis locum pedis: canonica verò, quç quandoq; ad caput, quandoq; ad pedem ducitur, locum manus. Et ad hoc pertinet, quod legitur & not. j. ad Corin. xij. Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Et facit quod not. j. ne cleric. vel mo. c. fi. § fi. ¶ Sed que istarũ est maior? Dicit Hostiẽ. quòd tantò maior & pretiosior est vna reliqua, quantò maius & prçtiosius est subiectum, cui prçest. Quantò enim quis melioribꝰ prçest, tantò maior ipse & honestior est: vt in auth. de defens. cum. § nos igitur. in fi. coll. iij. Et subdit Hos. quòd multi has leg. scilicet canonicam & eiusdem reprobãt & blasphemant: quia secundùm Boet. tot sunt hostes artis, quot ignorantes. vnde glo. super cant. iudç. c. j. Hi autem quicunq; ignorant blasphemant. & Hierony. nemo bene iudicat, quod ignorat. Vel dic, vt no. ipse Hostien. de summa Trinitate. cap. j. Respon. primò super verbo, quasi communem. ¶ Ex quibus infert Hosti. standum esse descriptioni, quam facit hoc concilium generale, quòd ars artium est regimen animarum. Dicit tamen Hostien. φ non propter hoc artes alias, dummodo non abutatur quis eis, improbare debemus secundùm Hieron. xxxvij. distinc. si quis Grammaticam & iunge not. Hosti. j. tit. j. c. vno. primo responso. super versic. suppleri, quç ibi dicam. Hostien. ¶ Vel quantum tangit oppositionem, dicas φ textus iste non distinguit specialiter inter prçrogatiuas facultatum, sed solùm notat effectum magis notãdum inter omnes effectus, quarumlibet scientiarũ: puta regimen animarum: ad quod secundùm veritatem tendunt secundùm plus & minus Theologia & scientiç canonica & ciuilis. ¶ Secundò opponitur ibi: *instruant.* quia imò hçc instructio, seu examinatio videtur ex officio ad Archi. pertinere: vt. j. de offi. Archid. ad hçc. Solutio. dic, quòd de illa examinatione non loquitur iste textus, sed de quadam instructione sacerdotum tantum, quam Episcopus habet facere. Et ista est ratio, quare propter examinationẽ Archidiaconi nõ excusatur Episcopus. ¶ Vel dic, quòd hoc quod hîc dicit, locũ habet, quãdo nõ est in ecclesia Archidiaconꝰ, qui examinet, &c. secundùm Inno. ¶ Puto primã solutionẽ veriorem: quia hîc loquitur de instructione regularũ ecclesiasticarum notoria Et digno, tamen in experto. si tamen hæc instructio ad alium. quàm ad Episcopum ex officio de cõsuetudine pertineret, haberẽ tunc Episcopum excusatum. Et

3 ita procedat solutio secunda ¶ † Iuxta præmissa quærit Inno. po. quòd non ex officio, sed de speciali mandato alterius aliquis examinat promouendum nunquid illi teneatur examinator prouidere? dicit Inno. quòd non: sed mandans. sed secus, si ex officio examinaret: vt no. s. capitulo proximo. secundùm eum. ¶ Vel melius dicitur secundùm eum, quòd hæc distinctio non habet locum, quo ad prouisionem ecclesiæ: quia à neutro debet ei prouideri: nisi sit dignus. Sed dicit, quòd locum habet quo ad pœnam ordinantis & examinantis, & prouisionem necessariorum: vt hic. sed Host. remittit ad no. in præ. decretal. ad hoc & ad sum. de seru. § qñ. versu, tñ quilibet. ¶ Tñ Innoc. in glo. vlt. videt dicere, φ hoc φ hîc innuitur, videlicet quòd ex mala ordinatione, ordinator apparet indignus, & puniendus: vt lxxxj. distinctio. tantis & argu. j. de regul. iur. quãuis. & . C. de rescri. vendit. l. quisquis. locum habet, quando per se ipsum examinauit, secus enim si per alios: quia illi tñ punirentur: vt xxiiij. distinc. quando Et habet verum: nisi esset ei imputandũ, quòd malos ad suũ officium destinasset: vt. ff. nau. cau. stab. l. vl. § hoc autem. &. § seq. Quòd videtur Innocen. melius: subaudi, quàm id, quod supra prox. dixerat: quod est bene fortè, iudicio meo, videlicet quòd assistens Episcopo propter defectum in examinatione commissum, teneatur ordinato de necessarijs prouidere. sed fortè intelligi hoc vltimum dictum Inno. de alia pœna Fact tamen, quod notat hîc. Ber. in fine suæ tertiæ glo. Tu cogitabis ¶ Supp. gl. ¶ In glo. ij. in fi qui debent esse gnari diuinæ

legis

legis,& exercitati in ecclesiasticis sanctionibus. Goffr. ¶ In gl.iij.in fi. vbi.de hoc. Dicit Vin.siue per alios examinet,non eo ipso,cum effectu cadit ordinator,vel instituens,ꝙ institutus est malus. Potest enim esse quòd instituens, non fuit in culpa:vt.ff.de adult.l.denuntiasse.§ quæritur. ¶ In glo. vult. ibi: *tales*.vbi de hoc. Et ibi: *odi*. & proieci.xij.distinc.omnia. Et in fi.Sene.xxxviij.Epistola ad Lucillũ. Nec multis opus est,sed efficacibus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Presbyter quid scire teneatur?*
2 *Grammaticam non callens,ex vsu tamen perfectè literaliter loquens num ad Episcopalem dignitatem aut inferiorem promotus deponendus sit?*
3 *Abbates quanta debeant esse doctrina.*
4 *Episcopus si adolescẽti ad scholas profecturo præbẽdam dederit,ea spe vt is bonas disciplinas capesseret,quibus quandoq; ecclesiam iuuaretur ac defenderet:si reuersus ignorãs iunctus fuerit,quid iuris?*

¶ *CAP. II.*

QVamuis. ¶ Casus. Defectus scientiæ deijcit iam promotum. Et facit ad Rubricam de qualitate. ¶ ¶ Expone literam.proposita.& forsan non probata, secundum Hosti. *De Grammatica.* quæ scientia in Episcopo requiratur in Episcopo colligit.xxviij.dis. qui Episcopus.xxviij.distin.quando.& tetigi.s̃.de elec. cum in cunctis. ¶ 1 Quid autẽ scire debeat presbyter,collige.xxviij. dist.quæ ipsis. Sufficit tamen secundùm Hosti. quod prædicta in libro & cum libro perficere possit:licet illa nesciat cor de didicisse de tutore secus.ff.de autho.tuto.l. Adethæ.§ vlt. Insti.de excu.tu.§ item propter vim. Aliàs incipit. Similiter. Et per euidentiam ac si dicat,non solùm erat iuris notorium per confessionem vt est dictum: sed etiam per facti euidentiã:vt quia nesciebat literaliter loqui. *Contra Deum.* propter animarum periculum: vt quia si coecus coecũ,&c.s̃.c. proxi. in fi. ¶ *Tolerare.* Substantia enim sacerdotij, & præsertim in Episcopo est legere diuinitus tradita eloquia, & diuinarum scripturarum doctrinam scire:vt.xxxviij.distin.omnes psal lentes.Innoc. Exequutionem. Characterem enim retinet. j̃. de sacra.non reite.c.ij.& .s̃. de ord. ab Episcopo, qui re.c.j. & .j̃.tit.j.c.vno.

2 ¶ 1 PRIMO quæritur,quid de illo,qui ignorans Grammaticã ex vsu perfectè literaliter loquitur : sicut multi theutonici. An talis si ad Episcopalem vel inferiorẽ dignitatem promotus fuerit,deponendus sit? Ioan.de Deo li.j. quæstio. xxvj.tenet,quòd si in alijs est vtilis nõ deponetur:multa dicens alia hic fuisse opposita:vt hîc in prin. Et hoc probat. Primò,q a scientes mentẽ iuris,non scientiam, tolerãtur.xxxiij. distinc.sedulo. Secundò quia secundùm Apostolum leges nescié.& illas seruãtes sibi sunt lex.xix.q.ij.duę sunt. Fa.ff.de legi.l.scire leges. Et de consec.di.ij.prima quidem. Et tertiò, quia supplere possunt per alios:vt.ff.de offi.ordi.inter cœtera.quæ etiam de defectu sciẽtiæ loquitur propterea dicebat coadiutorem dari posse.arg.vij.q.j.non autem.& .c.quia.Io. &.j̃.de cle.egrot.ex parte. ¶ Ad iura,quæ possent in contrarium induci:vt.xxv.dist.nunc autem.vij.q.j. qualis.lxxxj. dist.statuimus.cum similibus, respondebat quòd loquũ. in promouendis:nos in iam promoto. Ioan. Andr.licet recitet nil addit. ¶ Quid dicendum? certè licet hoc dictum in scien te saltem legere psalterium & missale literaliter tolerari posset:tamen in nesciente legere,tolerari non posset. Nam istud esset contra verba & rationem huius decretal. Talis enim nihil põt dici sciuisse de Grammatica qui legere nescit. Si enim nescit legere,fortius nec construere, & tamen in his duobus principaliter consistit Grãmatica. Et obstat ratio decre.quæ fuit secundũ Inno. vt dixi super verbo,tolerare:quia substantia summi sacerdotij est legere diuinitus tradita eloquia & scire diuinarũ scripturarũ doctrinam: vt.d.c omnes Psallen. hoc est dictũ:q a Episcopus ex officio sibi necessariò incumbenti,habet in ecclesia legere diuina eloquia, tã in missarũ & aliorũ diuinorũ officiorũ celebratione ꝗ in clericorũ suorum ordinatione:ꝗ etiam in sacramentorum omnium consecratione & ministratione. Quis ergo talem bestiam in ecclesia toleraret,qui hoc nesciret. Licet ergo secundũ.s. de doctrina suppleri posset:vt.e.inter cœtera. nõ video tamẽ hoc de lectura posse dici. ¶ Nec valet dicere, ꝙ detur sibi coadiutor:quia quando est impedimentum præcedẽs electionem, non debet dari coadiutor, sed remouendus est : quia fuit in culpa recipiendo prælaturam,suum defectum ignorans : vt s̃.de æta.& quali.c.j. Et q́d ibi no.per Inno.in glo.fi.ad fi,& j̃.de corpore vitia.exposuisti. Nec valet respõdere ad istam decretalem ꝙ alia fuerunt hîc opposita. Nam Papa se fundat solùm in vno,pro eo ꝙ de illo solũ constituit,videlicet per cõfessionem & euidentiam facti:vt patet in textu. & esset calũniari literam: vt credo. Et hoc Goffre. placet & Henri. j̃. de regu.iur.quãuis. Et videtur hîc placere Host.qui dicit,ꝙ euidens insufficiẽtia in Episcopo modis omnibus reprobatur.

3 ¶ 1 SECVNDO quæritur ibi, *in Episcopo.* quid de Abbate? videtur idem.arg.xlvij.di. Petro. Sed in contrarium facit. xvj.q.j.placuit.& lxxiiij.di. Epoporũ. s̃.eo.c.tua.xxxviij.di. sedulo.q́d putat verum. Io. And.si aliter est peritus & discretus in regula,per quã suum officiũ limitatum est: quod non contingit in Episcopo,cuius officiũ latè patet. j̃.de offic.vic. vlti. vnde maior est discretio in ipsius persona requirenda. Et hoc dictum tolerarem in Abbate, qui ad sacros ordines non valens ascendere,dispensatiuè promotus est:vt.s̃.e.tit.c. tuam.q a talis de necessitate legere nõ tenetur. Sed in illo, qui promotus sine dispensatione debet presbyterari. & per consequens saltem missam legere,quod ex defectu literarum facere non potest:fortè idem,quod in Episcopo ex identitate causæ & rationis finalis, per istud Cap. & arg. s̃. errans.c.j. Fuit enim in culpa, qui non ignorans defectum proprium ad prælaturam ascẽdit:vt dixi. s̃.& probatur. s̃.de elec. cum in cunctis.§ inferiora.vbi de hoc per Inno. ¶ Sed fortè si habilis esset ad literas addiscendum, & esset spes,ꝙ in breui posset instrui in eis,& esset aliàs habilis,posset substineri dispensatione.ar. j̃.de elec.cum ex eo.li.vj. Non enim tantum obesse debet temporale impedimentum,sicut perpetuum:quia in mora modici temporis, non est magnum periculum.ff. de iudic.si debitori. Sed aliter est statutum in Episcopo : vt hîc:quia iste defectus in eo magis, ꝗ in quocunq; alio scandalosus existit. ¶ Et hoc placet Ioã.de Deo.li.j.q.xl.qui dicit,ꝙ si aliàs est bonus,remanebit Abbas, & prędicabit vulgariter:vt.d.c.sedulò.& addiscet in monasterio. Allegat de renun.post translationem. ¶ Sed quid si non põt addiscere, quia non est animo habilis ad hoc? Dicit tunc Ioan. de Deo vbi.s̃.ꝙ tunc sibi dabitur coadiutor. Et ad hanc partem inducit,ꝙ plus in his requiritur industria,ꝗ literatura. j̃. ne cle. vel mona.multa. Item, quia olim Abbates erant laici.xxij. à Subdiacono. Sufficiat ergo sibi,ꝙ sit prudẽs & peruigil suprà gregem.viij.q.ij.dilectissimi. Sed verè non placet hoc dictum in Abbatẽ,qui debet promoueri ad sacerdotium, per c.j.s̃.eo.quia talis insufficientia in presbytero,vt dixi, est intolerabilis:& tunc non est dandus coadiutor, sed remouendus est,licet secus si tolerabilis esset: q a tunc dari posset coadiutor. Not. Host. j̃. de simo.c. licet Hely.versu,cũ ergo. Et sic per hoc concor.iura.xxxix.dist.Petrus.xj.q.j.fratris.vij.q.j. quia Io.&.c.ꝗuis sit triste. ¶ In hoc autẽ videlicet, quæ insufficientia tolerabilis est in Abbate, puto attendẽdum fore ad qualitatem Abbatię & administrationis eiusdem. Nam si est magnum & amplum monasterium. Abbas multa membra sibi subiecta,& iurisdi. quasi Episcopalem in illis,& fortè exempt.sicut Clunacen. Fiscan. maioris monasterij, & claræ vallis, requirem in promouendo ad illud multò maiorem scientiã ꝗ in illo,q nõ habet regere,nisi.iiij.vel.v.monachos, & possessiões colere ad vitã suã. Et hoc placet dño Pampil.

4 ¶ † Sed quid de quæstione dominicali? Episcop⁹ iuueni adhuc ignoranti dedit præbendam: vt iret ad scholas, & addisceret: & sub spe, quod scientiam acquireret, per quam posset ecclesiæ suffragari: iuit ille ad scholas & nihil profecit, & cum rediret apparuit omnino ignorãs quãobrẽ vult Episcopus sibi auferre prębendam: quæritur an possit? Et dicit Bartol. Brixien. quod non põt: dum modo ille sciat officium. Allegat xxxviij. distin. quando. & c. quæ ipsis. & c. seq. Et ad hoc inducitur materia regulæ, quod semel. ꝭ. de regu. iur. lib. vj. Et hoc satis verum puto: quia nõ dicitur re vera scire officium, qui omnino ignorat literas, sine quibus illud exerceri nõ potest. Et idem tenent Hug. Ioã. & Arch. x. q. j. placuit. & Hen. ꝭ. de regu. iur. quãuis. vbi ponit longã distinctionem, qualiter propter simplicitatem contrariam dolo, vel astutiæ, aut scientiæ, debet Episcopus amoueri, vel sibi dari coadiutor: quã ibi expediam. ¶ Supple glo. ¶ In glo. j. in fi. & perseuerauerit in confessione, secundũ Vincen. ¶ In gloss. ij. ibi: *non videt.* vnde Ouidius. ij. Tristiũ. Quod minimè nouit, nemo docere potest. Et in fi. licet autem Grammatica non sit scientia pietatis, poterit tamen ad vitã proficere, si fuerit ad bonos vsus assumpta. xxxvij. dist. si quis Grammaticam.

De sacra vnctione. Rubrica.

¶ Quia in ordinandis & pręficiendis aliqui inunguntur, ideo viso de illis, de sacra vnc. videamus. Gost. De materia. xxv. dist. & de consec. di. v. in prin. vltra ea, quæ habent. ꝭ. ti. proxi. De vnctione chrismatis habetur in. c. q̃to. s̃. de cõsec. de Episcopali de offic. ord. quod sedem. de conse. eccle. vel alta. cum sis. De extrema vnctione de ver. sig. quęsiuit. & in cle. j. de priui. in proxi. imperiali. de iureiur. rationẽ. in prin. & versi. nos itaq;. & ver. ac decernen. & v. De cler. de elec. in plerisq;. ver. quòd si.

¶ *SVMMARIVM*

1 *Consecrationis quædam substantialia, solemnia quædam, & quædam dubia. Et ibidem quænam omissa iterationem inducant? Et quid sint ea?*

¶ *CAP. I.*

CVm venissent. ¶ Literalẽ casum põit gl. In summa verò hoc intendit principaliter: ecclesia Græcor. in ordinationibus & cõsecrationibus seruare debet vnctiones, quas seruat ecclesia Romana. Episcopus autem cum consecratur, inungitur chrismate in capite & manibus: quod si fuerit intermissum per tres Episcopos est supplendum. ¶ Diuide secundùm Hostiẽ. in ix. partes, quas distinctè & per modum capitulorũ prosequitur. cum Ioan. And. diuidit in duas, & post subdiuidit. Sed quia in idem recidit illud omitto. ¶ Accedẽdo ad primam partem. Expone literã. Bracaren. suppleri. j. q. j. Ecce. Et infrà hoc est, vt scias in consuetudine Gręcorum errari: & vt facilius pareas monitioni, quã facturi sumus in fine capituli, ad tuam & multorum vtilitatem volumus tractatũ vnctionis plenius explicare, secũdũ Hosti. qui per hoc arguit magistrũ non inculpandum, sed cõmendandum qui ad vtilitatem audientium multa loquitur. De hoc. ꝭ. eo. ti. cũ sit. Et est simile de renuntia. nisi. vt ecclesia benefi. c. vno. ¶ Opponitur ibi: *suppleri.* quia videtur, quod totũ debuit iterari: quia nihil dicitur actũ, &c. vt in glo. iij. Ber. & sa. de conse. di. ij. re vera. lxviij. di. Cor. Epi. & c. q̃uis. Modo ita est, quod si forma non seruatur 1 nil agitur. de rescrip. cũ dilecta. in fi. ¶ † Solutio. dicit Hosti. quod quædam sunt substantialia. Et si ista omittũtur, nihil agit. Quidam sunt solennia. Et ista supplẽtur. Quædam sunt dubia: & in istis locus est totali iterationi. ¶ De substãtialibus dat exemplũ. Primò, vt est ponere librum super ceruicẽ consecrandi. xxiij. di. Episcopus. secũdũ Gof. ad quod. lxxv. di. quod die. Sed secũdũ Hug. cautũ est, quod in talibus nil temerè asseramus Item numerus consecrantiũ: vt ad minus sint tres lxvj. di. porro. de tempori. ord. si Archieps. & c. seq. & hîc. & quod vnus Episcopus totam benedictionem perficiat. xxiij. di. quorundã. de conse. di. ij. quia. xxiiij. q. j. loquitur. ¶ Solennia verò sunt vnctio, tempus, ætas, manus impositio. vnde talia supplentur: vt. s̃. impositio & vnctio: vt hic. & ꝭ. tit. j. c. j. & vltimo. In reliquis dispensatur. de tempori. ord. consultationi. vbi de hoc. ¶ Dubia verò sunt missa & ieiuniũ in quibus videntur canones & magistri discrepare. Tenẽdum est ergo, quod est certius, vt fiat iteratio. de Baptismo. c. ij. cum suis concord. de cleri. per sal. promo. c. vno. ¶ Leuia verò, siue honesta, dicuntur tangere, vel non tangere aqualẽ, ostiũ vel campanam, tradere vel nõ tradere vrceolum, vel candelabrum, seu calicem, & similia, quæ per se patent. Quæ forsan non multum exacta diligentia sunt seruanda. arg. ff. de vent. inspi. l. j. § fi. Sed si ad cautelam suppleantur, non est malum. arg. v. di. ad eius. ff. man. qui mutuam. Similem no. s̃. tit. j. accepimus. secundũ Hostiẽ. Qui dicit, quod cum in his, & iura & magistri discrepãt, quę nec de lana caprina sunt, nescit, si hęc quæ omnino potissimè depẽdent ex statutis canonicis, quæ à pluribus ignorantur, quomodo suo sensu purus Theologus pręsumeret diffinire. De hoc tamen remittit ad summã. eo. ti. § à quo, & qualiter. ¶ Secundò ibi: *quoniam apud vos.* opponitur de incongruitate latinitatis: quia dirigitur Patriarchæ Constãtinopol. vt in superscrip. Et quia loquitur in singulari. ꝭ. § j. Et hic in plurali. Et sic videt vitiosa litera: vt. ꝭ. de crimine fal. quã graui. Solutio, dicũt quidam, quod scribitur Patriarchæ & suffraganeis. Et quãdo loquitur ad solum Patriarchæ & suffraganeis. Et quando loquitur ad solum Patriarchã, vtitur singulari. Simile de institu. c. iij. ¶ Dicit Hosti. quod soli Patriarchę loquitur. Et quod dicit vos. exponit te, & subditos. vel i. vestrates. Nec per hoc fit lata significatio in verbis rescriptorũ: sed est modus loquẽdi. Et sic non est contra. s̃. de rescrip. Radulph⁹. ¶ Supple glo. ¶ In gl. prima ibi: accedẽs: fortè in legatione Patriarchæ in Constantinopolitani quærẽtis, an possit vti bac. pastorali: cum Romanus pontifex non vtatur. vt patet in fi. Et ibi: *Patriarchæ.* Latino, sed proximè ãte ipsum fuerat patriarcha gręcus a quo fuerat iste cõsecratus, secundum Inno. c. ¶ In glo. *quia*: ibi: *tres.* Et sic sicut tres debent esse in consecratione, ita & in suppletione: vt hic patet sic & eo tempore supplendum, quo fuerat conferendũ ꝭ. tit. j. c. fi.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Sacramenta corporalia, num cum corpore pereant?*
2 *Anima num sit oculis corporeis visibilis. Et quot nominibus prædita sit?*
3 *Vnctio, quid infirmis prosit?*
4 *Vnctio inuisibilis, quænam res sit? Et in quem eius impressio cadere queat?*
5 *Vnctio extrema, cur nam instituta fuerit? Et cuius rei signum sit?*
6 *Vnctionis sacramentum, quænam res sit? Et cur sacramentum dicatur*
7 *Matrimonio ineundo, an gratia conferatur? Et in hoc Ioan. An. quia vxoratus fuerat, sẽtẽtia. Et quos effectus pariat huiusmodi gratia.*

SCire te volumus. ¶ Ista est secũda pars, in qua de vnctione generaliter tractat. d. illam duplicẽ. Et in primo versu probat primam, authoritatem Iacobi. & in secũdo probat secundam authoritatem Ioannis. & in tertio dicit, quid vtraque designet. ¶ Expone igitur primò literam huius secundæ partis Matherialis. j. existens ex materia corporali. ¶ *Vngitur per Ministrũ corpus.* inde dicunt 1 corporalia sacra. ¶ † Et an pereant cum corpore, notatur. j. 2 q. j. corporalia. *Inuisibiliter.* ¶ † Sicut enim anima non potest videri oculis corporeis, sic nec eius vnctio. Cor. pro anima. Nam secundum diuersa eius officia anima variè nominatur vnde versus Plurib⁹ officiis animę, sunt nomina plura. Dum se nõt sensus, ideo dum iudicat & mens. Dum quis commemorat, numerus: dum cogitat, & cor. Iacobus v. cap. *Infirmatur* supple. si. vel legas interrogatiuè Presbyteros. sufficit vnus. de verbo. sig.

verbo.sign.quæsiuit ¶ *Enim*.infirmum & proderit cõtra infirmitatẽ corporis:vel vt eã minuat: vel vt patiẽtius toleret & etiam proficiet ad salutem æternam.Inno. *Oleum*. dicunt quidam,ꝙ Episcopus in extrema vnctione vngit chrismate. xxv.dist.illud.vbi de hoc. *Fidei*.i.fidelis presbyteri.vel.i.facta secundum fidem.*S.alleuabit*.temporaliter vel saltem æternaliter,secundũ Inn.De secũda.s.de innisibili.Io.j.ij.c. *Doceat*. Simile Matth.x.cum veneritis ante Reges & Præsides &c. *De mortuo*.supple seruate & docete.Inde etiam dicitur,qui spiritu Dei ducitur,non est sub lege.xix.q.ij.duæ.*Inuisibilis*.quæ fit in anima corpore exterius vncto.Inn.in all.concor.Inno.& Bernar.

4 ¶†PRIMO ibi:*inuisibilis*.quærit̃ quæ res est ista vnctio inuisibilis? dic ꝙ nihil aliud est,quã charitas:seu donũ spiritꝰ sancti impressum animæ:sicut & character corporalis imprimitur corpori ¶ Sed in quo cadere põt hæc impressio? Dic ꝙ in solo baptisato.Nam baptismus omniũ sacramen.Ianua est,ac fundamẽtum.j̃.de presby.non bapti.veniens. ¶ Sed post baptismi characterẽ impressum in anima indelebiliter recipiuntur omnia sacramẽta ita ꝙ post degradationem character.Nam secundũ Augu.in damnatis baptisatis quædam remanent per quæ ab alijs discernuntur. ¶ Ad hoc.j̃.de diuor quãto.& de schisma.c.j.de ordi.ab Episcopo.c.j. Nam sicut character corporis impressus furi,deleri nõ potest:imò si id intenderet illud augeret,fortius id in spirituali dicendũ secundùm Hostien.

5 ¶SECVNDO ibi:*infirmum*.quæritur de quo sacramẽto hic loquitur? Dic ꝙ de sacramẽto extremę vnctionis: quod signat verbũ infirmũ. ¶ † Sed qua de causa fuit istud sacramentũ institutũ? Dic ꝙ dublici de causa:videlicet ad corpus sanandũ & animã saluandã:qa purgat venialia.& si nil inuenit purgandũ,ꝓdest ad securitatẽ prebendã,& quo ad maiorẽ cõstantiã.de cõse.dist.v.c.j.& ij.secundũ Hug.

¶TERTIO ibi:*signum*.Quæritur cuius rei signũ? Dic ꝙ hoc signat:vt preter exteriorẽ vnctionẽ & characterẽ aĩæ infixũ,quę ingerit sensibus hominũ faciat & aliud venire in ipsorum notitiam.s.gratiã aĩæ infusam. Hîc eñ character impressus aĩæ est sacramẽtũ.Nã facit illud qđ significat.Nã pręter illud qđ designat.s.gratię infusionem:est etiã ipsius gratiæ infusionis cã. Vnde & sequitur quia & si dignè sumit vel agit,vel auget absq; dubio,qđ designat.s.salutẽ.Inn. Et dicã de hoc aliquid.j.in.prox.in rub.&.j̃.de celeb.mis.cũ mar.

6 ¶†QVARTO ibi *sacramentũ*.Quærit̃,quæ res est hîc sacramentũ? Dic ꝙ est ipse character sacramẽtalis,qui semel habitus,nũquã amittit:vt est dictũ Hosti.

¶QVINTO querit̃ quare dicit̃ sacramẽtũ dicit Host. ꝙ ideò,quia mentẽ sacrat ac sanctificat,purificat,& vnit Deo j.eo.§ quia verò.& de bap.debitum. Vel dic,ꝙ dicit̃ sacramẽtum quasi gratiã cõferẽs.in omnibus eñ sacramẽtis,excepto matrimonio cõfertur gratia.lxxv.distin.c.j.&.c.ij.ꝙ.c. ꝙ à pueris.&.c.seq.&.j.q.j.multę.&.c.multi.Hosti.

7 ¶†SEXTO quærit̃,vtrũ in matrimonio gratia cõferat̃? quidã dicunt,ꝙ non:vt.s̃.proxi.tetigi. Et assignant duas rationes.Prima est,quia pecunia mediãte cõtrahit̃.xxx.qõ.v. aliter.xxxij.q.ij.honorant̃ cũ ibi not.quod fieri nõ posset,si gratia cõferet.j.q.ij.quã pio.j̃.de pact.c.si.Facit no.j.q.j.quod inuisibilis.j̃.qui ma.ac. poss. significante. & de simo.cũ in ecclesia.Io.Cal.Secũda ratio est,quia infidelibus est cõmune.de diuor.quãto.&.c.gaudemus.quibus certũ est gratiã non conferri:vt.d.c.multæ.&.c.si quis inquit.j.q.j. ¶ Sed vt dicit Hosti.Theologi dicunt contrariũ.s.ꝙ in matrimonio bene conferr̃ gratia.dicũt enim,ꝙ si fideles vacẽt orationibus,& ea intẽtione,qua debent cõtrahãt:& aliàs ad gratiã recipiendã se habilitent,etiã in sacramẽto,sic inter eos cõtrahentes gratia datur aliqua,talis videlicet.quia citius dat dñs eis prolẽ,fortiores reddunt̃ ad fidẽ seruandã sibi adinuicẽ: magis abundãt in tẽporalibus,& diutius & cõsolatius viuunt Ad qđ Thobiæ.vj.ca.ibi:*Hi nãque,qui coniugiũ ita suscipiunt*.vsq; in fi.ca.&.viij.c.per totũ & maximè ibi.*filij sanctorũ*.&c.

Ex quibus capitulis vidẽtur sumpta iura.xxx.qõ.v aliter cũ cap.sequẽ.Host.& scđm hoc certum est,ꝙ inter eos opus carnale sine peccato perficit̃.Io.an.xxxij.q.v.c.j.&.c.scđm Io.cal.Item quia carnis pruritus minus sentiũt.de quibus prouerbiorũ.ix.in fi.ibi:*aquæ furtiuæ dulciores sunt,& panis absconditus suauior*. ¶ Vnde Io.An.quia erat vxoratꝰ de plano fatet̃ in matrimonio cõferri gratiã circa triplicẽ inordinationem cõcupiscẽtię.Prima: quia concupiscẽtia inclinat ad multas mulieres:sed per gratiã sacramẽti,vni soli vult cõiungi: & inde bonũ fidei.Scđa cõcupiscẽtia,inclinat ad solã delectationẽ:sed gratia sacramẽti inclinat ad prolẽ.& inde orit̃ bonũ prolis. Tertia,quia inordinatio cõcupiscẽtię post impletionem fastidiũ generat,inde luxuriosus quęrit aliã:sed in matrimonio datur gratia:vt velit semper esse cũ vna.Et sic oritur bonũ sacramẽti.¶ Ad id aũt,ꝙ opponit̃,ꝙ contrahit̃ pecunia mediãte,respõdet Hosti.quia illud tolerat̃ in dote ꝓpter honestatem matrimonij supportandã:vt.d.c.aliter.argu.j̃.eo qđ leg.& not.j̃.de vsur.salubriter.Et quia potius ordinatur ad qualitatẽ.s.prolis susceptionẽ,quã ad spiritualitatem. ad hoc.ff.de verb.sig.l.liberorũ.& de cõdi.appo.c.si. Et qa inter carnales & seculares hoc tantũ agitur.Nã si de actu omnino spirituali & ecclesiastico agat̃,puta de benedictiõe nuptiali,in illo bene cõmittur simonia:vt patet in eo,qđ legitur & nota.j̃.de simo.suã.Et adde qđ no.j̃.qui ma.ac.pos.significante.& de simo.cum in ecclesiæ corpore.j.respõ.Hostiẽ. ¶ Subdit Io.An.ꝙ nec dos est de esse matrimonij. & ideò nõ ob.cõtrarium.Dicit Io.cal.ꝙ hec opi.etiã reprobat̃ expresse:quia secundũ eã in nullo differret à sacramentis veteris legis cõtra id quod habet̃.j̃.eo.c.§ verum.Et ad id, qđ dicit̃ ꝙ infidelibus est cõmune,quibus non dat̃ gratia.Respondet Io.an.ꝙ illud nõ est ex defectu sacramẽti,sed ex inhabilitate ipsorũ:sicut si existens in peccato mortali reciperet Eucharistiã vel fictus,vel conditionaliter aliquis reciperet baptismũ. ¶ Dicendũ est ergo scđm Io.cal.ꝙ matrimonio conferr̃ gratia, per quã cõuenienter facere põt id ꝓpter qđ diuinitus est institutum.s.prolis procreationẽ.qđ bñ probat̃.xxxiij.q.v.c.j.alle.Nõ oc.qđ dicit̃.iij.Ethico.ꝙ insatiabiles sunt cõcupiscẽtię appetitus, & per operationem cõgruã auget̃:quia illud verum vbi inordinatè id fit.Sed & matrimonium ordo cũ moderamine habet̃.i.haberi debet.bene facit.xxij.q.iiij.origo.&.c.in eo.&.c.vlti.Et de hoc par Beato Tho.iiij.senten.di.xxvj.q.ij.articu.iij.vbi reperies tactam hanc qõ. ¶ Item scire debes,ꝙ præfatus Io.cal.qui nouellã filiam Io.And.habuit in vxorem,hîc prædicitur tenens,dicit hoc iure mirabili bene probare:quia in diffinitione sacramẽti, quæ ponitur de cõse.di.ij.sacrificium,ponitur gratia:sed matrimoniũ est sacramentũ.j̃.de biga.debitũ.ergo &c.Debet enim diffinitio cũ diffinito conuerti.xxvij.q.ij.in prin.Itẽ,quia cũ vt.s̃.tactum est,matrimoniũ reprimat cõcupiscentiã.xxij.q.j.nuptiarum.quod fieri nõ potest,nisi per gratiam.Item dicit ꝙ non valet,quod quidam dicunt videlicet quòd in eo confertur gratia in ordine ad recessum à malo:quia actus carnalis, qui aliàs sine peccato exerceri non potest.xxxvj.q.j.§ cũ ergo.xxxij.q.iiij.Non solũ cum simil.Et inter cõiugatos exercent sine peccato.&.xxxiij.q.iiij.c.j.&.c.seq.Sed hoc nõ sufficit:quia etiam id conferebat in veteri lege:vt est notum.Et sic non differret ab antiqua lege.contra § verum.j̃.eo.c.Nec sufficit,quòd dicunt alij quòd facit recedere à malo:quia mitigat concupiscẽtiam:ne extra bonum matrimonij conferãt sed non dat gratiam ad bene operandum,secundũ eos.Nam eadem est gratia,quæ peccatum impedit,& ad bonum inclinat.facit.xxxij.q.j.cũ renuntiatur.Sicut idem est calor,qui aufert frigus,& qui calefacit,secundũ Io.cal.

¶SEPTIMO ibi:*si dignè sumitur &c*.Qualiter intelligitur? Dicit quòd hoc modo: quia si sumens deuotè recipit.& est sine mortali ipsa interior vnctio agit.i.creat gratiã nouam:puta castitatem in dissoluto. Et sic per consequens salutem,quam quis consequi consueuit per gratiam:vel auget amplíando.s.veterẽ gratiam:vt si libenter eleemosinam

dabat, nunc libentius. Et ista digna assumptio maximè in sacraméto sacerdotalis ordinis dignius & deuoti⁹, qua in alijs attendenda est: qđ etiã aliorũ rõne cõferẽ. j. q. j. c. si qui Episcopi. § ecce cũ. Ad quod designandũ in vnctione manuũ sacerdotis, cantat ecclesia inuocationẽ spũs sancti. Vel expone agi. s. in sacramento baptis. in quo dat nouã gratiã, & auget. s. in reliquis sacramẽtis: vt de cõse. di. iiij. gratia. & c. seq. not. ex quo. & c. j. & ij. & c. ĩ. eo. § qa verò: versu, per frõtis. Hosti. ¶ Supple glo. In glo. *imo*. in fi. xv. q. vj. c. fi. ¶ In gl. *xxv*. in fi. ibi plenè not. ad quid valeat hæc vnctio. Et quid iuris si non habẽs oleũ, vngat chrismate: & quid si vngat oleo nõ benedicto & nũquid possit iterari? ¶ In gl. *vnctio*. ibi: *antithesis*. & de his. ĩ. de verbo sig. forus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Sensus sacræ scripturæ quotuplex sit?*
2 *Chrisma ex quibus conficiatur?*

Ad exhibendum. ¶ Ista est tertia pars decre. in qua ostendit de quo Eps debeat inungi. & dicit, ꝙ de chrismate, ostendẽs de quo conficiatur chrisma, & durat ista pars, vsq; ad § hoc vngento.

¶ Expone literam huius partis. *Infirmorum*. i. quo inunguntur cathecumini: vt patebit versu: quia verò. vel infirmi: vt patebit. ĩ. *Oleo*. s. benedicto. *Nitor conscientiæ*. i. puritas vel mundus. alibi designat miam. xlv. dist. disciplina. & de pœ. & re omnes. ver. sacerdos. De ꝓprietatibus olei ponebat hîc versus. Est oleũ pingue, calidũ, nitidũ penetrãsq;. Mitigat & reficit, lubricat supereminet vngit. *Lampadibus*. i. bonorũ ope. exẽplis. Abb. *Balsamũ*. hîc est quidã liquor, qui manat de quibusdã arboribus, sine frugibus: dũ putant. *Chrismate cõfricto*. s. designantibus bonã cõscientiã & bonam famam. *Cõscientiæ* respectu olei. *Famæ*. respectu Balsami. vnde Hiero. super ecclesia. vij. c. Fac tibi famã longiorẽ: vt quõ vngentum nares odore delectat, sic ad tuum vocabulũ cuncta posteritas delectetur. *Apostolus*. ij. ad Chorint. j. *Filiæ*. i. animæ. *Regis*. i. Dei. *Ab intus*. i. à puritate interioris cõscientiæ. Et habeĩ hæc Psal. xliiij. *Apostolus*. ij. ad Chor. ij. *Alijs*. præter expositionẽ glo. dicit Hosti. hunc text. sic posse intelligi. s. ꝙ prȩlati sint alijs scilicet extrinseca odor vitæ. per bonã operationẽ extrinsecã quã sumunt in exemplum. Et alijs intrinsecis, sint odor mortis. i. pœnitẽtia per quã peccata & caro mortificant, per actus interiores, quos vident. vel mortis ad literã, si actus domestici praui sunt. *In mortem*. & idem Apostolus: Factus sum infirmus infirmis. i. ad Chor. ix. & c. xlv. di. recedite. Et idẽ Apostolus dicit oĩbus omnia factus sum vnde videmus, ꝙ idem poculum ab ape sumptum, ꝓducit mel: à serpẽte venenum. Et idẽ rectè in doctrina. per quã vtentes ad bonũ saluant: & alij. qui ad malũ vtunt, damnant vnde Hiero. super ecclesiast. c. vij. dicit, ꝙ eadẽ solis operatio liquefacit ceram. & sicat lutum. Et Hiero. super canticis: de pigmentis, quorum odore quȩdã animalia recreantur: & quȩdã pereũt. *Debet enim episc*. i. ad Thimo. iij. ca. *Intus*. s. in clero. vel in cõmunione in fide. *Foris*. i. extra clerũ: vel. extra fidẽ. *Ideo*. refert Abb. de beato Clem. & de quodã Epo Bituricẽ. ꝙ etiã à iudæis & infidelib. sunt venerati. vnde Hiero. super Danielẽ. vj. c. quando sancti ab infidelibus diligunt Dei misericordiæ est. i. nõ bonitatis hominũ peruersorum. *Trahat*. Apocalip. vlti. & . xxxvj. dis. § ecce. Audit prædicationẽ bonis operibus roboratã. *Dicat*. prædicãdo. *Veni*. ad fidem: vel ad misericordiæ opera suscipienda: puta pauper ad eleemosinam hospitiũ, & similia.

¶ Vel est præteriti, vt sic dicat: veni ergo. i. verba tua recepi, & incorporaui. ¶ Quæritur ibi: *mystica*. quȩritur quid vult dicere? expone. i. figuratiua. Exponit Inn. i. significatiua. i. per

¶ Secundò hoc probat sic: quia vbi est reperire probationẽ semiplenam in casibus specialibus toleratam, à contrario in cęteris de iure communi plena probatio requirenda est: vt. ff. ad municipa. l. j. in fi. Sed constat, quòd in casibus specialib⁹ sufficit probare filiationem semiplenè: vt. ff. de liberis agnoscendis. l. si quis à liberis ali. §. si vel parens. & l. j. §. fi. eo. titu. in fi. Vbi ille reputat esse casum. Et inducit etiam. l. filium. §. si quis bo. possessionem contra ta. ff. de leg. præstan. & l. j. ff. de contra tab. iuncta. l. iij. §. si causa cognita. ff. de bon. pos. & l. ij. §. quibus. ff. quis ordo in bo. pos. seruetur.

¶ Tertiò hoc probat sic: quia si vera probatio filiationis esset impossibilis sequeretur, ꝙ substitutio facta de filio putatiuo per patrem putatiuum, sub conditione, si probaret filiationem reiecta dicta tanquam impossibili puré, de iure valeret vt. ff. de condi. & demon. l. obtinuit. & Insti. de hær. insti. §. si impossibilis & tamen hoc falsum est: vt dicta. l. Lucius. in fi. per quod apparet, quòd doct. & glosæ, male per illam. l. probant, quòd vera filiationis probatio sit possibilis. Nam illa non est ratio illius legis: vt per. s̃. proxima patet. Sed est ratio quam ibi assignat textus dicens: *Paulus respondit filium, de quo quæritur, non sub eadem conditione institutum videri quæ in potestate eius est. & ideo testamentum nullius momenti.* Prout etiam notat Odoff. ff. de probat. l. Vult dicere textus, ꝙ ideò non valet institutio: quia eius conditio non est in potestate filij. i. solius filij, Hoc est, quia conditio potestatiua non est. nõ quòd conditio sit impossibilis. Inter ista enim longa est differentia. arg. eorum quæ legũtur & notantur. ff. de conditione instit. l. si filius.

¶ Quid dicendum? certè licet dicta istius domini aures mulceant, tamen nihilominus credo, quod glo. & doctores mente eorum consyderata bene dicunt. Nam licet omnis probatio contingentiæ facti, præter illam, quæ fit per facti ipsius euidentiam, reuera subtiliter consyderando ex præsumptione procedat, habita videlicet consyderatione, quam prima ratio prædicta doctoris exponit. Tamen glosæ & docto. prædicti in distinguendo probationem veram & directam à præsumptione & fictione loco probationis habita: seu indirectam probationem facientes consyderauerunt apprehensionem testium, qui probare habent: vt si sit tale factum, quod per aliquem sensum corporeum directè, seu cum modico discursu cadere in mentem testium cẽseatur, depositio testium ex dicta apprehens. descendens censeatur probatio vera propria & directa. Sed si sit tale factum cuius apprehensio per aliquem sensum corporeum non possit directè cadere in mentem testium, licet iudicia, ex quibus præsumi, vel fingi potest de iure id, quod probandum est, cadere possint in mentes eorum: tunc probatio iudiciorum quo ad iudicia vera & propria est: sed quo ad id, quod probandum est, præsumpta seu ficta & indirecta est: vt in proposito. Nam nullus testis per aliquem sensum corporeũ modum & tempus contemptionis cuiusdam capere potest. Et ideò dicunt, quòd probatio filiationis non est propria, nec directa. Quid enim curamus de tanta subtilitate & proprietate verborum: cum de mente apparet? certè frustra. argu. ff. de supellect. re. l. Labeo. de condi. & demon. l. in conditionibus. i. de spõ, ex literis. j. q. j. Marchion. ĩ. de verb. signi ignis.

3 ¶ † TERTIO quæritur, quibus modis legitima filiatio probatur? & reperio quòd Iacob. de butrig. in. l. filium allegata recitat quòd quatuor modis. Primus modus est iste qui habetur in l. filium. & l. si vicinis. & l. septimo in fin. allegatis; videlicet tamen marito cum vxore in eadem domo assiduè commorante, vicinisque scieñ. vxor peperit filium. Sed caue quia vltra præsumptionem in isto modo probandi est fictio quæ pro veritate habetur. Et ideò non admittitur probatio in contrarium: nisi certo casu. Quod dic, vt legitur. & not. in l. filium allegata.

¶ Secundus modus est per confessionem aduersam, vt lege, Marcellus. ff. rerum amo. ¶ Tertius modus est per quasi possessionem, vt quia tractaretur tanquam filius argumentum. C. de probat. l. approbationem. Iste tamen modus recipit probationem in contrarium.

¶ Quartus modus est per communem opinionem: vt. ff. de fini. instruc. l. cum de Lanionis. §. asinam. Et quasi eosdem modos ponit, recitando tamen. ff. de proba. l. quidam.

¶ Reperio autem quòd Pet. de bellapertica in dicta. l. lucius. posuit sex modos probadi. Primò de modis narratis per Ia. Butri ponit primum & tertium. Et pro tertio alleg. dictam l. quidam. & nota. C. de proba. l. non nudis. & ĩ. de probat. per tuas.

¶ Tertius modus est secundùm Pe. si pater miserit ei epistolam, in qua vocauerit eum filium: vt. ff. de probatio. l. imperatores. in principio. ¶ Quartus modus est, si in instrumento publico, vel priuato habente trium testium subscriptionem, pater filium suum esse dixerit, in auth. vt liceat ma. & auię §. ad hoc. ¶ Quintus modus est, si sententia super hoc lata fuerit: vt. ff. de liberis agnoscendis. l. j. §. finali. cum. l. sequeñ. iuncta. l. ingenuum. ff. de statu. hominum.

¶ Sextus modus est si eum exhęredauit: quia exhæredatio non cadit in extraneum: vt. ff. de inoffic. testamen. l. si instituti. §. finali.

4 ¶ † QVARTO quæritur, vtrum sola quasi possessio filiationis inducat sufficientem probationem, seu præsumptionem. videtur quòd non: quia habenti probare proprietatem non sufficit probare possessionem: vt. C. de probatio. l. ad probationem seruitutis. & C. loca. & conduct. l. approbationem. Nec enim reputatio communis etiam sufficere videtur: quia non inducit: nisi probationem semiplenam, secundùm lecturam. & notat. ff. de testibus. l. iij. §. eiusdem.

¶ Iacobus de Butrig. in dicta. l. quidam. dixit quòd illa probatio sufficeret ad obtinendũ in causa: nisi probetur contrarium per aduersarium: quia licet probatio huius quasi possessionis non inducat veram prabationem proprietatis inducit tamen præsumptionem, quæ ipsum ab onere probandi releuat, & onus illud transfert in aduersarium. Et ideo obtinet, si ille non probet. Inducit. l. de probationibus. l. si filius. & l. si quis liberum. & l. cum de ætate.

5 ¶ † Sed Iaco. de Ra. in dicta. l. quoties. ff. de probatio. mouens quæstionem in quasi possessione firmitatis, dicit quòd eius probatio ad obtinendum hęreditatem fratris non sufficeret, si aliud non probetur: quia non est reperire quasi possessorium fraternitatis, vel sororitatis. sicut nec petitoriũ. Recitat Cyn. post Pet. contrarium tempore Pet. fuisse determinatum, videlicet, quòd sufficit in proxima. q. probare quasi possessionem firmitatis. Et dicit hoc placuisse Petro quia satis potest ibi concedi possessorium & petitorium propter ius reale cognationis. argumentum. ff. de liberis agno. l. prima in fine cum. l. sequenti, & sequen. & C. de legitimis

hæredi.

here l. vltima Et hæc opinio videtur placuisse glosæ in. l. nõ epistolis alleg ¶ Verũ domin⁹ Io. nicoli Aurelianẽ. Episcopus distinguit i ea ad concordiam opini. prębendarum: quia aut frater superstes concludit ex medio præbendæ quasi possessionis: & tunc malè agit: quia in fraternitate non cadit quasi possessoriũ propriè & sic procedit opinio Iacobi. Aut concludit ex iure fraternitatis: & dicit se releuatum ab onere probandi & tunc aut dicit se releuatum: quia est in possessione Et malè dicit, vt. s. prox. Aut quia præsumptio facit pro eo, ex illis indicijs, ex quibus dicit Pe. quasi possessionẽ oriri & tunc bene dicit. Nam talis præsumptio bene ab onere probandi releuat. Et pro hoc allegat. ff. de fid commis. b. l. generaliter. § petitum. C. ad Maced. l. iij. & ff. de supel. leg. lib. iij in fi. & de offi præt l Barbarius arg. ff. de proba. l. pactum & C. eo. titu. l. siue. Reputat de hoc textum in l. quidã allega ¶ Et fortiori ratione in filiatione procedunt ista. qa ibi videtur cadere petitorium, vt. ff. de rei vendica. l. j. § per hanc. Induco pro hoc. C. de hæredibus insti. l. iiij. Caue tamẽ quia nõ sic transfert probãdi onus in filium infamiã faciens contra eum: sed inducit purgationem. vt. j. de purga. accedens. No. Ioan. and. j. de regu. iur. infamibus ad finem pen. colum. Nec curo multum de dicta subtilitate: quia non ad partis, sed ad iudicis officium pertinet, inferre ex probationibus effectũ iuris: vt. ff. de testis. l. iij. in prin. & § tu magis. Et hoc verũ, dum modo agat ex iure proprietatis: quia possessio in hoc casu non potest tribuere ius agendi in petitorio vt. ff. de acqui. poss. l. iij § nihil. & C. de proba. l. pꝓprietatis. ¶ De hoc autem: an confessiones parentum sufficiant ad probationem isto casu. scripsit dominus Henric⁹. j. qui filij sint legi. per tuas. & ibi dicam. vel in. c. per tuas. j. de probatio.

6 † Quintò ad propositum redeundo, qualiter probetur filiatio illegitima de qua agimus hîc: & est bene cauendũ. quia tamen iste sit obiectus: vt s. c. constitutus. § j. requirit probationem bene fortem: vt patet ex his, quæ notauit Innocen. de accusa. super his. & suprà. de elec. super eo. & quæ ibi scripsi ¶ Verum circa istam materiam aliqua præmittẽda videntur. Et primò, ꝙ quia obiectus iste tangit honorem ecclesiæ & sacramẽtorũ: vt scripsi super eo. c. j. magis reddit fauorabilis, & minus odiosus. Verũ, quia speciale ius ecclesiæ, nil opponentis personæ, non concernit, sed potius commune interesse, non perdit naturam materiæ obiectiuę. argu. eorum, quæ leg. & not in cle. constitutionem de elect. ¶ Item secundò præmittendum est, ꝙ in ista materia hoc auget difficultatem probationis, videlicet ꝙ non subest hîc fictio: imò nec præsumptio iuris. de qua loquitur l filium si vicis. & l septimo mense. ¶ Item tertiò præmittendũ est: & hoc valde aduertendum est, videlicet ꝙ faciẽda est magna differẽtia verũ ordinarius inquirens de titulo illius qui dicitur illegitimus, huius occasione de huiusmodi illegitimitate ex suo officio inquirat: quia hoc fauorabile est Nec requirit ordinem magnum iudiciarum: vt no. Hosti. s. eo quoniam vt ibi scripsi in fi. Et tũc magis oneretur illegitimus ad docendũ de legitimitate sua. & facilius præsumptiones facientes contra eũ admittãtur. An vero alius competitor id opponat in modũ obiectus & tunc arctiores probationes requirãtur: quia tũc ille obiectus vim videtur accusationis habere. Super quo vide quòd scripsi. s. de electio. c. super eo. alleg. ¶ Item quartò cõsiderandũ est, natus sit ille de cuius legitimitate vel illegi. aut filiatione quęritur, de muliere cõiugata cùm alio an nõ. Et si sic, an dicat se natum de marito illius mulieris vxoratæ: & per consequens legitimum an non. Nam si natus est durante legitimo matrimonio de muliere vxorata: & dicat se genitum ex viro illius mulieris. Nam prima facie videtur facere præsumptio iuris pro eo. Sed si natus est de muliere: quæ non appareat vxorata: aut non dicat se natum ex viro mulieris: si vxorata, minor, aut nulla pro eo præsumptio est.

7 † Præmissis suppositis, inde eliciunt cõclusiones, quæ sequuntur. Prima est: quòd si ordinarius in modò inquisitionis tituli ad amotionem prætensi illegitimi à beneficio procedens inter capitula inquisitionis formata contra eum deducit illegitimitatẽ. & ille non docet tempore sui conceptus & añ matrem habuisse virũ, de quo sit verisimile ipsum potuisse concipi: aut alium modum legitimitatis à sequenti matrimonio inter parentes contracto: aut principis legitimatione: aut ab aliis secundum not. Hosti. in sum. j. qui. fi. sint legi. § qualiter & à quo, sine alia probatione ejici potest vt illegitimus.

8 † Nam legitimatas non venit homini à natura: sed venit certis modis à iure introductis. Et nisi de altero illorum modorum verè vel præsumptè appareat, non est præsumenda. vt. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso Quòd intelligo si parẽtes eius sint in partibus illis, vbi de hoc habetur qõ: ibiq; originẽ traxerit: vt sic veritas de hoc faciliter sciri possit. Sed si alibi & longe traxisset originem: tunc propter difficulatem probationis verè releuaret ab onere probandi huiusmodi legitimitatem communis opinio: seu publica vox & fama, per ea, quæ dicta sunt suprà in proxima quæstione.

9 ¶ † Et facit quòd no. Iacob. de Butriga. in dicta l. quidam. dicit quód in probationem filiationis proceditur per præsumptiones: quia directa & certa probatio haberi non potest vnde dicit ibi Iacob. talem regulam quòd vbicunq; possunt haberi probationes necessariò cõcludẽtes. nõ debemus assumere probabiles quæ scilicet ex probatione procedunt. & tunc habet locum regul. Non probat hoc esse, quòd ab hoc contingit abesse. vt. l. non epistolis. & l. ad probationem. & l. neq; natales. C. de probatio. & l. vñ hoc. C. vñ cogna. Et subdit aliam regulam talem. quod quando necessaria id est necessariò cõncludens probatio haberi non potest, vel de facili non potest haberi, tunc assumimus probabilem: vt si volo probare quem esse mortuum: probabo. quòd sunt Centum anni quòd est natus: & tunc pręsumitur mortuus esse. C. de san. sanc. eccle. l fina. vel probabo per famam ¶ Et ideò subdit, & dicit glo id sentire io. l ad probationem alleg. quòd id quod dicitur. Non probat hoc esse, quod ab hoc contingat abesse. intelligiť de his quæ facile & frequenter cõtingunt abesse Secus autẽ dicit de his quę difficulter abesse contingunt. sicut in casu leg. filium. allega. de quo ipse exemplificat Et quia deficiente probatione necessaria recurritur ad probabilem allegat ipse textum. C. de repu. l cõsensum. modo in proposito si natus in Græcia de gratia Papæ. vel fuit beneficiatus Parisius: & parentes eius mortui: quomodo probabit se legitimum, nisi per famam? est impossibile. Item si parentes eius non fuissent in partibus: vel fuissent, & mortui essent: & procul vñ trahebant originem cõtraxissent: contractum probare non possent ideo sufficeret. tunc minor probatio: vt. j. de pręsump. illud.

10 ¶ † Secundà cõclusio est, ꝙ si dum quis dicit se in possessioẽ legitimitatis: vtiq; apparet eum natum à matre cum viro in matrimonio copulata & ab ipsis cõiugibus & vicinis pro legitimo eorum filio reputatum cætera licet non constet in matrimonio vno existente cum vxore natum: vel quia natus est à muliere. quę habet pro vxore, & c. seu aliàs eo modo qui potest, hoc quasi possessio haberi. Et idem si est de hoc publica vox & fama. seu cõmunis opinio. Nec aparet aliqua nobilis præsumptio in contrarium: tunc ornatur ille ex toto ab onere probandi legitimitatem, & contra eum illegitimitatem ad eius expulsionem clarè probari oportet. hoc enim est commodum possessionis: vt insti. de interdictis. § cõmo. & ff de rei vẽdi. l. is qui destinauit. qa releuat præsumptio ex cõi opinione procedẽs à probatione: vt patet ex his quæ scripsi. s. qõ. pxi. præcedẽti Et pcedit ista cõclusio siue procedat ordinarius, siue se opponat competitor.

¶ Tertià conclusio est: ꝙ si cõpetitor in modum obiectus illegitimitatẽ opponit, succũbit, nisi pbet. j. de electione statuimus. § adijcimus. li. vj. Sed si status legitimitatis est in dubium reuocatus, nõ adiudicabitur beneficiũ. illi, nisi aliqualiter ostenditur se legitimum ad ꝙ tamen sufficiũt pbatiões nimis plenę: vt colligitur ex notatis Ioan. Andr. j. de regu. iuris. infamibus. in Mercuria.

¶ Quarta conclusio est, φ si competitor opponens illegitimationem in modũ obiectus probat de matre illius, φ secundum cõmunem opinionem & famam patriç & viciniç, illa non babuit virũ: istumque ex ea genitu hoc sufficit ad illi⁹ exclusionem: nisi contrarium, aut principis legitimationem probet. Ratio est. quia cum negatiua per rerum naturam nõ sit probabilis. C. de proba. l. actor. &c. s. de elec. c. j. & propter hoc transferatur onus probandi in affirmantem φ fama & communis opinio in deffectum alterius probationis impossibilis, iuxta ea, quç secundũ Butriga. s̃. dixi. satis coadiuuet prçsumptionem iuris cõmunis per negatiuã facientem. Nã de iure cõmuni, quilibet est illegitimus, qui nõ apparet legitimus: cũ legitimitas factum requirat, videlicet contractum matrimonij, & quçdam alia. Et fa. optimè, ac sufficere deberent quantum ad hoc vt vidẽtur, notata Ioan. And. in regula sine possessione. de re iur. lib. vj. in decisione Mercuriali. & quod notauit Bart. ff. de verbo. obli. l. in illa. ad finem. versi. quçro qualiter. ¶ Et ex his sequitur, quòd tres de modis probandi filiationem legitimi, quos notaui post Butrig. s. in. iij. q. si primus, tertius, & quartus, quãtum ad hoc latus sufficiũt Nam primus de casu legis, filium. & leg. si vicinis. vix potest esse sine iuriũ opinione & fama. Et magis hoc patet de quasi possessione &c. ¶ Et plus ex his infertur dicta ber. Inno. & Hosti. hic posita esse vera. ¶ De confessione verò non est facienda qõ, quin præiudicet: vt dicto. c. per tuas. & . C. de non numerata pecuni. l. gñaliter. ¶ Item, nec de quinto modo ꝓbandi narrato per Petrum, videlicet si sñia super hoc esset lata, etiã dubitari debet: quia illa facit ius: vt. l. ingenuũ. allegata. &c. j̃. de re. iud. cũ inter vos Sed de alijs tribus modis narratis per Petr. vt puta, si presbyter in epistola, vel instrumento: aut exhçredando, diceret illum filiũ suũ: esset magis dubium. & tunc crederem, φ illud solum contra illum non faceret probationem plenam: maximè, si de legitimitate sua doceret: per ea quç notarunt Inno. & Hosti. j̃. qui filij sint legitimi, per tuas. & quç ibi dicam. & quod hîc notauit Inno. in fi glosæ. quod superius recitaui fateor tamen, φ alias præsumptiones illegitimatis multum coadiuuarent. & maximè si parentes putatiui ita cõfitentes prius enim pro legitimo filio habuissent. ꝑ notata Inno. hic in fi. Vide tamen omnino nota. Io. and. de regul. iur. c. infamibus in Mercuriali, lib. vj. & de lit. contest. exceptione in nouel. eo. lib. Et quæ scripsi inter quçstiones meas, in qõne monachali de probatione curç & non curç. ¶ Caue, φ perlegas ea quç scribam de materia supradicta in alijs locis tangentibus ista materiam: & prçsertim. j̃. de proba. per tuas & qui filij sint legitimi per tuas. quia hîc dubito processisse satis summariè, & non ex toto examinasse.

¶ SVMMARIVM.

1 *Inquisitionem de qua hic, vt iudex habens facere, quid seruare debeat.*

2 *Promittendi verbum, quid hîc importet?*

3 *Presbyter factus vxorẽ propriam cognoscens: cum qua ante ordines susceptos contraxerat, an plus peccet, quàm si aliam solutam cognosceret. Et an filij nati ex tali coitu illegitimi habeantur?*

4 *Episcopus virtute permissionis de qua hic nũ possit ad sacros ordines promouere?*

5 *Illegitimus in minoribus constitutus: si priuilegium impetrat, vt possit in clericum ordinari, & ad ecclesiasticum beneficium vnde cõmode sustentari valeat: nũ huiusmodi indulgentiæ vigore, ad sacros promoueri possit.*

¶ CAP. XIIII.

Literas. ¶ Casus. Illegitimè genit⁹ etiã de vxore sine dispensatione ad ordines, vel beneficia promoueri non põt. Io. and. ¶ Sed si vis habere casum completum: summes sic. In sacerdotio genitus & conceptus ad minores ordines & beneficiũ simplex promoueri põt. ¶ Et diuiditur in duas partes. Nã prĩo ponit supplicatio. scdò supplicatiõis admissio ibi verũ.

¶ Expone literam. *Conceptus.* Ideo dicit: quia si ante conceptus foret: legitimus esset. j̃. qui filij sunt legitimi. c. ij. & de sta. ho. qui in vtero. Hosti. hoc enim post nõ licuit vt. xxxj. dist. ante Innocen. *A pueritia.* id est à principio pueritiæ. Quo tempore potest quis ad minores promoueri. Et dic, φ affectus steut in finibus suis. licet hîc instet diutius Hostien. *Verum licet.* Subaudi videretur quòd dicta supplicatio admittanda non esset Hostië. *In continentia.* Hęc est vna ratio quare prohibet illegitimus. dixi s̃. eo. c. j. & . c. præsentiũ. facit. vj. q. j. c. sunt plurimi § verum. l. si quis cũ militibus. ff. de çdi. edic. l. φ si nolit § si mancipia. &. C. de cohorta. l. cohortales. lib. xij. & . xxxiij. q. sicut. & . xxxij. q. in cõiugio. Goffr. *propellenda.* i. procul pellenda. Nam videntes parentes hanc poenam in filijs, retrahentur arg. ff. de iusti. & iure. l. j. in fin. & . iiij, dist. ¶ Factæ sunt. &. s̃. de transla. c. j. § fi. iuncto. ff. qđ metus causa. l. isti quidem. in fi. & de adulterijs. ne in ea. lege ad finem ver. ideò autem pater. Hosti. *Nascatur.* non tamen non licet eis, quo ad vitam æternã. lvj dist. nasci. Pe. *Dignus.* vñ habet stilus curię in literis ponere, si paternç nõ est incontinentiç imitator. Ioan. and. *Dignus.* quo ad sciẽtiam & mores. dixi. s. eo. ad hæc. j. respon. Hosti. *Inuentus.* præsumitur regulariter moribus dignus: nisi contrarium appareat. Host. quod dic, vt notaui. s. de scruti. c. vno. ¶ Putat tamen hoc casu Hosti. φ ille. cui committitur inquisitio huiusmodi facienda, debet illam facere in loco conuersationis suæ. de frigid. c. j. ff. de quçstionibus. l. de minore in fi. Nec obstat dicere vna de scrutinio. quia loquitur, quod nõ habetur sinistra suspicio. Sed hic meritò de paterna incontinentia dubitatur. Ideò fit inquisitio Et si per eum nil inuenitur, sit dispensatio fa. s. de elect. postquàm. & . c. scriptum § per apostol.

1 ¶ † PRIMO quçro ibi: *inuentus fuerit.* propter notata Hosti. quæ hic super eodem verbo in expositione scripsi: nũquid habens facere talem inquisitionem: vt Iudex, tenetur seruare capitulum, statutum § cum verò. & § cum autem. de elec. li. vj. videlicet, φ extra ciuitatem, vel dioecesim propriã aut vltra dietam vnam, &c. deputatus ad dictam inquisitionem non procedit. Et eadem quæstio moueri posset de deputato ad testes recipiendos: de quo vidi Romæ de tempore domini. G. xj. in consilijs coram domino Cardinali sancti Angeli dubitari. & ibi tenui, φ non: & quasi omnes sequuti fuerunt ex dictis Hosti. de quibus supra. Et probatur etiam. nam sicut hodie prohibetur, ne quis trahatᷣ extra dioecesim & ciuitatem, seu ultra duas dietas: ita olim prohibebatur ne quis vltra suam dioecesim traheretur. iij. qõ. vj. neminem. & quasi per totum. Et tamen in fauore testamentum antiquit⁹ contrarium seruabatur: vt. C. de fid. instru. l. iudices. & aut. apud eloquentissimum. ibi signata. & notatur in dicta. l. iudices. prçdicta ratio de fauore testium. & sumitur ex lege, si qs ex consignatoribus. ff. quemadmodũ testamenta aperiantur facit, quia non est reo fauendũ in præiudicium testiũ. arg. C. de statu. imag. l. j. & . C. qui po. in pigno. hab. l. si § exceptus. ¶ Tolerabilius enim est, φ pars quam tangit damnũ sustineat, vt. ff. de re. iur. l. secundũ naturã quàm testis cui officiũ non debet esse damnosum. ff. de his, quibus vt indignis. l. tutorem. fa. quia dictus § cũ verò. excipit casum impotentiæ. Sed hic est ista impotentia saltem iuris, vt dicta. l. si quis ex consignatoribus. Et hoc verũ si testes remoti sunt. Secus enĩ si præsentes, vel proprè essent: quia tũc cessaret ratio, de qua suprà. ¶ Verum de § j. illius decret. statutũ. putarem φ locũ baberet in casu nostro, si tales sunt, vt iudices deputati: vt. j̃. de offi. deleg. ca. iudices in cle. quia non subest in casu isto ratio à dicto § recedenti. Secus tamen putarem, si inquisitio extraiudicialis, aut prouisio beneficij, vel examinatio testiũ iuratorũ: aut nuda executio sine iurisdictione contentiosa, seu alius articulus simplex cõmitteret, q a dicta decre. loquit in cõmissionibus causarũ, quç inter partes debent iudicaliter expediri. Et pro hoc facit quod notauit glosa, Archid. & Ioan. and. in dicto § j. super verbo, causæ. & Innocen. j̃. de re iudi.

re iudi.cum Bertol.& Guil.in Spec.ti.j.§ fi.verſ.quid ſi cert⁹.
¶ Et per hoc obtentum fuit pluries in palatio me præſente per conſilia dñorum, ꝙ executores apoſtolici factis pro impetrantibus proceſsibus conſuetis, quo ad prouiſiones beneficiorum fiendas, eiſdē impetrantibus perſonis non nominatis in dicto §.j.puta parochialium eccleſiarum rectoribus poſſunt committere vices ſuas. ¶ Item etiam dico, ꝙ in caſu noſtro habet locum §. in nullo quoq; dictæ decretalis, ſtatutum.vt videlicet deputatus.vt iudex ad dictam inquiſitionem faciendam non poſſit eam facere extra locum, in quo extitit deputatus. Nam ceſſat ratio: cum in pluribus locis dari poſſunt plures remiſsiones.& ſic imputandum eſt parti, ſi hoc non fecit arg.eorum, quæ notauit Io.an.in. dicto §. in nullo de eo, qui in loco parochiæ ſuæ ſatuè impetrauit.

2 ¶ † SECVNDO quęritur ibi: *permittimus*. an verbum illud ſonet, ꝙ hîc diſpenſatio requiratur? dicit Inno. ꝙ ſic: licet alij contra. Dicit Hoſti. ꝙ quo ad ſacros ordines Papalis indulgentia eſt neceſſaria. Sed in minoribus ſufficit epiſcopalis: nec ſequitur ſecundùm eum: Poteſt Epiſcopus. ergo eſt diſpenſatio. ¶ Primum placet: ſecundum mihi dubium eſt. Nam nullum aliud ius inhabilitans iſtos ad minores ordines, ego reperio,& tamen iſte textus non videtur hanc inhabilitationem inducere. ¶ Pręterea, quia non dicimus: permittimus diſpenſare ſed dicit, permittimus ordinari. Et ita videtur diſpenſatio iuris communis. Et ſic facit capit j. ŝ. de ęta & qual.cũ his, quæ ſcripſi ŝ.de elect. dudum.j.in.vj. oppóne.verſ.quo ad primam difficultatem. ¶ Item pro hoc facit quia hîc videtur aliquid ſpeciale ſtatui & tamen ſi ex toto pares eſſent illegitim natis cũ quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare de iure communi: vt videbitis. j̃.e.c.fi. nihil eſſet hic ſpeciale.

3 ¶ † TERTIO quęritur nunquid ſctús bręsbyter cognoſcens vxorem propriam, cum qua ante ſuſceptos ordines contraxerat, plus peccet, quàm ſi cognoſcent aliam ſolutam. & an filij nati ex tali coitu ſint illegitimi? Hug. Lau.& Ioan. xxxj.diſt.miniſtri. dicunt ꝙ ſic, quia talis inuadit vxoris cubile: vt dicit canon pręcedens miniſtri.inducitur.xxviij.di. diaconi.lxxxiij.diſt.cum in Pręterito Fa.etiam, quia culpa parentum reddit filios illegitimos.vt.j̃.de cland.diſp.cum ſi quis.ver. ſi quis verò,&.§ pari modo ¶ Ex quo infertur ſecundum Inno.& Hoſti.in dicto.c.dudum ac Archi.j̃.eo.c. ij.lib.vj.in glo.ij.ac Hug. Lau.& Ioã.in dicto.c. miniſtri: & Gof.in ſumma huius tit.§ quid ſit ſacerdos. ꝙ filij ſint legitimi. Sed cõſequentiam iſtã ego nõ capio: vt prędixi. ¶ Verũ Ray.in ſumma huius titu.§ ſed pone, ꝙ tenet contrarium in ambobus dictis.videlicet & quod non magis peccat: & ꝙ filij non ſint illegitimi. Et hoc ex duplici ratione. primò propter fauorem prolis. ¶ Secundò ne culpa parentũ noceat filio, de matrimonio nato.arg xxviij diſt.diaconi.& xxvij.q. ij.multorum. ¶ Verũ Hoſti.in Summa eo.ti.§ quis poſſit diſpenſare.ver.quid ſit ſacerdos.& Archi.in dicto.c. miniſtri. circa hoc.ſ.an tales filij ſint illegitimi: ſic diſtinguit: quia iſte filius fuit conceptus ante promotionem ad ſacros & ſic ante promiſſam continentiam etiam per momentum & tunc legitimus eſt.j̃.qui filij ſint legitimi.c.ij.ff.de ſta. ho. qui in vtero. Aut fuit conceptus poſt ſacros ordines iam ſuſceptos Et tunc aut vxore ignorante ordines, vel illa contradicen. &c.& tunc vera eſt opinio Rav.vt xxvij.diſt ſi vir.&. j̃. de conuer.coniuga.quidã &.c.placet.aut ipſa vxore conſentiente, pater ſuſceperat ordines: & tunc vera ſit opinio Goffr. vt lxxxvj.diſt.Epiſcopus benedictionum. vbi dicitur, ꝙ ordinatus non debet inuita vxore.& xxxij.diſt.ſeriatum. vbi idẽ dicitur. Et vltra, ꝙ nõ permittitur poſteà vxor iungi viro. Eodem modo facit.xxiij.diſt.quia ſunt culpæ. Idem dicunt, ſi vxore ſciente,& non contradicente promotus fuiſſet. argu. liij.diſt.ſi ſeruus ſcientiã.& xxvij.q.j. Agathoſa ¶ Sed profectò hęc me non mouent contra opi.Rayn. de qua. ŝ.quia prædicta non probant niſi actu copulæ.ratione parentum eſſe damnatum quod tamen infert de neceſſario vicium in prole ſuſcepta cùm hoc non reperiat iure cautum culpa enĩ parentum non nocet liberis pręter caſus ſpeciales in iure expreſſos.C.ne filius pro patre per totum. intelligimus enim dicitur, quia de illegitimo, vel non legitimo matrimonio natus: vt patet ex diſcurſu totius ti.j̃.qui filij ſint legitimi quibus etiam natis de matrimonio illegitimo in talibus ſuccurritur: vt eo.tit.tanta.&.c.inhibitio. allegato. modo conſtat talẽ fuiſſe cõceptũ de matrimonio legitimo igit̃. Prętereà maior defectus vr̃ defectus totius ſacramẽti matrimonialis vnà cum alterius coniugum ſcientis defectum huiuſmodi delicto nephario & damnato alio coniuge, eundem defectũ probabili ignorante, quàm ſit defectus culpæ amborũ coniugũ vingulo legitimo matrimoniali ſubſiſtente: quia duo impedimenta fortiora ſunt vno. Et qa exiſtẽtia vinculi, radix eſt & fundamentum legitimitatis: & tamen non videtur fortior ratio quàm illa, quę à fundamenti deſtructione procedit: vt j.q.j.cum Paulus.&.j̃. de presbytero non bap. veniens. Et tamen defectus vinculi & culpa alterius parentum, alio probabiliter ignorãte, non impediunt legitimitatem vt.j̃.qui filij ſint legiti.c. ij.&.c penulti. Igitur culpa amborũ vinculo ſubſiſtente non impediet. Fortior enim debet eſſe cauſa tendens ad fauorem legitimitatis, quàm alia, quę ad odium tẽdit. Item quia plus imprimere debet cauſa naturalis & eſſentialis à radice procedens, quàm culpa parentum accidentaliter ſuperueniens, vt.ff.de tutel.l.qui habẽt in prin.cum concor. Nec obſtat.cum inhibitio.§. ſi q̃s vero.&.§ pari modo. Quia loquũtur in alio caſu multò maiori.& in ratiõe valde diuerſa.videlicet quando defectus vinculi matrimonialis & amborum parentum culpæ concurrũt: Et ita cũ nihil ſubeſt in facto, in quo poſſit fundari legitimatio Sed hîc loquitur in caſu, vbi adeſt vera ſubſiſtentia vinculi coniugalis, quam culpa parentum tollere non poteſt: & in qua poteſt fundari legitimitas. Facit, quia non eſt recedendũ à verbis legas propter mentem contrariam, niſi de illa mente appareat per aliã legem contrariam: vt.ff. de le.ij.l non aliter iuncta.l.proſpexit.ff.qui & à quibus.lt.ma.non fiant. Modò ex verbis canonum & legum, cum iſti nati ſint, in & de matrimonio legitimo, legitimi ſunt cenſendi. Fa.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur.l.filium. Et tamen non reperio legem, vel canonem, qui propter culpam huiuſmodi parentũ reddet de mente eos illegitimos. Item quia in odioſis & exorbitantibus ad caſus non expreſſos ex mente non arguimus: cum in illis ſit neceſſaria certa expreſsio: vt.ff de lib & poſthu.l.cum quidam & l.commodiſsimè.&.j̃.de reſcriptis.ſuſcep.tum.lib.vj. Innoc. nec in his arguitur ex ſimilitudine rationis: vt.j̃.de regu. c. non ſolum &.c.cõſtitutio cum.co.lib

¶ Supple glo. ¶ In glo. ij.ibi: *incõtinentia*. quaſi per illam de honeſtate ſint dehoneſtam r enim maritus ex incontinentia vxoris xxxiij diſt.ſic huius. ¶ Item ex contractu ancillę ea.diſt in ſi quis viduam.ij. ¶ In glo. vltima ibi: *mediocritatis*. vide.j̃.de offi.cuſto.c.j.vbi allegabo iura ad quatuor partes. &.j̃.de re.iur.in obſcuris.lib.vj.& ibi de trãſl..c.vlti. Reſpõde, vt ibi nota.in vltima gloſa,& ibi dixi. Et ibi: *cum ol m*. Solue, vt ibi dicam. Et ibi: *de ſimonia*. c. vlti. vide quod ibi dicã ſuper verbo abbates.

4 ¶ † QVARTO quæritur, vtrũ vigore iſtius permiſsionis poteſt Epiſcopus ad ſacros ordines promouere? Lauren. Tancre. Vincẽ. Goffr. Ber. Inn.& quaſi omnes, vt dicit Ho. qui remittit ad ſummã.eo.tit.§ quis poſsit.ver, quid ſi diſpẽſetur cum aliquo & ſeq. Et vide in Spec. titu.ij.§. vltimo in princip.dicunt, quòd non: quia intelligitur de minoribus ordinibus. Vltra allegata Ber. ſolũ inducit Inno.l.vlti.j.reſpõ. ff.de bo.po.ſecundùm ta.facere.j̃.eo.tit.c.j.in fin.lib. vj.& xl.diſt in.ſicut. ¶ Verum ſecundum Hoſti.ſi incipimus reſtringere, eadem ratione hec intelligere poſſumus de prima tonſura tantum.argu.ff.de ęta.& quali.tuam. ¶ Quinimò prima tonſura ſubdit Hoſti. quòd ſi vellemus textum intelligere de ſacro ordine, poſſumus intelligere quòd hîc dicitur in clericũ ordinarij.ſcilicet irreuocabiliter: quod ſit per

ſacri odinis ſuſceptionem tantum, vt.ĩ. de voto.c.vno.libr. vj. Sic ponitur.j.de præben.c.ij. Et per hoc inducit Hoſtien. bonum prima facie argumentum. Nam nec alij tenetur quis titulum aſsignare: vt nota.in dicto.c.ij.qui & hîc aſsignari videtur vt ſequitur. Et ſecundùm hoc poteſt ſubſtineri, ꝙ iſte iam promotus erat ad minores ordines. Sed ſonat verbũ à pueritia.poſitum. ſ. in priocipio. Et ſic ibi: *in officio clericali*. ſub & affectum compleuit: quia ad minores ordines promotus fuit: quod de iure commuoi fieri potuit: vt.ſ.c.j. notatur. ¶ Philippus tenet ſecundam opinionem tactam per Hoſti. videlicet, ꝙ poteſt promoueri ad oẽs ordines ſacros præter epiſcopatum per motiuum Hoſti. Quia qua ratione reſtringemus ad minores ordines: ea ratione ad primam tonſuram reſtringere debeamus. ¶ Quid dicendum? facit multum pro prima parte, quod notat Inno.ĩ.de conuer.cõiugatorum.dudum.in fi.magnę gloſæ. Vbi dicit ſic credimus in coniugatis aliquod ſpeciale: ꝙ ex quo coniuges, ſiue in priuato, ſiue in publico, ſiue ſolenniter ſiue non, vouerint continentiam, illam ſeruare tenentur. Et ſi commiſcentur illicita eſt coniunctio, & filij inde nati ſunt illegitimi. allegat xxxiij.q.v.quid deo. Et ſi illegitimi ſunt, patet ꝙ ad ſacros ſine diſpenſatione promoueri non poſſunt. arg.j.eo.c. vlti. &.c.j.lib.vj. Sed in veritate hæc me nõ mouent. Nam nõ ſequitur: illicita eſt commixtio ex parte parentũ, igitur partus eſt illegitimus. dum modo noo ſit illicita ex defectu ſacramenti. Pone enim quod veniſſent & iuraſſent non commiſceri in ſabbato: diceres tu conceptum in ſabbato illegitimum eſſe? Item nec videtur bona conſequẽtia. fctũs eſt preſbyter, igitur cõtinẽtiam vouit. licet enim presbyteri ad continentiam teneantur: hoc eſt ex conſtitutione eccleſiæ, non ex voto. Aliàs ſequeretur, ꝙ omnia prohibita presbyteris ꝑ canonicas ſanctiones per ſuſceptionẽ presbyteralis ordinis tacitè vouerent: quod eſſet abſonũ: cum enim ſint diuerſæ obligationes voti & conſtitutionis, vna de per ſe, aliam non trahit: vt.ff.de calũ.l.vlti.&.C.de don.inter vi.& vxo.l.maritus. Et patet caſus clarus, ſi muliere ignorante, cõtradicente fuerat ille promotus: quia tunc nihilominus tenetur ſecũdum omnes debitum reddere. Et fa.no.lxxix.diſt.ſi quis pecunia. & tamen iſte textus loquitur indiſtinctè. ¶ Et ideò, ſi audacia pręberetur, & liceret cõtra doctores noſtros ponere os in cœlum: forſan attentari poſſet, ꝙ abſq; diſpenſatione alia, tales habiles ſunt, poſtquam nullo iure reperiuntur inhabiles, vel illegitimi. Nec obſt. verbũ, permittim⁹. quia exponitur.i.non prohibemus. vel ſonat verbum permittimus hanc ſpecialitatem quia cum maiori difficultate promouendi ſunt. & dignitas maior requiritur in eorum promotione propter cauſam, quàm textus ſignat, ac ſi diceret textus noo debent Epiſcopi paſsim & indiſtinctè tales promouere. Verum, ſi eos reperiant bene dignos, permittimus, ꝙ promoueant ipſos. Sed non ſequitur: prohibetur ne paſsim promoueantur: igitur inhabiles ſunt effecti, ſeu egent diſpenſatione. Vides enim prohibitionem clemen primę.ĩ.de ęta. & qua. aduerſus quam tenet facta prouiſio. licet prouiſor peccet. Et ita eſt in infinitis caſibus reperire. Et optimè fa.quæ.ĩ.ſcribam in.v.quæſtio.

5 ¶ QVINTO quæritur: pone, ꝙ illegitimus in minoribus cõſtitutus impetrat priuilegium, quod poſsit in clericũ ordinari, & ad eccleſiaſticum beneficium, vnde commodè ſubſtentari valeat, promoueri: nunquid talis vigore indulgẽtiæ poterit promoueri ad ſacros. Hoſti. dicit, ꝙ tunc intelligeretur indulgẽtia de ſacris: aut nihil operabitur. Subdit tñ quod ſemper reſtrĩgenda eſt talis diſpenſatio, quam poteſt: dummodo in aliquo remaneat gratioſa. & ita videtur ſentire Hoſti. ꝙ poſsit, prout ipſum intelligit Ioan. Aod. Quod ſaus puto verum, ſi expreſsit impetrans indulgentiam, quòd eſſet ad minores ordines iam promotus: quia tunc eſt veriſimile Papam voluiſſe verba ſui priuilegij de aliquo operari. argu.j.de verb.ſig. Abbatem. & de priuile. ſi Papa in.vj. &.ff.de leg.j.l.ſi quando. &.ff. ad municipa.l.j.in fi. maximè quia appellatio clerici ſacros ordines comprehendere põt. xxj.diſt.clericos.xj.diſt.de perſona. Sed ſi non fuiſſet hoc expreſſum, Papam preſumerem ignoraſſe. & per cõſequens ad ſolos minores ordines indulxiſſe, propter odium & naturam reſtrĩgibilem diſpenſationis, quæ inducit, quod verba in ſtrictiori ſignificatione ſumantur.ĩ eo.c.j.in fi.&.c.ij.lib.vj.& de præb.non poteſt.eo.lib.arg.ĩ.de conſang.quod dilectio. Modo verbum ſimpliciter poſitum in materia odioſa reſtringitur ad id, quod ſimplex eſt in ſuo genere, nec ad id quod digoitate, vel alia notabilitate pręeminet in genere illo. Et ideo licet in communi materia appellatione beneficij comprehendatur omne beneficium: tamen in impetratione non comprehenditur maius: puta dignitatem habens.ĩ. de præb.c.vlti.vel curam.eo.tit.cum in illis.lib.vj. Nec appellatiõe parochialis eccleſiæ, comprehenditur plebania in materia odioſa.ĩ.de elect.ſtatutum libr.vj. Igitur verbum clericatus ad ſimplicem clericatum, non ad ſacrum ordinẽ, qui confert dignitatem, verbum beneficium ad ſimplex nõ ad curam: vel dignitatem referenda ſunt. ne ad hoc mouent, quod verba effectu carerent: quia imputare deberet ſibi, qui Papam non certiorauit. Non enim mouet, quòd mentẽ non agitauit.ff.de inoffi.teſtamento.l.mater & de ſupel.leg. l.Labeo.

¶ CAP. xv.

CVm decorem. ¶ Caſus. Illegitimus in eccleſia paterna prębendari non debet. ¶ Dictum ponit & cauſam reddit. ibi: *cum indecorum*. Et pars huius de vi.& honeſta.cleric.coniuga cũ decorem. ¶ Expone. *In eiſdem*. maximè Pe.cũ ſubau. vnus canooicus debeatur ſeu conſueuerit ſeruire alteri cum canonico in altari. Hoſti. ¶ Indecorum.q.d.indecens eſt quo ad eccleſiam. Dicerẽt enim vidẽtes, Ecce. Baſtardus adminiſtrat patri. Et p hoc infamaretur eccleſia. de obl.ad ratioc.c.vno Et fortè per hoc intrantes eccleſiã retraherentur à diuinis de cohab.cle.veſtra Item periculoſum eſt patri propter peccati memoriam. ne pungatur & lædatur conſcientia.argu. xv. q.j c.mulier. Hoſti. *In quo*. ſcilicet altari. *Illegitimus*. iſte eſt nuncius impudici patris, quo ad memoriam præſentandam ſicut impudicus oculus impudici cordis.xxxij.q.v.nec ſolo Hoſti. *Victimatur*. id eſt pro victima offertur. Innoc. Velleia. ſacrificatur. vt.ſ.de ſum tri.c.firmiter.§ vna verò eſt.& de cõſe.diſt.ij.Moyſes. Hoſti. *Pro ſalute*. q.d. fortè cootrarium, puta damnationem poſſet operari. ¶ Opponitur ibi: *non ſinatis*, opponitur de c.ad hoc.ſ.eo. Dicit Hoſti. legas tex. quia literę ſe oſtendunt. Nã ibi de legitimo: hîc de illegitimo. loquitur. Et patet hîc, cũ dicit. *Illegitimus filius*. &c. Et ideò miror quòd Iuno. hîc verbum filius. exponat de legitimis. Sed fortè habeo Inno. corruptum. quia Hoſti. & Ioan.andr. de iſto errore noo faciunt mentionem. Ad.c.proximum ibi reſpondebo.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Illegitimus vel ſuper illegitimitate diſpenſatus an non poßit in eccleſia beneficium habere, in qua pater ipſius eſt inſtitutus*
2 *Epiſcopus, num diſpenſare poßit ſuper defectu de quo hic?*
3 *Legitimi ab illegitimis, quo ad inſtitutionem in eccleſijs, in quo differunt?*
4 *Maximè, dictio an implicet: & id qualiter?*

¶ CAP. xvj.

AD abolendam. ¶ Caſus. Illegitimus filius, maximè ſpurius inſtituatur in eccleſia, in qua inſtitutus eſt pater inſtitutio nõ valet. & inſtituens à ſuis beneficijs ſuſpendetur. Io. And. Sed tutius eſt ponere caſum magis ſtrictè ſecundũ qđ litera loquitur, hoc modo

hoc modo: Si filius illegitimus maximè spurius instituatur canonicus in ecclesia: in qua pater canonicus est, nō valet institutio & suspendi debet instituens à beneficijs suis. ¶ Primò ponit inhibitionis causam impulsiuam. Secūdò inhibet Tertio decernit. Quartò contra faciētes puniri præcipit. partes patent. ¶ Expone literam. Innoleuit. sic. ĩ. de simoni. non satis. & cū in ecclesia. *Secularibus*. dicit Hosti. propter rationem redditam. s. c proximo subaudiēdum maximè. *Contra præsumptum*. s. ꝙ tales in eadem ecclesia fiant canonici cū patribus, non valere. quia factum est cōtra legem. x. dist. vides.
¶ Opponitur ibi: *suspendatur*. quia videnῖ ipso iure suspēdi: s. de elect. cū in cunctis. in fi. Solutio dicit Inno. ꝙ si ad episcopatū vel dignitatem tales assumeret, ipso iure suspensus esset à beneficijs suis: vt in cōtrario. ¶ Quod dicit Host. verū si id facerent, per viam electionis. Secus si per viā postulationis: vt eod. tit. c. innotuit. Sed dū assumeretur ad beneficia minora secus: vt hîc. verū restringe totum dictū inno. ad dignitatē episcolalem: quia in alia dignitate secus: vt. ĩ. de elect. ii compromissarius. & § huiusmodi. Io. and.
¶ Secuodò opponitur de. c. ad hæc. s. eo. vide Ber. in. ij. & . iij. glo. dicūt Inno. & Hosti. ꝙ verbū maximè hic ponitur propriè. & ꝙ hîc loquiῖ generaliter de omnibus illegimis. Et sic concordat cū suprà proximè pręcedēti. quantū ad hoc. Et dicunt ꝙ secus est in legitimis. Et ꝙ io legitimis iotelligitur c. ad hoc. s. eo. licet Tācre. & Goff. quorū Hosti. hîc dicta recitat quę omitto: quia non valent: multum aliter dicere velint. Et remittit Hosti. ad no. sua io summa qui filij sint legi. à principio vsque ad versum quinimò.
¶ Tertiò adhuc oppooitur. quia sic ista decretalis videtur superflua cū nihil addat ad proxi. pręcedentē io dicto principali potuisset enim solum fieri vna decretalis de decreto & pœna, vt nil superfluet. respondet dominus. M. Pampiloñ. Episcopus, ꝙ imo. addit isti decretalis nouā qualitatē, videlicet de spurio, ex quo infert dispēsatio faciēs mentiooem de illegitimitate nisi faceret mentionem, ꝙ pater io eadē ecclesia esset canonicus tanquā subreptitia, noo valeret ꝑ decre. suprà proximā ¶ Secūdò infert ꝙ si faceret mentionē de prędictis duobus: & tñ esset etiā spurius. & de hoc oō faceret etiā mentionem, adhuc dispensatio esset subreptitia & inualida, per istā decre. Et dicit ꝙ hoc addit ista decretalis ad illam & hoc placet.

1 ¶ † PRIMO quęritur, vtrū casus breuis Io. and. de quo suprà licet transcendens literam procedat de iure. Et hoc est quærere, vt in hoc sit generaliter verū, ꝙ filius illegitimus, etiam frater illegitimitate simpliciter dispensatus nō possit habere beneficium io ecclesia io qua est pater ipsius institutus. Dicas ꝙ sic respectu beneficij omnino similis: sicut sunt duo canonicatus, & duæ præbendæ distinctę: vt hîc, & . s. c. proxi. Sed si sunt bñficia diuersa & dissimilia secus: vt pater sit rector, vel canonicus, & filius cappellanus vnius cappellæ institutę ad aliquod altare ipsius ecclesię ꝙ pater sit prępositus & filius Archidiaconus: dūmodo sine canonibus tales esse possint: & dispensatio alias sit sufficiens & cooonicū aliquod non obstat. rō est, qa istud ius ꝓhibitorū & inhabilitans speciale est, & exorbitans: ac etiam hoc respectu odiosum Et iō nō recipit extentionē, vt sępius dixi. Et tñ casum istum non reperio expressum in iure igitur, & c. arg. iurium, quæ dicunt, quòd in iurib⁹ specialibus expressio vnius casus aliū non iucludit: vt. ff. de cōdi. ob. l. si extraneus. solu. mat. si cū dotē. in prin de lib. & postu. l. commodissimè. ĩ. de rescr. susceptum lib. vj.

2 ¶ † SECVNDO quęritur vtrū cōtra istū defectum, de quo loqtur decre. ista & pręcedens, pōt Eps dispēsare? puto ꝙ non: qa istud est cōsiliū gñale. nec cōtra istud reperit concessa dispēsatio Epo. Igiῖ nō dicā eā esse ꝑmissam, per ea quę no. Inn. s. de tēpo. or. cū dilectus. in noua additione. & quæ ibi dixi. Nec sequiῖ: Dispensat Eps cū illegitimo quo ad beneficiū simplex: igiῖ dispēsat cū tali & io tali casu: qa de hoc simplici ad hoc, vt tale, nō valet cōsequentia ꝑ ea, quæ notat. Io. and. post. Io. mo. ĩ. de sepul. dudum. in fi. in cle.

3 ¶ † TERTIO quæritur, ibi *instituti sunt*. Quid si nō sunt instituti tpe impetrationis, sed ante fuerunt. Dicit Hostié. ꝙ tūc nō ꝓhibent. dū modo cū eis aliâs dispēsetur. Et hæc differētia inter legitimos & illegitimos: qa illegitimi nō possunt pręfici in ecclesijs, in quibus præsuot patres de pręsenti: sed bene possunt partib⁹ mortuis: qa deficit tūc rō. Sed legitimi bene istituūtur in ecclesijs in qbus pręsuot patres: dūmodo noo in illo iure: vel omnino pari: puta vicari⁹ respectu rectoriæ de quo. s. eo. ad hoc. & . c. constitutus. Hosti.

4 ¶ † QVARTO quæriῖ ibi: *maximè*. De hoc verbo, an implicet, & qualiter implicat in casu cōuerso: dicit Io. andr. post Ber. ꝙ ꝓpria eius significatio est, ꝙ implicet. Idē in casu cōuerso: vt hîc. Allegat similes casus. s. de elect. auditus. de postu. e. fi. vt. lit. nō cōtest qm̄ § porrò. de dila. c. j. de testi. cū olim. vbi oo. in fi. vlt. gl. de appel. ad hoc in. fi. vt eccl. benefi. c. vno versu, ꝙ etiam. de sponsa. c. sponsam. de diuor. illa, de torneamētis. c. ij. & . ff. de dona. inter virū & vxo. l. si quis ꝓ vxore. in prin de re. mili. l. si quis tatus. ¶ Verū subdit Io. an. ꝙ verbū maximè sępe superabūdat. Vel poniῖ pro tantū: vt patet xviij. dist. peruenit. xj q. iij siquis eps dānat. xvj. q. iij. c. j. de renun post trāslationē ad fi. de so. cōpe. cū cōtingat de eo, qui duxit in matrimonio. c. j de hoc vide. C. de testa. ma. l. cū testa. § serui aūt. vbi cōcord. ad hoc & . ff. de nox. actū. l. si seruus. depositus in prin. ¶ Refert Io. and ꝙ dici solet, ꝙ si dictio maximè cōiungitur verbis sapientibus finalē cām, vel rationē tūc abūdat, & poniῖ ꝓ tantum. vt in secūdis iuribus. ¶ Sed si anoectitur verbis sapientibus causam impulsiuā: & hoc cōstat: vel saltē est dubiū: tūc denotat idē in casu conuerso: vt in primis iuribus. & . C. vñ libe. l. fi. ¶ Vel dic, ꝙ aut sensus implicitus est iuri cōtrarius, tunc abūdat: vt. C. de rerum ven. l. j. in fi. vbi hoc notatur per Cy. in. ij. oppositiōe, & . C. de indicta vidui. tol. l. vlti. circa prin. § sui aūt libertatibus. ibi, maximè: tñ io volūtate prædictorū hoc interponiῖ & c. Aut sensus implicitus ꝑ dictionē maximè: nō est iuri cōtrarius. & tūc nō abundat: vt. ĩ. de sen excō. vniuer. ver. maximè. vbi Henri. hoc tangit cum concord.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Prælatus etiam Episcopo minor, num possit renunciationes reperire?*

¶ *CAP. XVII.*

DIlectus. ¶ Casus. Alius, quā Papa nō dispēsat vt filius in ecclesia paterna succedat. ¶ In prima parte facti narratio. In secūda causæ cōmissio. ibi *quod circa*. ¶ Expone literam, *cum animarum*. maximè, qa in eodem iure filius patri nō succedit. dixi. s. c. ad hæc. *Quam*. s. ecclesiā nullo medio intelligendo de legitimo stat bene. s. eo. ex transmis. si de illegitimo subaudiri debet maximè. vt. ĩ. c. proxi. Hosti. *Eius*. s. Vergilij. *Monuit*. s. dictus. G. Præpositus *Sed dem*. s. Verglius. *Legatus*. Quia sunt tria genera legatorū no. ĩ. de offi. leg. c. officij § pe & . c. excōicati. intellige de secūdo vel tertio genere legatorū. vel de primo, fortè secundū ea, quę dicā. ĩ. de præb. dilectus & . c. dilecto intelligit Hosti. de legato nato: Cantuarensi. ĩ. de offi leg c. j. & Eboraceñ. ĩ. de appel. c. j. *Dispensaret*. s. ꝙ dictā ecclesiā posset habere: nō obst. & c. Quæritur qd iuris. respōdetur, vt leqtur: *non manauerit*. No. ꝙ oō dicit à Papa manasse, ꝙ à legato eius emanat. Inn. *Canonicum*. Est aūt canonicū, ꝙ amoueat ab ecclesia. s. c. Michaël. & . xv. dist. ꝑ totū. Alleg Hosti. lvj. dist per totū, secundū Inn. hoc verū cessante dispensatioոe apostolica: vt hîc. & c. sequēti ꝓpter successiōe prohibitam. s. c. ad hoc ad extirp. & ex transl. viij. q. j. Apostolica. ar. ĩ. de biga. c. ij. Vel dic canonicū: nisi forsan ex cā necessaria fuerit dispensātū, secuodū Hosti. inducit notata sua. s. de æta. & quali tua. & . s. eo: ex tua. & . ĩ. c. j. Prima placet Goff. & ꝑ omnes modernos cōiter approbatur. Et eam Romana curia amplectitur: qa sibi non detrahit secundū eum. ¶ Oppooitur ibi: *resignaret*. quia non videtur, ꝙ in manibus præpositi possit fieri resignatio: vt. s. de renun. c. admonet. & . ĩ. de præ. io Lateranensi. Solu. fortè

1 præpositus cum cappellis erat exẽptus. Hostiẽ. ¶ † Ex quo nota, ꝙ prælatus minor Epõ, si exemptus est, põt recipere renunciationes cappellarũ sibi subiectarũ, si exemptę sunt. Qđ tene mẽtẽ. vel dic, ꝙ hoc poterat ex speciali mandato papæ, vel ordinarij sibi facto: & aliàs non posset: vt in cõtrarijs. vel dic ꝙ monuit eum: vt renũciaret in manibus diœcesani. Et ideò monuit præpositus: quia patronus erat ad quẽ talia spectare videntur: vt. xvj. q. vij. filijs. de hoc not. s. de supplen. negli. prę la. literas. Hosti. ¶ Supple glosas. ¶ In prima glosa in fi. & pręsumo istũ fuisse talem, ex quo presbyter erat. Et sic faciat pro opinione, quã appellabat Ioã. andr. s. c. ex tua. quã ibi dixi. ¶ In glo. ij. ibi, *dispensare*. Quod probat per literam. j. non obst. dispensatione. quæ à sede Apostolica. &c. Et adde, quod delegato dixi in textu. Et ibi: *in Lateranensi*. idem modus arguendi. s. de electione. cum dilecti. in magna glosa. Et in fi. idem Goff. & Inn. Sed Hosti. defendẽs. qđ dixi secundũ eum. s. c. ex tua. dicit Epm ex cã necessaria dispensare: vt dixi in textu.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Episcopus cum illegitimo in omnibus beneficijs qualiter dispenset? Et qualiter dispensetur cum genitis ex religioso, aut ex adulterino vel incestuoso coitu?*

2 *Papa si dispenset cũ genito ex coniugato & soluta, & cõiugatus erat Comes, Dux: vel Marchio &c. nec de hoc in literis fit mentio: an valeat huiusmodi dispensatio?*

¶ CAP. XVIII.

Nimis ¶ Casus. Illegitimus absque dispensatione papę ad dignitatẽ, vel personatũ, vel beneficium curatũ promoueri nõ potest. ¶ Et primò ponit abusum prouinciæ circa præteritũ illũ corrigi iubet, & in futurũ prohibet. ibi: *quo circa*. ¶ Expone literam. *Prouinciæ*. Adde quod dixi. s. c. literas. *deformatur*. aliàs diffamatur. per quod dicebat Hosti. de illis loqui. qui infamati & vilificati erant cum quibus solus Papa dispensat propter maiorem dedecorationem ecclesiæ. vt dixi. s. eo. ex tua. in prin. ¶ *Sacerdotiũ*. hoc hodie est opprobriũ, quod olim sedebat ad honorẽ. j. de maio. solitæ. ver. potuisset. *Et alij non legitime*. puta de fornicatione nati. Et ita omnes illegitimi prohibẽtur. vt hîc, &. s. c. j. Concordat rub li. vj. *Dispensatione*. Hic arguit Philippus pro sua opinione cõtra opinionẽ dicentiũ ꝙ Epi dispensent vbi non est prohibitũ. *Sedis Apostolicæ*. Quare Epi dispensent in criminibus, et nõ in defectu natalium, no. j. c. j. lib. vj. & in Spe. ti. ij. § nunc de Episcoporũ. ver. sed cũ Eps. Apostolicę. subau. Hosti. vel Eporũ ex cã necessitatis. arg. j. q. vij. ver. nisi & c. tali secundũ Io. Nam necessitas nõ habet legẽ. j. de obser. j. eo. cõsiliũ. § fi. & ar. j. ti. j. de famulis. in fi. Alij. contra & bene. ¶ *Personis*. s. illegitimè natis. *Huiusmodi*. s. cũ cura. *Amotis*. etiam sine ordine iudiciario, si sit notoriũ: vt. s. c. qm. Innoc. Quod dic, vt ibi notaui, nulla appellatione obst. arg. j. de of. ord. licet Hosti. *Idoneis*. intel. de elect. cano Per illos. Quib⁹ negligẽtibus deuoluitur potestas ad superiorẽ. de sup. negli. præla. c. ij. § fi. & c. sequẽtibus. Et cessare debet alia pena, seu cõpulsio censuræ. argu. j. de offi. deleg. in caus. § j. Hosti. *De iure communi*. vel priuato: puta priuilegio vel cõsuetudine speciali. j. de excep. pręla. acced. § j. vbi de hoc. Hosti. ¶ *Potere*. Nota Papam non velle alteri præiudicare per literas suas. s. de offi. deleg super eo. Hosti. *Nec id*. s. ꝙ illegitimi ad dignitates personatus & curata beneficia promoueantur. Hosti. Et quia sic prohibitoria manat hæc constitutio, talis dispensatio censet omnibus prohibita nisi appareat permissa. Ioan. and. præsumat. nõ videtur præsumi, si ex cã necessaria fiat. Host.

1 ¶ † PRIMO quæritur qualiter dispensat Eps cũ illegitimo in omnibus & beneficijs? & licet Ber. Inno. & Hostien. in glosis suis de hoc hic faciant longas philaterias: illas omnes glosas recitare omitto: quia expedictum est hodie. j. eo. c. j. lib vj. De generali autem potestate Episcoporum in dispensando de qua hîc tangit Inno. dixi. s. de tẽpo. ord. dilectus in prima oppositione. Distinctionẽ verò. H. hic positam etiam omitto: quia membra singula illius distinctionis in proprijs locis expediui.

¶ SECVNDO quęritur, qualiter dispẽsetur cũ genitis ex religioso, aut ex adulterino vel incestuoso coitu? dicit Host. ꝙ sedes Apostolica de facili cum talibus non dispenset: nisi transeat ad religionẽ. arg. tit. j. consuluit. Sed non sola dispẽsat. no. j. eo. c. j. § ij. lib. sexto.

2 ¶ † TERTIO quæritur, quid si Papa dispensaret cũ genito ex cõiugato & soluta: & coniugatus erat comes, dux, vel magnus princeps, de quo in literis non fit expressa mentio. nunquid valet dispensatio dicunt quidam sic: quia si id expressisset, facilius habuisset. Alij dicunt contrariũ: quia adulterium maius peccatũ est in principe. xl. di. hõ. Et ideo difficilius impetrasset. Et tales indulgentiæ sunt odiosæ. s. c. ij. li. vj ¶ Quod dicit Hosti, se fateri quando ex soluto & nobili cõiugata. ar. C. ad orphicianũ. l. si qua illustris. Sed in alijs videtur sibi, ꝙ valeat. Alioquin quasi omnes indulgẽtiæ huiusmodi frustratorię essent cũ nec stillus Romanæ curię habeat ꝙ nomina, vel qualitates parentum exprimantur: vel ꝙ de circunstantijs talibus mentio fiat. Sed sufficit mentio generalis qui stillus est attendẽdus vt patet in eo, qđ legitur & no. j. de crimine fal quã graui. Et per consequẽs deciperent impetrantes beneficio principis. quod non est centiẽdum. j. de dona. per tuas. § si secundu Host. qui remittit ad summã. eo. tit. § fi. ¶ Supple glo. ¶ In glo. j ibi: *ex literarum*. vbi de hoc. Et. ibi: *potest etiam dici*. Idem Io. lvj. dist. in sum. & Goffre. in summa huius tit. § circa filios. &. s. e. c. j Reliqua huius materiæ & totius tit. vide. j. eo. lib. vj. c. j. & ij. cũ ibi notatis.

De seruis non ordinãdis. Rub.

Viso de impedimento originis, videndum est de impedimento conditionis: seruilis enim vilitas honorẽ clericalẽ non capit. liiij. dist. admittuntur. Goffr. de materia. liiij. dist. per totũ. xij q. ij. liberi vsque ad. c. aur. de fil. prel. c. j. in fi de re ec. nõ alie. c. iij. & iiij. de re per. c. mandata. & c. seq. de cõdi. appo. c. ij. de na. ex lib. ven. c. vno. qui fil. sint leg. per venerabilem vers pręterea. & seq. de infan. & lang c. vno de iudi ita quorum. de sen. excom. relatum de verbo. signifi. surus. Ioan. and.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Spectandum num perpetuò sit quod euenire potest?*

2 *Casus futurus an sit spectandus? Et quid de casibus aduentitijs, inopinatis vel mala hominis fortuna.*

¶ *CAP. I.*

Instruendi. Casus. ¶ Seruus ante plenã manumissionem ordinari non debet ¶ Ponit dictũ approbationem & instructionẽ. Secũda ibi: reuera. Tertia ibi: *Et ideò*. ¶ Expone literã, instruẽdi. alias instituendi. sed prima vera: Hosti. patet in antiqua. Ioa. and. *Dicit aliquis*. id quod sequtur clericus &c Host. ¶ *Perm ittitur*. sub. seruus: *Verum dicit*. quia deo seruiens plena debet gaudere corporis libertate. j. de de cle. coniug. diuersis. § j. *Inprimis* vt. j reuocari, & ad vituperiũ deduci. cum ordinatus deducit in seruitutem. liiij. dist. frequens. & c. ex antiquis. & c. quicunque. Goff. & tangit vituperiũ totum in colleg. clericale. ideò ei renunciari non põt. de fo. compe. si diligenti. Hosti.

¶ PRIMO, opponitur quia nõ est, curandũ de origine promouendi j. de præben, venerabili. § j. & ij. de insti. ad decorẽ § j. Solutio. hoc verũ de libera origene: vt dicto. c. ad decorẽ non de seruili: vt hic Item licet de nobilitate sanguinis non curemus: vt. c. venerabili. curamus tamen de conuersationis notificatione & approbatione. j. de cle. pe. per totũ de iudic. cum deputati Hosti.

¶ SECVNDO opponitur de. lege. si putator. & § si cum debitor. & c. vt nostrum. vt in fi. vli gl. Ber. & l. dist hi qui

arborẽ

arborẽ Sol. non tenemur diuinare: vt concord. suprà proxi. Imputatur tamen si nõ occurrimus cũ potuerimus præuidere: vt in alijs iuribus. probatur hæc so. ĩ. de homic. ex literis. j. & ij. & c. lo. & c. c. fi. Hosti. Adde no. xij. q. j. habebat. ¶ Vel aliter dicit. & ista sit secunda solutio: ꝙ aut id, qđ spectatur se habet ad esse tamen ex necessitate tantum: & tunc spectandus est: vt. ff. de vsufr. l. si vsufr. & c. ff. loca & conduc. l. si quis domũ. § j. cũ si. iuncta. l. ff. de condi. & demon. & § deinceps in auth. de nup. Et idem si ex necessitate legis vt. ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorẽ § feriæ. Et idem si ex voluntate contrahentium, vt. C. cõmunia de leg. § sed nostra maiestas. ¶ Aut se habet ad esse & non esse: & tunc aut ratione status præsentis tpis aliquis speratur probabiliter in futurũ: & tunc illud spectatur: vt cũ status conditio, vel natura rei tendit ad hoc: vt. ff. de dam. infec. l. qui bona fide § cùm inter cũ inter. ff. ad Treb. l. lucius § penul. so. ma. l. ij. & j. no. & de iu. om. iudi. l. si idẽ § fi. & c. C. de pac. l. j. cõmunia de leg. l. vlti. § si autem. & authen. ibi posita, res quę subiacẽt. Aut ratiõe pręsentis status: nil separatur probabiliter in futurũ: & tunc nõ imputatur ei, qui non donauit, quod euenire potest, vt. l. cũ quędam puella § quoties. ff. de iur. om iud. & d. § si feriæ. in hoc quod loquit de ferijs repentinis secundũ Dyn. in. d. §. si autem. & vltimũ dictum verũ si nõ potest imputari dolus vel culpa, vt. ĩ. de postulasti. & § si cũ debitor. & c. nostrũ al leg. Secus enim si ei, cõtra quem agitur: potest imputari dol' vel culpa: quia tunc spectaretur aduẽtitius casus, vt. ff. de fur. l. eum, qui § Pap. & de neg. gest. diuortio. & ad leg. aquil. l. j. in prin. & c. C. de euic. l. si feudũ sciens. cũ ibi no. & quod leg. & no. ĩ. de homic. cõtinebatur. & eo. ti. is qui mandat. lib. vj. secundũ. H: in. d. c. postulasti. ¶ Vel dic tertiò secundũ Henricum. quod dicit tñ in idem recidere ꝙ quo ad cõdẽnatio. faciendã non inspicitur quod euenire potest, vt. ff. de iudic. l. non quemamodũ. sed quo ad cautionem interponendam inspicitur regulariter quod dic: vt leg. & not. ff. de iudic. l in omnibus. & c. C. vt impo. leg. ea. l. j. ¶ Sed quo ad rem, de qua agitur, non impediendam, si potest probabiliter euenire, inspicitur: vt. d. § magna dubitatio. l. in quantitate. ff ad. l. falcidiam. & de re. iudi. l. si quis ab alio. cũ concord. Sed si improbabiliter, seu raro & cũ difficultate euenire potest, nõ debet inspici: vt. ff. de in litẽ iurando. l. j. de pecu. l. eo. tpe de verbo. obli. l. inter stipulantẽ § sacramẽta. ¶ Quarta distinctio hui' Brocardi fuit. Iac. de Ra. in. l. si idẽ. alleg. quia aut quæritur de condẽnatione facienda, aut de cautione interponẽda: aut de impedienda re agenda. ¶ Primò casu, aut quęritur in pręsenti de eo, quod in præteritũ non potuit euitari, & tunc imputatur si probabiliter & de facili potuit inspici. ff. loc. si qs do. ¶ Sed si quæritur in præsenti de futuro, secus: vt. l. non quemadmodum. alleg. & c. ff. de vsu. l. j. ¶ Secundo & tertio casibus dicit, ꝙ si probabiliter & de facili potuit inspici, attẽditur, vt. ff. qui sat. da. cog. l. sciendũ & ita. l. si idẽ. Saluo tñ intellectum. l. quotiens § si semel. ff. de pecu. Sed si improbabiliter, secus: vt de pecu. l eo. temp. in prin. & idẽ si rarò, & cũ difficultate euenire possit, cessante ratione delicti: vt. ff. vt q & à quib. l. Iulianus. ¶ Inter cędentes verò ratione delicti, inspicitur in præiudicium delinquẽtis, hoc casu vt. ff. de nego. gest. l. diuortio. Sed nõ in præiudiciũ alterius: vt. ff. de fideiuss. l. vlti. & de in lit. iuran. l. j. vel distingue inter delictũ cõmissum & cõmittendũ ex rõne cõmissi & non committendi, futurũ inspiciatur, secundũ Iacob. ¶ Quinta dissolutio fuit Ia. de butr. in l. j. ff. de in lit. iurã. quia aut id de quo quærit hic disponere de pręsenti & põt secundũ naturam rei de præsenti inspectam rationabiliter euenire: & tunc cõsideratur futurum vt. ff. de acqui. re. do l. naturalẽ § illud. & l. si idẽ. in fi. & l. cũ quędã puella § fi. de iurisdi. oĩm iudicũ. sed nõ si carnaliter: vt ff. de in lit. iuran. l. j. ¶ Fallit tñ primum secundum eum. ff. qui sat. da. cog. l. sciendũ § penul. quia lex sic restringit & fallit. ¶ Secundũ propter moram & negligentiã aduersarij. ff. de neg. gest. l. diuortio § sed & si facere. ¶ Aut id, de quo quęrit habet disponere de futuro vt sunt cõditionalia: tunc regulariter respicitur futurũ, & ꝙ euenire põt: vt. C. de cadu. tol. l. vna § si autẽ. ¶ Fallit si in hoc cõsideretur aduersa fortuna liberi hominis ad in cõmodũ eius: vt. d. § sacra. Secus verò ad cõmodũ eius: vt. ff. de fideicõ. l. generaliter § si verò. ¶ Sexta solutio fuit Io. Nicoti Aurelian. Epi Primò ꝙ nõ inspicitur ad aduersam fortunã, & c. vt § sacra. & l. Iulia. propter nobiliorẽ præsumptionẽ in dubio recipiẽdã. ff. de do. inter vi. & vx. l. quintus. & pro sol. l. meritò. ¶ Aliàs regulariter dixit rem esse consyderandã in statu, in quo est de præsenti: vt. l. si eo tpe. & l. sciendũ § pe. allegatis nisi sit aliquod de pręsenti ex quo ratio doceat futurum inspici: vt cõis cursus vt mors. vt. l. si quis domũ. & de cõdi. l. j. vel cõis ordo, vt insti. de offi. iudi. § antepenulti. fi. vel repugnatia: vel subiecta materia, seu quæuis alia iusta causa: vt leg. facientibus ꝙ hac parte. aliàs aũt vbi id nõ accideret secundũ naturã & cõmunem cursum: sed per aduersam fortunam, seu de facto & iniustè, aut inopinabiliter, non deberet inspici. vt in contrarijs. ¶ Ego aũt dũ legebã Aurelia. prædictã. l. si idẽ. de quinto anno domini Vrbani Papæ quinti: dicebam sic primò. *Quod vbi quis dolose, vel culpabiliter facit, vel obmittit facere id, propter quod potest aliquid euenire: quòd foret præiudicabile tertio, regulariter sibi imputatur si ipse non inspecit quod euenire potest.* ¶ Pro primo facit. l. qui occidit § penul. ff. ad. leg. Aquiliã. & l. item mela. circa prin. & l. si seruus seruum § si quis insulã, & § si quis de manu. eo. titulo & de sta. liber l ij § fi. & l. diuortio § j. & l. qui domũ. in fi. allega. & ff. ad. l. corneliã. sicar. de. l. nihil de pæ. l. si quis aliquid § si abortionis. & de serui. rusti. prædi. l. qui cella § ij. in fi. In culpet enim se, si non inspicit. vt ff. de re iudi. l. ꝙ damnũ, quid. Et licet primũ intelligebam in odium facientis: secus enim de odio tertij: vt. ff. de fideiuss. l. vlti. et de in lit. iurã. l. j. ¶ Pro secũdo facit. d. l. qui occidit § penul. & l. si seruorũ § si fornicarius Sic intelligebã. l. cũ res § fi. ff. de leg. j et quod met. cau. l. si cũ exceptione § hõ. et de rei ven. l. itẽ si verba. in fi. et ar. l. si hominẽ § j & l præterea § vlti. & l. sed quod te. eo ti et. l. si ex legati. ĩ. de verb. obl. Rõ. huius est. ĩ. de. l. qđ debet ĩ de re. iur. & l. de pupillo § si plenius. de ope. no nun. ¶ Secũdo dicebã: quantũ ad hoc, quòd etiam debet inspici quod euenire põt: si cõis cursus naturæ hominũ vel iudiciorũ, aut cõis rationis hominũ. vel natura actus qui geritur, hic inducant Pro primo. l. si quis domum. alleg et. C. de do. l. scimus § pen. Fallit ꝑpter fauorẽ specialẽ: vt. l. Iulia alle. ¶ Pro secũdo fa. l. in omnibus. & l. si idẽ. alleg. ¶ Pro tertio fa. C. de euic l si fundũ. iuncta. l. cũ de in debito ff. de ꝓba. & ff. de mino. l. verũ § si locupleti. ¶ Pro quarto fa. ff loc. l antepe § vehiculum. et ff. si mensor fal. mod. dixe. l. j § pen. et. C. de euic. l. si fundũ. et de act. emp. l. Iulianus. interue § si fundũ. et insti. quibus modis re contrahi. obli § pe. ¶ † Tertiò dicebam casum futurũ debere inspici, si ex consideratione cõtraria iniquitas, aut iuris absurditas sequitur ꝓ eo, quod dicit de iniquitate. fa. ff. de iud l. sed si restitua. in fi. et. C. de vsuf. l. ambiguitatẽ. versus fi. et. C de do. l. scimus § pe. ¶ De absurditate intelligo. l. si tibi fundũ, ff. qui mo. vsus. amit. & insti. de rerũ diui § illud quæsitũ. ¶ Quartò dicebã, ꝙ prædictis cessan. casus aduentitij inopinati, vel mala fortuna hominis, nõ debẽt inspici Pro primo facit. l. Iulianus. alleg. & c. C. de pig act. l qui furtiuis. & § si locupleti. in fin. alleg. ¶ Pro secundo fa § sacra. alleg. s. et. ff. de leg. j. l. cætera. § j, & de contrahen. emp. l. si in emptione § liberũ. ¶ Goffre. quibus finaliter inscribam, ꝙ cessantibus talibus specialibus antedictis, hoc pro regula tenendũ est, ꝙ res debent regulariter inspici in statu, in quo sunt de præsenti in inspecto: aliâs qđ euenire põt: vt. ff. de transac. l. cũ id in fin. & de peculi. l. eo tempore. in prin. & de in lit. iurã. l. j. et. l. sciendũ § penul. alleg. et. d. l. iulianus. et de aqua. plu. arcen. l. in concedendo. & vsufru. quemadmo. ca. l. si vsufr. nomine. in prin. & c. C. de pac. l. j & c. C. cõia de leg l. fi. § si autem. Et est ratio: quia eadẽ debet esse ratio de his: quæ non sunt, & de his, quæ non apparent. ff de contrahen. emp. lege. & l. ruptulia. & quia quis non tenetur diuinare, vt. ff. mandati. l. si fideiussor circa me-

dium.&.l.si putator.alleg.fatebar tamen posse esse alias falacias.tñ in simili ratione fundatas.& hoc propter.l.omnis diffinitio.ff.de re.iur. Nó allegabá canones:quia nó studebam illos:sed loquebar vt legista tunc videntur mi prædicta applaudere canonibus allegatis.¶ De hoc aút capitulo dico,ꝙ si ordinandus publicè credebatur esse liber,nó imputatur ordinantibus si nó diuinarunt,ꝙ possit posteà dici seruus. arg. C.de testa.l.j.&.ff.de offi.præto.l barbarius.Sed si de statu illius:in aliquo debebat verisimiliter dubitari,tunc eis imputatur,si nú inquisiuerút,vt hic &.arg.eorú quæ legi & not. ꝭ.de elec.innotuit.ver.parcentes ¶ De prædicto aút brocardo habes per.Io.fabri in dicto.§.illud aút quod & per Bart. in dicto.§.sacrá quæ omitto núc:licet sint satis notabilia.sed ponam in.c.postulasti.allegato.vide etiá Henri.de bomic.c. exhibita seu postulasti alleg.& etiá omnino vide Cy.C. cómunia vbi de leg.l.si.C.si autem sub códic.de hoc plenè.
¶ Supple glo. ¶ In gl.j.ibi:in prin.vide insti.de libertinis.& de ingenuis,qui sunt isti:de quo hic per Host.& in glo.ij.ibi præcauenda.Melius est enim ante tempus occurrere.C.qñ liceat sine iudice se vindicare.l.j.Host.& in quibus cau.restit. non est necessaria.l.si.ante si.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Seruus fugitiuo se liberum asserente,domino excipit,quòd is seruus sit:quis de hoc cognoscet? Et quid si quis per vim in seruum raptus sit,& pro seruo à raptore teneatur:si is aufugiat:num debeat in seruitutis possessionem reduci? nu.2.& adde.nu.3.*

4 *Possessionem qui sine vitio,etiam dolo malo habuit,in prophanis,an sit restituendus? Et ad impediendú possessorium,an excipi de dolo, fraude &c.queat? nu.5.*

6 *Possessioné seruitutis,qualiter dominus amittat,ex hoc, quòd seruus in libertatis possessione moretur? & nu.8.9.&.10.*

7 *Seruus vt dicatur possessioné libertatis bona fide acquirere,quot anni requirantur.*

11 *Seruum ordinatum deponi,& domino reddi,num perpetuò verum sit? & nu.18.*

12 *Seruus si ignorante domino, vt Episcopo, vel præsentatore sciente ordinatur,num liber efficiatur. Et quid tum domino fiet. Et an in quo-uis ordine id locum habeat? Et in dvido aduersus huiusmodi actionem an sit ordo seruandus,ita vt prius contra ordinatoré,ac deinceps contra præsentantem? nu.13.*

14 *Seruus per ordinationem num libertatem consequatur? Et num quo casu seruus ordinatus dominus redditur,domino ipse possit eúdem vendicare? Et an is taliter ordinatus liber sit à manus dominica in eccl one?nume.16.& nu.20.*

15 *Seruum,si monachus,aut clericus scolaris efficiatur,quousque poterit dominus repetere? Et an idem tépus clerico seculari & monacho repetendis statuatur.*

17 *Seruus ad sacros ordinatus,nú possit matrimonii contrahere? Et quid de originarijs seruis & huiusmodi?*

19 *Seruus inuito domino,quæ contrahere possit,& quæ non?*

21 *Seruo communi ordinando,an vnius duorum voluntas satis sit?.*

¶ *CAP. II.*

ME seruorum.¶ Casus.¶ Seruus sine licentia dñi ordinatus,deponitur,& dño restituitur.ponit statutum.secundo factú irritat.ibi.& si.
¶ Expone literam. *dominus*. dicit Vincentius. *Minorem* qui ipleuit.xx.annó manumittere inter viuos. C. qui manu.non possunt.l.si minor. Et in vltima voluntate: ꝙ testari pót.auth.sed hodie.ibi signata.*libertatem*. plená notat super.c.j.&.liiij:dist.quicúque.secundú Inno.& Host. Plus requiritur,ꝙ charta libertatis legatur publicè in ambone. liiij.dist.c.ij.*quilibet*.i.aliquis. Hosti. ¶ *Fugiens*.i.fugitiuus. extra domú dñi cá fugę.*mansit*.vt seà dño cælet secúdú Offil. etiam si posteà poeniteat secúdú Celsú hoc enim potius abeffectu animi intelligitur,quá a fuga: vt hic omnia probantur ff.de ædil.edic.qui sit fugitiuus C.e. di.quia testes,qui ei testimoniú prohibebát corrupit, vt.ff.de do.l.j.§.dolú.&.§ sequéti Hosti. *Deponatur* .i.degradetur. *Abbas recipiat*.Ratio quare seruus cósecratus restituitur dño,& alia reconsecra a not. ꝭ.de reli.do ad hoc cú suis remissionibus.

1 ¶ † Ad quæstiones accedo. Et quęro primò in *fugiens*. intrá do glosam Inno.quá omittit Hosti.& ponit Io.an. ad literá Pone,seruus fugitiuus dicit se liberum.& vult de statu suo litigare:sed dñs excipit ipsum esse seruú:quis de hoc cognoscet? dicit Inno.ꝙ excipiens remittendus est ad iudicem sui videlicet ipsius dñi,vnde fugit C.vbi cau.sta agat.l.j. ¶ Sed cótra,quia existens in possessione libertatis cóuenit sub illo iudice,sub quo degit: vt.e.ut l.iij.Sol.Inn.dicit ꝙ intelligit de possessore bo.fid.qui non fugit. De eo verò,qui fugit, secus,quia dolo præsumitur esse in possessione libertatis.& ió 2 reducitur in possessioné seruitutis.¶ † Secundò ad horú declarationem. ¶ Inno. quęrit de qóne in terminis. pone aliqs per vim coepit aliqué in seruú & tenet eum pro seruo : fugit ille ab eo. Quærit núquid debebit reduci in possessioné seruitutis? videtur, ꝙ non: quia iste,qui per vim istum coepit, non est de iure in possessione seruitutis: vt.ff.de proba.l, si qs liberú hominé.&.C.de lon.tép præscrip.quæ pro liberalitate l.j.&.ff.de acqui.pos.l.cú heredes.§.vlti:&.C.de libe.caus. l.eam. Verú primò determinat ꝙ imo ille in possessioné seruitutis redigit: vt.l.vis eius. C.de proba. fatetur tñ Inn.ꝙ lex illa,vis eius posset aliter intelligi: videlicet,ꝙ priusquá restituatur inquirat an sit in possessióe libertatis . verú subdit, ꝙ in inquisitione huiusmodi veniat discutio huiusmodi,videlicet an dolo . vel violéter detineretur,quia si dolo,fraude: vel violentia detinebatur,& fugit,nó videtur esse per dolum in possessione libertatis.ar. legú cótrariarú.secundú Inn. ¶ Ex quibus cóiunctis cú gl. Ber.& Host. videtur posse dici: quia aut quęrit de non fugitiuo:& est in possessione libertatis:& tunc corá iudice sub quo degit quęstio agitáda est, & debet in possessione libertatis manere,donec contra eum probetur seruitus: dú modo non appareat, ꝙ dolo malo possideat libertaté. Aut est dñs in possessione seruitutis: & túc cá agitat corá iudice dñi,& donec ille de libertate docuerit, in seruitute domini redigetur. Si verò fugitiuus sit.remittendus est ad iudicé dñi,& in possessioné seruitutis redigit, donec de libertate docuerit,nisi docuerit sevi, vel dolo fuisse detentum ab illo,à quo fugit. tunc enim hoc probato pristinæ libertatis possessioni standú erit. Sed vbi qó.fugę dubia est inter partes ante cám status diffiniet,prout hęc ex dictis glosis & iuribus per Bert. in. ij. gloss.& .s. per me post Innocen.allegat.satis colligitur.

2 ¶ † Tertiò quæro. Pone liberú se prætendens , possessus vt seruus fugit à possessore, ipm de possessióe hmói spoliando. & ideò cótra ipm agit ille spoliatus possessorio restitutorio. Excipit fugitiuus, ꝙ vi, vel dolo detentus fuerat. Debet n e admitti ista exceptio? vr, ꝙ sic, p pdicta Inn.tenet cótrariú dicés ꝙ pdicta exceptióe nó admissa, ille restituet.alleg.not.sua. ꝭ. de postu.pla.c.bonæ ij.&.ꝭ.de elect.querela. Et ad ea, quæ dicta sunt.s.in proxima quæstione dicens quòd illa loquuntur dum inter partes de libertate & seruitute in petitorio agitur . Tunc enim quia non potest constare cum onus probationis incumbat: & per consequens, nec quis sit actor nec quis sit reus prius: inquirendum est quis sit in possessione.bonę fidei vt.ff. de libera.caus.l.liberis.§.vlti.
¶ Verum Innocen. quasi opinionem suam mutás in præsenti qó.subdit hæc verba.
¶ Vel dic hanc diuersitatem contingere , non tantùm quia agitur petitorio, vel possessorio , sed quia speciale est:quia non acquirit quis possessionem seruitutis : vel alicuius iuris in aliquo homine. si dolo malo coepit possidere , vel tenere, vt dicta.l.si quis in liberum.

¶ Subdit

¶ Subdit tamen Inno. ꝙ secus est, si agatur de possessionẽ alicuiꝰ rei corporalis: vel etiã de iure alio, q̃d quis possidere cœpit. Nam ibi bene quærit possessio, licet dolo cœperit possidere. Allegat notata sua in dicto. c. bonæ ¶ Subdit post eã Inn. ꝙ præmissa vera sunt. s. ꝙ exceptio violẽtiæ & fraudis impediũt restitutionem, si dolo hominẽ liberum quis teneat. Secus enim dicit, si quis teneret dolo seruum alterius: quia tũc acquirit possessionem iuris alterius, siue vim, siue dolum faciat, sicut alterius rei possessionẽ acquireret. Sed coram suo iudice agetur causa. Et sic intelligit legem. iij. C. vbi causa status agitur. Quod intellige, vt scilicet. j. ad fi. q̃onis. vj. & vij. q̃onis. ¶ Prædicta dicta Inno. quo ad duo valde videntur notabilia: licet in loco peregrino posita sint.

4 ¶ † Primum est, ꝙ in prophanis, ꝙ ille qui sine titulo etiam dolo malo habuit possessionẽ, restituẽdus est tex. est in. c. in literis. Hoc intellige sanè, videlicet dummodo de hoc per confessionem partis, aut per sentẽtiam, quæ in rem transiuerit iudicatam, aut per probationes admissas, aut per rei euidentiã de non iure, aut mala fide iam non constet per ea quę dixi. s. tit. j. c. veniens. c. cõstitutus. & c. quoniam. Sed intelliges hoc respectu oppositionis aduersarij & oblatę probationis: quia sic intelligitur. c. in literis. vt ibi dicam.

5 ¶ † Secundum est, ꝙ in his, in quibus generaliter inhibita est possessio præterquam in casibus certis, potest ad impediendum possessorium opponi de dolo, vel fraude, aut violentia commissis in possessione adepta. Et ex hoc inferretur hæc conclusio, ꝙ laicus petens restitutionem decimarũ, quas iuxta capit. causam, ꝙ. j. de præscrip. prohibetur generaliter possidere, hac exceptione impediretur. ¶ Non sic tamen inferas de interdictis causam proprietatis habentibus, de quibus in. l. ij. § quædam. ff. de interdictis. Nec etiã de beneficialibus possessorijs: quia obstarẽt dictũ cap. in literis. & c. item cum quis. eo. ti. ¶ Ratio diuersitatis, quia laici decimas, non autem clerici ecclesias possidere & habere vetant, & sine dispensatione possunt clerici, tanquam habiles & idonei ad ecclesias promoueri. Laici verò ad decimas nõ nisi per Papam. j. de decimis. c. prohibemꝰ. cum decisa. Liberi verò hominis non est cõmertium, neq; possessio: vt. d. § sacram.

6 ¶ † QVARTO quæritur, qualiter per hoc, ꝙ seruus moratur in possessione libertatis ammittit dominus possessionẽ seruitutis. & hic distinguit Inno. duos casus: quia aut bona, aut mala fide est in possessione libertatis. Et de primo primitus videamus, videlicet dum seruus bona fide est in possessione libertatis. Et hic dicit primò Inno. quòd si talis bona fide omnino se gerit pro liberto, statim amittitur eius possessio. ¶ Et ex hoc infert Innoc. ꝙ statim incumbit onus domino probandũ eum esse seruũ. Quodq; ad hoc agere debet corã iudice serui. ¶ Sed qualiter intelligam eum esse bona fide in possessione libertatis? dicit Inn. ꝙ tunc. s. si certis rationibus, vel etiam iudicio, dummodo sine fraude & qualitate se gerat pro libero: vt. ff. de lib. cau. l. liberis. in fi. & l. igitur. § potest. ¶ Sed cui incumbit onus probãdi, videlicet, vel seruo, ꝙ bona vel domino, ꝙ mala fide seruus sit in possessione libertatis tantum? Inno. dicit ꝙ si seruus possidet, probatio incũbit domino: vt ar. insti. de interdictis. § retinendæ.

¶ Ac si velit dicere. Innocen. quòd si seruo existente in possessione libertatis, dominus, de facto redegisset eum ad possessionem seruitutis: tunc seruo incumberet probatio. quod intelligo verum: dummodo violentiã, seu inuasionem dñs non cõmisisset. quia aliàs fructum non deberet ex possessione sua reportare: sed potius perdere, quod prius habebat: vt

7 C. vnde dist. l. si quis in tantam. ¶ † Sed contra præmissa videntur, ꝙ vt dicatur seruus acquirere possessionẽ bona fide, requiruntur. x. anni per. l. iij. § si seruus. ff. de acqui. pos. ibi. *si diu in libertate moratur.* exponendo diu, per. x. annos: vt. ff. qui & à qui. l. si tum. § Aristo. Et ita intelligunt quidam leg. s. per Inno. allega. de liberali causa ¶ Sed respondet Inno. hoc modo procedere illum intellectum, si seruus nõ procedere. quia si sic tunc in prę scriptiõe libertatis essent necessarij. xx. anni videlicet ante possessionem adeptam. & x. post possessionem adeptam: & tamen constat sufficere decennium ad præscriptionem libertatis: saltem in casu, vt dicto. § Aristo. Et ideò non placet Innocen. intellectus prædictorum.

8 ¶ † Quintò redeũdo ad secundũ mẽbrum prædictæ distinctionis Innoc. quæritur, qualiter per hoc ꝙ seruus moratur in possessione libertatis mala fide amittit dñs possessionem seruitutis? Et hic distinguit Innoc. duos casus: quia aut desit, aut nõ desit habere dñs animũ possedendi. Quæro igitur primò quid si hoc casu desit dominꝰ habere animũ possidendi: Et refert Inno. quosdam dicere ꝙ tunc amittitur statim possessio seruitutis, sicut & aliarum rerum: vt. ff. de acquiri. pos. l. si quis. § differẽtia. Ex quo inferũt, quòd dño petenti restitutionem, non restituetur possessio seruitutis, licet mala fide sit in possessione seruitutis libertatis puta q̃a scit se esse seruũ. Et hoc verũ: nisi probet ꝙ sit seruus: quia tunc onus probãdi sibi incũbit. Et est ratio secundũ eos: quia sibi debet imputare, ꝙ possessionẽ abiecerit. ¶ Quid dicendũ? Inn. satis amissioni possessionis consentiẽs, dicit sed melius. s. bi credere ꝙ in hoc casu debet sibi restitui possessio: q̃a generaliter loquũtur leges superius alleg. ff. de libe. cau. l. liberis, in fi. & l. agiẽ. Et ideò etiam dicit, ꝙ ipsi seruo onus probãdi incũbit: vt ibidem dicitur. ¶ Ex quo nota, ꝙ si me absente occupet possessio mea clam, licet passim retiẽdo animũ possedendi illum eijcere: tamẽ si desino animum possidendi, non per hoc perdo iudicium restitutorium secus fortè si possessionem voluntariè tradidissem.

9 ¶ † SEXTO quęritur qualiter per hoc, ꝙ seruus moratũ in possessiõe libertatis mala fide: tamẽ dñs non desit habere animũ possidendi, pdat dñs possessionem seruitutis? Et hic distinguit Inno. duos casus: quia aut dñs non omisit custodiã serui: aut omisit: si nõ omisit, tunc etiam si centũ annis fuerit in possessionẽ libertatis non amittit dñs possessionẽ sed semper possidet: q̃a nec seruus ipse ab alio possidetur: nec ipse seruus suam possessionẽ interuertere põt. vt. ff. de acqui. poss. l. possidere. § si seruꝰ probat Inn nam hoc q̃d est in possessiõe cuiuslibet rei mobilis quãdiu ab alio nõ possidetẽ, nec omitto animũ possidendi & custodiã ab eo possessionẽ retineo. Aliàs enim sequeretẽ absurditas: videlicet, ꝙ si seruꝰ meus. x. vel. xx. annis defenderet se in arce, amitterẽ possessionẽ eius. ¶ Aut omisit dñs custodiã serui: & quia nesciebat dñs quo fugisset: vel vbi esset: & tunc adhuc retinet possessionem dñs, si seruus habebat animũ reuertẽdi: sed si seruus nõ habuit animum reuertẽdi: tunc possessionẽ amisit dñs: vt. ff. de acquiren. pos. l. rem quæ. ¶ Verum & si amittatur possessio dum cessat animus reuertẽdi quia tamẽ mala fide est in possessione libertatis, restituiẽ domino possessio seruitutis & seruo incumbit onus probãdi: vt. l. si liberis. § vlti. & l. igitur. § penul. alleg. ¶ Sed coram quo iudice de hoc cognoscetẽ: dici ꝙ coram iudice serui constabit prius, ꝙ sit in possessione malæ fidei. Et hoc constito causa ad iudicem domini reuertetur. Et sic intelligitur quod scripsi s. ad finem tertiæ q̃onis.

10 ¶ † SEPTIMO quæritur, qualiter pro eo, ꝙ seruus moratur in possessione libertatis mala fide: cum dubitatur, an dominus habuerit animũ desinẽdi possidere, dñs ipse possessionem amittat? Et hic distinguit Innoc. quia aut seruus fuit in possessionem libertatis decennio: aut minori tempore. Si minori nõ præsumitẽ dominus desijsse habere animũ possidendi. Secus si decennio. & sic legitur. ff. de aqui. pol. l. possideri. § si seruus. ¶ Subdit Innoc. ꝙ istę quæstiones videlicet, an seruus sit in possessione libertatis vel non: & an sit fugitiuus, vel non. & an bona fide, vel mala: alia quæ suprà diximus, examinari & terminari debent antequam de serui proprietate agatur: vt. ff. ne libe. cau. l. liberis. § vltimo & l. igitur. § quoties. ¶ Item subdit, ꝙ hæc ratione dubitationis sub iudice serui querẽtis ar. j. de app. c. si duobus & ff. de iudicijs. l. si quis ex aliena & s. de rescriptis, super literis.

¶ Subdit prætereà, ꝙ multũ valent ista: quia similia ferè quęrunẽ, quãdo prælatus dicit aliquẽ suũ clericũ, vel monachũ,

vel quando dominus dicit aliquem seruum libertum ascriptitium originariũ, vel officialem. de similibus tamẽ ad similia est procedendũ: vt. ff. de legibus. l. non possunt. Remittit Io. And. ad not. sua post Inno. de app. dilectis. in glo. satis. & glo. no. vbi de hoc dicam. ¶ † Octauo ibi: *recipiet*. intrando secundam glosam Inno. quæritur, nũquid est semper hoc verum, ꝙ deponatur seruus ordinatus, & eius dominus eum recipiat? habes de hoc in glo. Ber. vltima, quam recitat Innocẽ. quasi de verbo ad verbum. Caue tamẽ, quia in membro primæ distin. versus videlicet, cum sciente, & contradicente domino ordinatur seruus. dicit Inno. ꝙ quidam. s. Io. & Tanc. dicunt & fortè melius, ꝙ non est dñs reddendus: vt. liij. dist. ex antiquis. c. frequens.

12 ¶ † NONO quæritur etiam cum Ber. & Innoc. dicũt, ꝙ si seruus dño ignorãte, sed Epo, vel præsentatore sciente, ordinetur, liber efficitur. Sed epus, vel præsentator dabit domino æquè bonũ &c. Quæritur, nunquid habet hoc locum in quocunq; ordine? Goffre. dicit, ꝙ sic. Sed Hosti. est in cõtrarium. dicit enim, ꝙ hoc nõ reperitur iure tantũ expressè: quia canon, si seruus absen. liij. dist. ad hoc allegatus, loquit̃ in promoto ad sacros. Ioã. dicit Hosti. ꝙ poena hæc, vel alia maior, vel minor erit arbitraria. de offi. deleg. in causa. & de trãsac.

13 c. vlti. ¶ † Sed nũquid in dando actionem cõtra istos erit ordo? dicit Host. ꝙ sic: quia primò dabit̃ actio contra ordinatorem, & secũdò contra præsentãtem, arguẽdo ab ordine illius c. si seruus. Et est simile. ĩ. de presbyt. cum secundum.

¶ Verum vno soluente, alter liberatur: vt. ff. de eo, per quem factum er. l. j. §. si plures. ¶ Subdit etiam premissa locum habere, ita demum si seruus reperitur. ĩ. annum. Dicit etiã annum huiusmodi à tẽpore ordinationis computari, secũdum Hug. Sed secundũ veri⁹ est, quod dicit Lau. illũ à tẽpore sciẽtiæ computãdum ar. s̃. de supplen. negli. præla. licet & sic in-

14 telligitur. c. si seruus. alleg. ¶ † Sed quæ est ratio, ꝙ efficitur liber? dicit Hosti. ꝙ ideò procedit ex dispensatione ecclesiæ, fauore libertatis: qui alias tatum deponi deberet & domino reddi: quia ipsius furtum facit: vt nota. in dicto. c. si seruus. in glo. ij. Hosti. Et sic soluitur contrariũ de l. j. C. de seruis fugi. ¶ Sed nũquid casu, quo seruus ordinatus redditur domino, poterit dominus eum vendere? dicit Hug. ꝙ nõ. De hoc notatur. j. q. j. quis studet. in glo. quod si Iudas.

15 ¶ † DECIMO quæritur: pone: Seruus efficitur monachus. vel clericus secularis: quæritur. vsq; ad quod tẽpus dominus eum repetere potest? Ber. & Inno. de monacho dicũt, ꝙ vsq; ad terminum, & non vltra, etiam si ignorante domino factus sit monachus, secundũ Inno. vt. liij. di. si seruus sciẽte. De facto clerico dicit Inno. ꝙ vltra annum non potest dominus eum repetere, etiã si ignorãs fuit: vt dicto. c. si. seruus scien. ¶ Secundò quæ est diuersitas inter factum monachũ & factum clericum? dicit Inno. ꝙ ista est ratio, quia clericus publicè manet: monachus secretò verum secundũ Io. And. si minus distaret. daretur etiam tempus prolixius. xvij. q. ij. si quis incognitus. & de hoc. liij. di. c. de reb. §. cœterum.

16 ¶ † VNDECIMO quæritur, vtrum casu quo seru⁹ ordinatus domino redditur, gaudebit priuilegio clericali: vt sic non liceat in eum eidem domino manus inijcere? dicit Inn. ꝙ sic: quia clericus est, vt. xvij. q. iiij. si quis suadente.

17 ¶ † Sed nũquid poterit talis matrimoniũ contrahere, si fuerit ordinatus ad sacros? Inno. dicit, ꝙ non propter votũ: quia secundũ eum seruus in suspentione ordinis votum fingitur fecisse: quod votũ, vt dicit, facere potuit: vt. ĩ. de cõuersa coniuga. quidã. lxxxiiij. dist. cum in præterito. ¶ Dicit etiam ꝙ cogendus est per Epm votum seruare: vt. xcvj. dist. si Imperator. ¶ In alijs tamẽ secundum eum priuilegio non gaudebit: vt. ĩ. de cleri. coniu. Ioã. &. c. sequenti. ¶ Sed quid de originarijs. etiam ad quid? dicit Inno. dicendũ fore idem de istis. & etiam de omnibus, qui conditione seruili, vel ratiocinijs sunt obligati: vt. liiij. disti. frequens. &. c. quis aũt &. c. generalis &. c. si quis. Et idem dicit in libertis, in quibus patronus aliquod obsequiũ sibi retinuit: vt. ea. dis. c. quicunq;.

Idem dicit in obligatis publicis functionibus. ĩ. tit. proxi. c. j. & ij. dist. ꝑtereà. ¶ † Ex quibus infert Hosti. ꝙ non omnis, nec in omnibus seruus ordinatus restituitur domino: & multò min⁹ professus. Sed cõtra de regula, sine culpa. ĩ. de re iuris. lib. vj. Rñdet Hosti. ꝙ in multis casibus est videre ꝙ quis priuatur iure suo: sine culpa sua: sed ex causa: vt ibi notatur.

18 ¶ Verum Host. curialiter volens ab opinione Inn. recedere, dicit, ꝙ iustius esset dicere tales deponẽdos, & dñis suis restituendos omnino, ita ꝙ nec remanerẽt de foro: nec ab eò, vt clerici defenderẽtur. ar. hîc, &. ĩ. c. sequẽti & sequẽti. de iudi. cùm nõ ab homine. de verbo signi. nouimus. Dicit enim canon, ꝙ talis ex quo gradu ceciderit, eius cõditionis sit, cuius fuerat ante gradũ. liiij. dist. nulli. &. c. sequenti. &. c. antiquis. circa medium &. c. frequẽs, &. c. quis ante leges. De quibus capitulis hîc mentio habet̃: salua tamen priori distin. Bern. ¶ Nec obstant iura pro alijs inducta: qa intelligẽda, sicut & loquũtur: videlicet ibi: nõ de seruis subreptitiè promotis: sed

19 de personis liberis & liberè ordinatis † Certum est enim, ꝙ seruus liberũ consensum non habet. Et ideò in præiudicium domini sui etiam expressum votũ emittere non potest: vt in prędictis cap. & ar. ĩ. de sen. exc. relatum. § j. Excepto matrimonio, quod etiam inuito dño contrahere põt ĩ. de cõiugio seruorum. c. j. Quia sacramentũ est apud oẽs. ĩ. de diuortio, gaudemus. Et excepto sacramẽto baptismi. de quo remittit ad lecta & notata. ĩ. de iudi. c fi. & alijs, sine quibus salus animarum non est: & quæ est omnibus præferẽda. vij. q. j. præcepimus. C. de sacro san. eccle. sanctissimus. &. c. fi. de præscrip.

20 Hosti. ¶ † Caue quia Io. Hug. Lau. & Archi. liij. dist. c. nulli dicunt tales gaudere priuilegio canonis, si quis suadente. contra alios, quàm contra dominũ: quia illud priuileg. concessum est clericus, non eorum fauore, sed odio laicorũ. Sed in omnibus alijs carent priuileg. clericali: vt. d. c. nulli. Dicunt etiam ꝙ cõtra dñm in nullo gaudẽt priuilegio clericali, etiã illius, si quis suadente. quia in nullo debuit fieri præiudiciũ domino per factum serui, secundũ eos. Henri. verò credit sententiam Hosti. veriorẽ de iure. Sed aliam opinio. suprà proxim. credit animæ tutiorẽ, quæ nõ discrepat à sentẽtia. Host. nisi quo ad extraneos. & in canone si quis suadente.

21 ¶ † DVODECIMO quæritur, vtrum in ordinatione serui cõmunis sufficit volũtas vnius dñorum? Glo. & Io. Fauentinus. Hug. & Laurẽ. liij. dist c. j. tenent ꝙ sic. Sed Archi. ibi contra. Distinguit Henricus, qa aut iste consentiẽs prius seruata solennitate. l. j. C. de seruo cõmuni manumissi videlicet, cum dñis de partiũ suarũ pretio satisfacto manumisit vt ordinaretur. & tunc sit locus primæ opinio. aut his nõ præmissis alijs contradicentibus, vel non consentiẽtibus ordinationi consensit. & sit locus opini. secũdæ: vt dicto. c. j. & eadẽ causa, &. q. quicunq;. ¶ Et alios modos, quibus ipso facto dominus amittit dominiũ serui sui, notat Archid. in dicto. c si seruus sciente. super verbo, liber. ¶ Quod autem dicũt Ber. & Inno. de amissione peculij intellige qũo ad vsum: quia domini est. Et ita Io. And. supplet ad glo. B.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Liberti priuatorum decedentes nunquid patronis superstitibus teneantur relinquere? Et quid de libertis ecclesiarum? nu. 2.*

3 *Seruum manumissum propter quam iniuriam, posset dominus in seruitutem reuocare? Et quid si obsequium impositum non præstet? num. seq. Et quid de libertis ecclesiæ? nu. 5.*

¶ *CAP. III.*

NE famulis. ¶ Casus. Seruus ab ecclesia manumissus ordinari potest. & quod acquirit post obitũ. erit ecclesiæ manumittẽtis & si eam accusat, vel cõtra eam testificat̃, libertate priuat̃, & ordine. Secunda pars ibi, *nunquid*. Cõtra ibi. *quibus aũt*. ¶ Expone literã. *famulis*. i. seruis Pe. vt non cõprehendit eos, qui simpliciter famulant̃. Et de differẽtijs inter seruos & necessarios vide de testib⁹, ex parte in gl. magna. Cõstituere necessitate exigen̄. vt dicit̃ in fi. Hos. *Parochias*. Subditas illi ecclesiæ, cui⁹ serui sunt.

Innoc.

Innoc. Sed idem fortè de alijs, tanta necessitas posset esse ar. vij. q. j. Nouatianus. & c. scias. & s. de elec. cum nobis olim. & c. in causa Host. *Libertatis*. non plenæ: quia ecclesia retinet ius patronatus in susceptione & reuocatione in seruitutē ob ingratitudinem: vt sequitur. Et aliud in libertis priuatorum: quia si manumissores aliquid retinent, ordinari non debent: vt. liiij. dist. quicunq; Goffre. *Talibus*. libertis ecclesiæ ad hoc manumissis vt per parochias ponatur Host. *Colatum*, ab ecclesia non possunt eis conferri: nisi xx. solidi: vel secundū ipsorum æstimationē. xij. q. ij. si quos de seruis. Vincē. *Transmitte re*. in testamento. Alij dicunt idē etiam inter viuos, quos nō credimus Innoc. *Quibus*, scilicet sic ab ecclesia manumissos. Hosti. *Cæteris*, si laicis & seculariter viuentibus. *Ecclesiæ*, non est hoc speciale in liberto ecclesiæ, quod est etiam in libertis priuatorum, qui in memoriam pristini domini nō interrogantur contra eos. ff. de quæstioni. l. vnius § seru⁹. Vinceo. & C. eod l. seruos. Accusandi. Argue collegium accusari posse, de quo. j. de simo. dilectus. in. ij *Testificandi*. C. de testibus. l. libertorū. *Aduersus*. Nec per ipsam. C. de quæstionibus. l. pridem p quod patet, q nec volētes testificari possunt: vt not. ff. de testi. l. Iullia. in fi. ¶ Sed videt, q pro ecclesia debet amitti j. de testi. in sup. Contra quod. iij. q. iij. c. placuit § item in criminali ver. item liberti. ¶ Respondetur, quòd illud obtinet in aliorum libertis. Nam edictum prohibitoriū est: ideò semper videtur prohibitū quod nō videtur esse permissum Nota. tit. j. c. vlti. in fi. Hosti. *Aspirauerint*. cum effectum. ff. de in ius vocando. l. quamuis. Goffre. *Honoris*. i ordinis: cui honor est Annexus: vt patet j. de maio. & obe. per tuas. Tales enim degradantur. vij. q. ij. Episcopus, qui mācipium. & c. viij. discutio. Hosti. *Naturæ*. i. natiuitatis. qa serui nati sunt contra naturalē dignitatem. Insti. de iure iu. perso § serui & § seruus. Hostien. *Necessitatem*. quia fortè non reperiebantur idonei. xxj. q. j. c. j. Hosti. Necessitas enim legem non habet.

¶ Opponitur primò ibi: *pertinere*. de. c. j. & . ij. xij. q. oij. & multis alijs capitulis eiusdem quæstio. & sequenus. Soluit Inn. vt in prin. primæ glosæ Ber. Saluo, q nō restring. decre. ad manumissos sub conditione, & c. sicut Bern patet. j. q. j. in prin. ¶ Secundò opponitur ibi: *Accusandum*. Nam vniuersitas accusari nō potest: vt. ff. de dolo. l. si ex dolo. xxiiij. q. iij. si hoc So. Inno. exponendo *accusandum*, idest agendum Nam nullus libertus absq; venia potest in ius vocare patronum: vt. ff. de in ius vocan. l. quiq; C. j. xij. q. ij. c. Episcopus. qui manumitti. ¶ Vel aliter solue secundū eum q etiam excipiē do, vel inquirendo, non poterit agere de crimine etiam si de consensu capituli deliquisse dicatur. j. de simo. veniens. xvj. q. j. placuit. ff. quod metus ca. l metum § primo Inn. vel dic, vt in. ij. glo. Ber. in prin. intelligi de prælato: sed idem de cap.

1 Philippus. ¶ † Tertiò opponitur de § sed nostra. & § sequenti. Insti. de succesl. libertorū Ber. in gl. j. videtur ponere quinque. so & vltimam approbare Inno. verò ponit. ij. so. Ber. & casum § sed nostra. & sequatur. j. dist. in libertis priuatorum maioribus centenarijs. illos non teneri aliquid patronis relinquere in testamento. Sed liberis non existentibus: succedunt eis patroni ab intestato in totum: Existentibus verò liberis in nil. Sed maiores centenarijs habentes liberos non exhæredatos. & illis liberis nō subsistentibus tertiam patronis tenētur relinquere. Alioquin patroni agere poterunt ad. iij. vel tertiæ supplemētum, per bonorū possessionem contra tabulas. Et illis sine liberis decedentibus intestatis, in totum patroni succedunt: vt § sed nostra alleg. Innoc.

2 ¶ † Quæritur primò, pone: decedūt liberti ecclesiæ liberis relictis: nunquid tenētur aliquid relinquere ecclesiæ? dicit Inno. q ipse intelligit textum istum tam in libertis ecclesiarum, qui manumissi sunt, vt sint presbyteri, quàm in alijs. vnde modo liberti legitimos filios non habeant. Sed si haberēt filios legitimos, credit Inno. q tunc ecclesiæ nil relinquere tenerentur vt dicto § sed nostra ratio, quia parentes thesaurizant & c. xvj. q. j. prædicator. Sed laici patronis nec hoc, nec aliud ius habere poterūt in libertis clericis. Inn. ¶ Dicit Hostië. se putare opinionem quæ habet hoc esse speciale in manumissis ab ecclesia mistam cum opi. Inno. veram esse: ita tamen q de peculio fiant. iiij. partes: vt dicitur. j. de succes. ab intesta. c. ij. in fi. Nisi alia cōditio interuenisset: vt dicit glo. videtur tale pactum, quo ecclesia succedere debeat ibi, totum in manumissione appositū. Id cum seruandum est. j. de pac. c. j. & . iij. & . j. e. eò libentius vni secundū Vincē. Tan. & Ber. hic in fi. pe. glo. & Ray. in sum. huius titul. & Henricū, qui nil aliud addens hic format vnam disti. de præmissis.

¶ De differentijs tamen inter hos libertos remittit ad notata sua in Sum. eo. tit. § qualiter seruus possit. Ber. licet. & sequēti ¶ Et dicit, q in libertis ecclesiæ ratio specialitatis est fauor religionis: vt. ff. de religiosis & suprà fu. l. sunt personæ.

3 ¶ † SEXTO quæritur ibi: *libertatis*, propter quam iniuriam potest dominus manumissum in seruitutem reuocare? dicit Inno. q etiam hæc potest dominus sponte facere propter iniuriam leuem: vt hic, & xij. q. ij. c. octaua § de libertis, & eorum liberis. l. si manumissus. Et hoc verum, nisi dominus remisisset patronatum secundùm eum.

4 ¶ † TERTIO quæritur, vtrum propter obsequium impositum, & nō, præstitum, redigitur libertus in seruitutem? dicit Inno. q non: vt. C. de liberali causa l. solo. Quod intelligit Inno. nisi obsequium minus necessariū esset: puta, quia negauit alimenta: vt. ff. de lib. agno. l. alimēta Tunc enim reuocantur in seruitutem ex eisdem causis, ex quibus donationes reuocantur. in authē. vt liberti de cætero § illud. C. hæc vera, si ex volūtate manumissus sit. ¶ Sed quid si ex necessitate factus sit liber? dicit Inno. q tunc eadem distinctio adhibēda est: sed vniuersæ pœnę: vt. ff. de iure patro. l. j. Et hoc verum de liberis ecclesiarum. ¶ Sed quid de libertis patronorū laicorum? dicit Inno. q & ex his modis in seruitutem reuocant.

5 ¶ † Sed nunquid liberti clerici reuocātur in seruitutem dominorum laicorum propter obsequium non præstitum? dicit Inno. q non Ratio. Nam non debent promoueri, nisi directè, & sine obsequio sint manumissi. liiij. dist quicunq;. Et si aliter promouētur, reuocātur secundū distinctionem, quæ habetur. s. c. proxi. Et est speciale secundū eum in libertis ecclesiæ quod propter obsequium impositum non præstitū in seruitutem, redigūtur. Et sic intelligūtur. c. diaconi. vij. q. ij. Et dixi impositum. nam, si non esset impositum, ad illud nō teneretur: vt. j. eo. c. eò libētius. ¶ Subdit Inno q aliud est in libertis ecclesiæ speciale, videlicet, quia filij eorū semper sunt adstricti ecclesiæ vt semper sint liberti. xij q. ij. de libertis. Secus in libertis priuatorū: vt. C. de libertis & eorum liberis. l. prima. & . ij. Nisi quātū ad hoc, q propter ingratitudinē filij libertorum viuentibus parentibus in seruitutem rediguntur alias enim in titulo frustra adhibentur, & eorum liberis. Et fit secundum eum prædicta reuocatio proposita accusatione & iudicis officio implorato. ¶ Spple Iu. And in glo. vltima Ber. ibi: *acceperint*. viij. dist. consuetudo. Tanc. & Vincē. & . j. de offi. or. ex parte.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Patronus liberto quo tempore operas spirituales imponere queat? Et num illarum impositione consensus Epis. opus requiratur? numero. 2.*

¶ *CAP. IIII.*

NVllus. ¶ Casus. Dominus in seruo manumisso pōt spirituales operas retinere: secūdum Abbatem. ¶ Qui secundū leges operarum genera diuidens, dicit q aliæ fabriles vt carpētariæ aliæ artificiales, vt arare, & fodere aliæ obsequiales, quarum aliquæ in non faciendo: vt nō vocare in ius sine venia. s. c proxi. Aliæ in faciēdo, vt in assurgēdo. C. de bo. libertorū. l. ii. Et proba. dist. de ope. li. per totū. ¶ Primas & secūdas dicebat non posse retineri in manumisso ad clericatum. Sed obsequiales bene: possuntque addi. & spirituales, quæ retineri possunt vt hic. ¶ Expone literam. *Ille autem*. subaudi eadem conditione manumissus, & post ea ordinatus. Hosti. *Elatus*. immemor accepti beneficij. Hosti. *honas*, quæ haben.

tur de celebratione missarum. c.j. *Ordinauerit*. nisi domicilium transtulerit, vel in aliena diœcesi hoc commiserit: vt.j. de fo compe.c.fin. & de parochi.c.fin.& intelligas cum suus Episcopus illum ordinauit. Ioan. Andr. ¶ *Degradetur*. sequebatur in antiqua, & seruus fiat domini sui, quod studiosè remotum fuit: quia absurdum est, quòd presbiter in seruitutem redigatur Goffre.& Hostien. per quod secundum, Ioan. Andr. superfluit. glos. vltima Ber.

¶ Opponitur de.c.eò.libentius.j.e. Sol. imo dicit quòd hîc ꝙ sub ea conditione manumisit, vt sibi in canonicis horis seruiret. & quòd aliàs posset ad aliam transire ecclesiam: vt in contrario.

1 ¶ †QVAERITVR primò ibi: *donauerit*. ꝓpter intellectum datũ suprà proxi. quo tempore patronus liberto operas spirituales potest imponere? Dicit Innocen. quòd statim post manumissionem: vt.ff. de op.li.l. vt iurisiurandum &.ff.de liberali causa.§.ideo. Vel incontinenti ante manumissionem: quia quę incontinenti fuerint in esse videntur: vt. C. de pac.l.petens.&.ff.si certum pet.l.lecta. aliàs quæ aguntur cum seruo in seruitute, eum non obligant: vt. C. an seruus ex suo facto, per totum. Nec alias operas præter has, scilicet spirituales potest in liberto suo retinere: vt liij.distin. quicunque in fin. Innocen. Et secundùm Hosti. talis cõditio potest opponi in ordinatione, sicut & in beneficij concessione. de præb. significatum. Et in manumissum quia in traditione rei suæ &c.ff.de pact.l.traditionibus.

2 ¶ †SECVNDO quæritur. vtrum in impositione operarum spiritualium, de qua suprà, consensus Episcopi requiratur? dicunt Alanus.Ioan.& Ray.de pœna sorti, ꝙ nõ: imo dicunt cõsensum Episcopi necessariũ ꝑ cap.quicunq;. alleg. in fi.& sic intelligunt istud cap.&.c.frequens.liiij.distin.

8 ¶ † TERTIO quęritur,pone:vxor tua à te cognita prius erat corrupta aliter,quàm ex viri semine,seu commistiõe. puta quia fortè ex feruore libidinis prouocauit se in seminis effusionem:& fortè digito,vel alio modo sigillum suę virginitatis corrupit:nunquid tu per hoc bigamiam contraxisti? Breuiter dicas,quòd non:imo quantum ad hoc,adhuc censetur esse virgo,& non corrupta.ar. no.per Hu.xxij.q.v.ille. vbi dicit,quòd illa quę corrupta est ferro,vel pallo.potest inter virgines computari,& consecrari,& quòd aureolam habebit.& quòd nisi per membrum naturale ad hoc deputatum fuit

tum fiat corruptio carnis non admittitur virginitas. Et idē recitat & tenet sub dubio fortè. Raynu. in Sum. huius titu- li. §. quid de illa.

9 ¶ † QVARTO ad intelligendum melius veritatem præmissorum. Quæro quid est & qualiter cognoscitē virgi nitas? & pro hoc sciendum quòd virginitas sumitur duo- bus modis, vno modo propriè pro integritate carnis, & sic quælibet mulier nascitur virgo, & sic nō est virtus: quia to- ta essentia cuiuslibet virtutis est in anima, secundū Augu- stinum. Primò de ciuitate Dei. c. xvij. Et fortè de illa intel- lexit Hug. per . ī. ,pxi. dicta. Alio modo sumitur propriè, prout diffinitur per Ambrosium. v. libr. de virginitate, di- centem. Quid est castitas virginalis, nisi contagionis inte- gritas? Et per Augu. in libro de nupt. & concupisc. dicen- tem: virginitas est in carne corruptibili incorruptionis per petua meditatio.

¶ Ex quibus diffinitionibus patet quòd virginitas est inte gritas carnis, attestans integritatem mentis.

¶ His ergo visis, quæro vnde procedit corruptio tollens huiusmodi integritatem, seu virginitatem, de qua in pro- posito loquimur? Dic quòd fit, & procedit huiusmodi corruptio ab actuali & completa delectatione cōcupiscen tiæ ex voluntate operante vel consentiente, vel non dissen- tiente, vel non in quantum potest, renitente. xxiij. q. v. c. j. ij. & . iij. & . c. magis. & per totum. ¶ Dico autem, comple- tam delectationem, quæ est operis, & in tanta voluptate, quanta est coitus. Et dico, concupiscentiæ, ad differentiam purgationis naturæ. Sicut enim natura purgat superfluum per alios meatus corporis: ita etiam & per istum tam in fœ- mina, quàm in viro. ¶ Et dico, ex voluntate. Dicitur enim in violatione virginitatis corrumpi corruptione vitij, non passionis, & hoc ex laxatione venarum & vuluarum, per quas expletur voluntas coitus. Et dixi operante: quia dici- tur operans volūtas in his, quæ digito, vel manu, vel ligno vel quouis alio adiuncto, tangunt, vel corrumpunt neruos interiores in membris genitalibus: quatenus sua sensibilita- te perfectam coitus declarationem consequantur. Consen- tiens autem voluntas dicitur siue ad similem sexum, vt in Sodomia: siue ad diuersum sexum eiusdem speciei: vt in na turali coitu: siue ad diuersam speciem, vt in coitu brutorū. Non dissentiens autem voluntas est, siue nō declinantibus, siue in dissimulantibus. Non remittens autem est in eis, qui non semper e contrario corde & opere renitūtur: sed si non possint defendere corpus saltem à concupiscentia, & à con- sensu delectationis impediant. ¶ Dic ergo cum sanctis pa- trib⁹, quòd corruptionis virginitatis vna & sola causa est, si voluntaria & procurata delectatio corporis completa in actu polutionis. Et ista plenius not. Tho. super quarto sententiarum. distinc. xxxiij. & in. ij. secundæ quæstione. C. lij. articulo primo. Et facit Ioan. in Summa confessorum. hoc titulo Rubricella de consecratione virginū, quęstione xviij. ad pleniorem, & c. & quæstione sequen. & Astens. lib. ij. titu. de virginitate. ¶ Redeundo igitur ad propositum suprà proximæ quæstionis, certum est quòd ista mulier, cu ius caro aliter, quàm per membrum naturale ad hoc ordi- natum & illius seminis emissione, isto casu & proxi. præce denti corrupta est, non diuisit carnem suam in plures. Et per consequens non potest ex hoc contrahi Bigamia: vt. ī. eo. debitum. in fi. vbi habes, quòd desponsatam à primo vi ro, in quo consensit quo ad carnalē copulam: & sic corru- ptam, saltem mentaliter, ducens in vxorem, & carnaliter co gnoscens, non contrahit bigamiam Henric.

10 ¶ † QVINTO quæro, quia præmissa procedunt in cor rupta ab alio viro. Sed pone, quòd quis à se prius corru- ptam, & non ab alio, ducit in vxorem: & cognoscit posteà: nunquid per hoc incurrit bigamiam, hîc sunt opiniones.

¶ Vna opinio habet, quòd non incurrit Bigamiam: vt no. Ioan. xxx. quæstione qualis. & Ber. infrà cap. debitum. In fine. & infrà de clericis coniuga. sanè. & Tancred. & Barto. Brix. in quæstione dominicali, quæ incipit: aliquis cogno- uit virginem, & Goffred. in Summa huius titu. & Archid. xxxij. distin. nemo. vbi omnino vide eum. & Ioan. Andr. infrà de clericis coniugat. c. vno. libro sextò. Et Raynu. in Summa huius tituli. §. Item quid si quis defflorauit. & Gos. & Tho. & Petrus in quarto sententiarum & frater Astens. libro sexto. titulo de Monogamo. quæstione vtrum ille. Et fundatur in hoc ista opinio: quia nec illa: nec ille diuisit carnem suam in plures. Quod videtur sufficere infrà eod. debitum. in fin. xxvj. distinctio. acutius infrà qui filij sunt legitimi tanta. vbi hoc idem tenet Ioan. Andræ. Et secun- dū hoc debet exponi in allegato. c. qualis debeat esse vxor, quæ habenda est, secūdum legem, virgo casta, & c. virgo. j. non ab alio viro cognita.

¶ Secunda opinio habet, quòd imo talis cōtrahit per hoc Bigamiam. Et ista tenent Hugu. & Ioan. Fabr. in dicto ca. qualis. & Hostien. & Petrus de Sampsonib. & Abb. hîc. & Hostien. in Summa huius titul. §. penulti. versu. Sexto quæ- ritur. & titu. de sponsali. rubrica de matrimonio. §. qualiter. ad finem versu, quid si quis iurat. & infrà de sponsali. ex li- teris Siluanecten. in glo. quid si quis iurat, & suprà de filijs presbytero. ad pręsentiam. & Goffred. & Hostien. infrà de cleric. coniu. sanè. & Hostien. infrà qui filij sunt legitimi tan ta. & Bartol. xxxij. distinctio. nemo. & . xxiij. distinc. mari- tum. & Archidiaco. infrà de clericis coniuga. c. vno. lib. vj.

¶ Et fundatur ista opinio hoc modo. Certum enim est, quòd carnis commistio signat conformitatem diuinæ & humanæ naturæ, quæ contracta fuit in vtero virginali: vt actus consummatus id significet, oportet, quòd consum- matio fit facta in vtero virginali: quod esse non posset, si eam anteà corrupisset. Et pro hoc. xxxij. distinctio. feria- tim. ibi vxorem ducere virginem. & c. xxxiij. distinctione maritum. xxxiiij. distinctione præcipimus. infrà de clericis coniug. sanè. Et quia incipit esse maritus corruptæ: vt in iu- ribus prædictis. & . xxxiiij. distinctione. curandum. & §. præmissis.

¶ Item, quia hoc videtur dicere lex satis expressè dicens, ꝙ non promoueatur quis coniugatus, nisi habuerit vxo- rem ex virginitate ad eum veniētem, & non concubinam. In auth. quomodo opor. Episcopi. §. j. & . §. neq; autem se- cundas. & sequenti. colla. j. lj. distinctione. qui in aliquo. Quasi diceret lex, si ipsam desflorauerit & in concubinam tenuerit: non propter hoc excusatur: nisi in virginem con- sentit. In auth. de sanctissimis Episcopis. §. clericos autem. collatio. ix. Et pro hoc. xxvij. quæstione prima cum initia- tur. Et dicit Hostien. in. c. sanè. alle. quòd ista opinio expres sè approbatur Leuiti. xxj.

¶ Dicit Henricus, quòd prima sententia communiter ap- probatur, & illam tenere videtur Ioan. Cald. in dicto. c. de bitum. vbi si aliquid occurrat de hoc, dicam.

¶ Verum si esset corrupta ab alio, bigamus esset, absq; du- bio, etiam si crederet eam esse virginem: vt dicto capitulo qui in aliquo not. Ioan. xxxij. distinctione. nemo. Nam in tali casu, nec error, nec violētia excusat. xxxij. quęstione. v. ille autem. Idem tenet Raynutius in Summa eodem titulo . § item si credit aliquis. & Hostien. in Summa. eod. titu. § pe nultimo versu, septimo quęritur & Abb. hic, & infrà. eo- dem debitum. & Tho. & Petr. vbi suprà. & Archidia. infrà de cleri. coniu. c. vno. libro sexto. & . xvij. quęstione prima c. qui bona. §. Si ergo. in fine magnæ glosæ suę. & Goffred. in Summa eodem titu. § Item pone. & Hugo. & Lauren. in c. alle. si cuius. Vide omnino quę scripsi. ī. c. altercationis. libro sexto. in tertia quęstione versu. restat terti⁹ casus vsq; ad finem.

11 ¶ † SEXTO quęro, quare ad perfectionem sacra- menti & exclusionem Bigamię, non ita requiritur vir- ginitas in viro, sicut in muliere? ¶ Ecce enim, quòd

vir corruptus cõtrahens cũ virgine, & eam cognoscens carnaliter non ppter hoc est bigamus: & m̃ vir contrahens cũ corrupta, & eam cognoscens, ex hoc bigamus efficitur? Respondet beatus Thomas super.iiij.sententiarũ. dist.xxvij. & recitat frater Ioan.in Summa confessorum.eo.tit.q.iiij. & Ioan.And.j̃.eo.debitum.super glo.& Ioan.Calde.in.d.c.debitum.& Gul.de monte Laud. in sacramẽtali.d. quòd hæc est ratio: qui defectus in ipsu sacramẽto causat irregularitatẽ. Corruptio aũt extra matrimoniũ contingẽs, si quę præcessit matrimonium nullũ defectum facit in sacramento ex parte illius, in quo est corruptio: sed bene defectum ex parte alterius: quia actus contrahentis matrimonium non cadit suprà se ipsum: sed super alterum. Et ideò ex termino specificatur: quia etiam est respectu illius actus, quasi materia sacramẽti, vnde si mulier esset ordinis susceptiua, sicut vir, efficeretur irregularis, ex eo, quòd duceret corruptum, & cognosceretur ab eo: sicut è contra. Non autem ex hoc, quòd corrupta esset. Concordat Astens.lib.vj. titu.de mona.q.sed quare magis. Alias rationes assignat glos.j̃.c. debitum. ¶ Hug. verò in dicto.c.debitum. dicit quòd vir signat ecclesiam, quæ sæpe adulterata est recedendo saltem in aliqua sui parte à fide Christi. & quòd vxor signat Christum, qui semper virgo fuit, & nunq̃ ecclesiã dimisit. ¶ Sed id contra Apostolum ad Ephes.vj. viri diligite vxores vestras, sicut & Christ⁹ ecclesiam. Et quia vir caput est mulieris.xxxij.q.v.cum caput. Sicut Christus est caput ecclesiæ. Adde quæ dicam.j̃.c.debitum.in.vj.quæstione.&.c.altercationis.lib.vj.

12 ¶ †SEPTIMO quæritur, vtrum hoc sit semper verũ, quòd cognoscens vxorem suam adulteratam, sit bigamus? Et de cognoscen.voluntariè & sciẽter, certum est, quòd bigamus sit: vt.xxxiiij.distinc.si cuius.&.c.si laici. Notat hîc Barto.& Vincen.j.c.proxi. ¶ Sed de cognscen. ignoranter videtur innuere.Bero.hîc, quòd non sit bigamus. Sed contrarium est verum, vt notant hîc Petr.de Sampso. Abbas Ioan.And.& Henric.& Raynu.in Summa.eo.titu.§.Item pone, quòd aliquis.& Goff.in Smma.eo.tit.§.Item pone.& Hostien.in Sum.eo.tit.§.quot sunt species.versi. quinto.& Thomas & Petr.super quarto sententiarum.& Hugo.Lau. & Arch.xxxiiij.distinc.sicius.&.xvij.q.j.d.§.si ergo in magna glo.& Gul.de monte lau.in clemen.cum ex eo. de sen. excommuni. Ratio est. Nam carnem suam in plures fingitur diuisisse. ¶ Quod intelligit verum Henri. indistinctè, quantum ad hoc, quòd promoueri non possit. arg. prædicti.c.si cuius. & sequẽtis. Sed quantum ad retentionem priuilegij clericalis, & specialiter illius canonis, si quis suaden. xvij.q.iiij. Possent aliqui dicere, quòd talis ignorãs non est bigamus.arg.notatorum per Archid.in.c.altercationis.j̃.eo.lib.vj.& in.c.allegato si cuius.in glo. Dic, quod iste vbi dicit, quòd licet non possit promoueri: potest tamẽ vti ministerio ante suscepto & legitimè adepto. Si tamen non potest eam de adulterio cõuincere: quia si posset eam conuincere & vellet sibi prouidere, deberet eam dimittere. Et hoc modo, dum tamẽ post adulterium eam non cognosceret, possit vti susceptis, & ascẽdere maiores. Et eandem opinionem videtur tenere Paris.in.c.altercationis. Et hæc opinio si vera esset, faceret pro cucurbitis, & qui teneret hanc opinionem haberet respondere ad.c.debitum. in quantum ibi loquitur de diuisione carnis sue in plures, quę fieret per matrimonium vt sic diuisio, quæ fieret durante matrimonio, nõ induceret bigamiam ipso iure. ¶ Sed obst. id, quod ibi legitur & not.de mulierum corruptione facta ante contractum matrimonium. Sed tunc dici posset, quòd illud tunc ex alia repræsentatione diceretur, videlicet sacramenti incarnationis, seu vnionis naturæ humanæ cũ diuinitate in vtero virginali: vt dixi post dominum Episcopũ Pampilon. in dicto.c.debitum.in.vj.quæstione. ¶ Sed huic opinioni obstat communis doctrina: quasi omnium doctorum scribentium. Obstat.capitulũ altercationis alleg. ¶ Sed puto distinguendũ inter notorium & occultum. Nam quandiu occulta est adulteratio, & per consequens contracta inde bigamia, habebitur pro non bigamo, & sibi suffragabitur priuilegium clericale: quia ecclesia non iudicat de occultis: vt ecclesiastica beneficia.c.vt nostrum. & ita de senten. excõ. ex nobis. Et quia quilibet iudicandus est secũdùm, in quo est. C.si seruus ex por.ve.l.moneor.&.j̃. de senten. excom. si iudex.lib.vj. Et quia de his, quæ non sunt: & quæ non apparent, est iudicium vniforme: vt.ff. de contrahen.empt.l. Ruptilia.&.l.i lege.& de testa.tute.l.duo sunt Titij. ¶ Sed si manifestatum esset adulterium, & publicata bigamia, licet postquã sciuisset, vel scire debuisset, eam non cognouisset: tamen quia bigamus est, nihilominus saltem interpretatiuè crederem ipsum omni clericali priuilegio denudatum per dictam decre.altercationis. & quod ibi notat Ioan. Andr. in gl.iij. Nec obstat regula sine culpa. quia propter culpam non infligitur ista pœna: sed propter honorem ecclesiæ & defectum sacramenti: vt dixi.s̃.c.in rubrica. iunge quæ scripsi.j̃.c.altercationis in.iij.q.lib.vj.

13 ¶ †OCTAVO ad intellectum primi mẽbri proximæ distinctionis quæro, vtrum percutiens talem bigamũ, qui communi opinione à percutiente, & ab alijs credebatur esse noo bigam⁹, & pro non bigamo reputabatur, & pro clerico se gerebat, sit excommunicatus? videtur, quòd sic: quia voluntas & intentio agentis informat & qualificat actum, de quo quæritur.xv.q.vij.c.j.xxij.q.v.proposito.xxiij.q. j.si quid inuenisti. de senten.excom.cum volũtate. de bap. debitum.de presb.non bap.c.ij.de pœni.disti.j.si quis non dicam.vsq; ad.§.cogitationis.ff.ad leg.Cor.de sica.l.j.ff. de iniurijs.l.eum qui ignoscen.§.si in curia. Vbi videtur text. Ideò volont iura, quòd error conscientiæ non excuset.de simo.per tuas.de præscrip.c.vlti.xij.distin.duo sunt.de eo, qui mittitur in possessionem.c.ij.cum gloss. sua, de spon.c. vno.li.vj.ff.de furtis.l.si quis seruo.&.j̃.c.nuper. vbi videt tex.in ratione. ¶ Secũdò hoc videtur ratione possessionis: quia tantum censetur quis habere possessionis: quantum habere dominij.s̃.de ele.querelam.& capitulo in Genesi.j̃. de causa possessionis Cũm ecclesia & capitulo vltimo.& de iure patronatus consultationibus. Et facit delatio habitus: vt dicto capitulo si iudex.& eodem titulo si de religioso.argu.ff.de iniurijs.l.Item apud.§.si quis.C.de adulterijs.l.si ea ff.ad legem Cor.de fal.l.si quis.primo de sententijs excom. in audientiam.Cle.ij.de vita & honestate clericorũ. ¶ Tertiò videtur ratione communis opinionis: vt.ff.de offi.prętoris.l.Barbarius.tertia.q.septima.c.infamis.§.verum. quæstione quarta nonne.j̃.de probatio. per tuas.de presumpt.illud.de re iudicata.ad proband.C.de testa.l.prima ¶ Quartò hoc videtur, quia pro tali se gessit.j̃.de regula.vidua.xxj. distinctio.quod interrogasti. vigesima quæstione prima quam progenitores.de sta.mo.recolen.duodecima quæstione quarta si quis inuentus.de censibus.capitulo vltimo.de immunita.ec.capitulo primo ¶ Reperio quòd Ioãnes Cal. cõtrarium terminauit. Primò, quia anim⁹ delinquentis nõ facit illum gaudere priuilegio clericali, qui non gaudet.arg. ff.de fur.l.filius.§.qui alien.&.l.inter omnes.§ penultimo. Vbi enim opus est facto, non sufficit conatus.de spon.capitulo vltimo. vbi de hoc.& de eo, qui mittitur in possessionẽ capitulo primo. Item, quia sola possessio non sufficit, imò puniri debet iste bigamus: quia qui habitum sibi prohibitũ assumpsit.ff.de falsis.l.eos.de priuile.capitulo tuarum. Et est expressum in capitulo altercationis secundum eum allegato. Item, quia talis fraus prodesse non debet.de priuile.ex parte. ij.secundum eum.sed non procedunt ista argumenta vbi ignoraret bigamiam sicut in casu primi membri distinct. præcedentis. Item inducit quòd iustior est causa proprietatis, quàm possessionis.de causa poss.cum dilectus. Item quia communis opinio prodesse non debet, veritate manifestata in contrariũ.sexta dis.veritate.de frig.frat.in.fi.de pur.vul. capitulo.ij.cũ ibi notatis.imò retrotrahit veritas maĩfestata.

.j.de cle.

j.de cleri excommuni.ministrante.c.j.&.ij. de procuratori. vt nostra.de excep.cum venera.in fi.cũ sua glo. qui filij sunt legitimi,per tuas.de sen.excom.licet.& videtur tex.in.d.c.si iudex,quia prius putatus clericus,detecta veritate contraria habetur pro non clerico: vt ibi.Fac.nota.Spec.de instru.ędi.§.restat.ver.quid sit de notario,qui detegitur non esse notarius.& Archi.& Ioan.And.de voto.c.vno. lib.vj. De reputato in sacris contrahen.& quod notatur in Cle. vna in fi.de consan.& affi.Itẽ,quia communis conuersatio & gestus nocere debent:quia fraudulosi.argu. Cle.j.de decimis.de sal.c.licet.§.eos. etiam de transla.in literis. Sed non procedit hoc argumentũ in ignorante propriam conditionem: vt dixi supra.Inducit,quia qui clericus non est,in numero clericorum computari non debet.de iusti.c.ij. ¶ Item subdit,quòd dec.nuper.j.c.facit pro parte:quia ibi habet,quòd licet talis puniatur bigamus:tamẽ bigamus non est.Fa.vuj.di. cõsuetudo. ¶ Et dicit,quòd hanc parte vidẽtur sentire Ber.& Host.de sen.exc. in audientia.& Hosti.eod.tit.in summa.§.qualiter proferatur. Facit quia sicut simplex dimissio habitus clericalis, non tollit priuilegium clericale.j.de sentẽ.excom. si verò. secundo &.c.cum audiám.&.c.contingit.Ita econtra, nec dilatio dat priuilegium.xxxij.distin.hospitiorum.de iureiur.intellecto cum concor. ¶ Non obstant argumenta de intentione voluntatis.Nam illa probãt contemptum & iniuriam illatam clericatui,quantum ad Deum & forum pœnitẽtiale in quo fatetur æquè puniendũ,ac si clericum percussisset: quia quis tantum peccat,quando contemnit: vt notatur.j.de iureiur. cum quidam.Et patet.xxxiiij.q.j.non auferẽdus.Sed in foro contentioso ponderamus actum factum, de quo tamen plenè,per Ioan.and.j.de eo,qui mittitur in pos.c.j.Sic ignorantia eligentis inhabilem,non facit eum habilem.s.de elec. Innotuit.Nota.j.de cleri.excom.ministrante.c.penul. Nec econtra,si credens inhabilem eligit habilem,non vitiatur electio,li.et peccet de symo.per tuas.in.vj.xxij.q iiij. homines. ff.ff.de iniurijs.l.cum qui.§.cum aliquis. ¶ Non obstant allegata de pos.prçsertim decret.si iudex.quia ibi sola possessio non sufficit ad faciendum gaudere priuilegio: sed solum ad transferendã possessionem. ¶ Præterea,quia illa decre.loquitur pro tẽpore,quo habetur pro clerico. Et quæstio nostra supponit certum,quòd bigamus est.Et quærit qualiter iudicabitur hodie,dum cõstat,quòd bigamus est. ¶ Non obstat.c.religioso. quia ibi est specialis casus in fauorem religionis. Sic de senten.excom.cum illorum.&.c cano.de eo, qui furtiuè ordines suscep.per totũ de probat.in prçsentia.Et etiam quia religio quo ad hoc non requirit clericatum.j.de senten.excom.de monialibus. ¶ Non obstant.c.querelam.& alia iura de possessione loquentia,quia loquuntur in possessionibus bonæ,non malæ fidei.Sed non sufficit ad casum nostrum: vt dixi.Plus ergo dicit Ioan.Cal.quia aut iste percussus sciebat se bigamum,aut ignorabat. Si sciebat,malæ fidei fuit:quia non debuit ius ignorare.j.de reg.iur. ignorãtia est improbabilis in facto proprio.de rescrip. ab excommunicato de cleri.excommu.ministrante.Apostolicæ. ¶ Sed certè in casu nostro probabilis error supponitur in facto alieno. Vnde vltra dicit Ioan.Cald.quòd posito,quòd probabiliter ignoraret: vt in casu capituli vnici.j.de clerico per salt.promoto.& de presb.non bap.per totum.Hoc tamen non sufficit secundũ eum. ¶ Nec obstant iura in contrarium allegata dupliciter. Primò,quia licet in eis caueatur, quòd possessio iuris eligendi,seu conferendi,vel prçsentandi, per hos intellecto,non tamen dicunt,quòd pœnam, vel iniuriam alijs inferant contra veritatem rei.Odia ergo restringi, &c. & in pœnis.&c.arg.j.de reg.iur.c. odia.&.c.in pœnis. Vel aliter prodest possessio,donec de veritate contraria constet. Tunc enim secundi possessio: vt.c.cum ecclesia.&.c. cum dilectus. allegatis. ¶ Et ex hoc patet quòd Ioan.Cald. idem diceret in casu nostro, videlicet in casu membri distinctionis per me datæ.s.q.proxi.in fin. ¶ Nec obstant allegata de communi opinione:quia illi sunt casus speciales, ne bona fide contrahentium & litigantium circumueniatur: vt notatur in præallegata decret.nuper. Item est alia ratio propter publicam vtilitatem in dicta.l.Barbarius.&.iij.q.vij.§ verum.& decre. approbandũ ad decre.si iudex est respõsum. ¶ Nec obstant gestus &c.quia.c. vidua & alia iura allegata bene probant, quòd pro,vel contra,sic viuentem, bene præsumitur: dum tamen in præiudicium tertij. ¶ Decret.verò recolentes,& similes loquuntur de verè incorporatis & vnitis aliás priuilegio incorporatorum:cum gauderent, ad hoc de priuileg.c.penult.de decimis.c.ij. ¶ Aliás sequeretur, quòd ille, qui reputatur pro presbytero,& est in possessione presbyteratus, celebrando conficeret:quod tamen est falsum.s.de summa Trinita.c.j.ad fin. ¶ Item sequeretur, quòd ille qui non est Episcopus,sed pro tali haberetur,cõferret ordines: quod est falsum:quia nemo dat,quod non habet, de iure patro. quod autem.Fa.nota.j.de voto.c.vno.li.vj.secundũ eum. ¶ 14 † Et aduerte bene:quia ista sunt valde notabilia. Et hinc est, quòd nuper vidi obtineri in consilijs Rotæ, quòd prætendens se clericum,& agens iudicialiter ex officio iudicis per eum implorato,ad hoc, quòd declaretur ali⁹ excommunicatus pro eo:quia in eũ manus iniecit violenter,habet probare, nedum iniectionem & possessionem clericatus, seu super hoc communem reputationem & famã: sed etiam veram proprietatem clericatus,licet fortè non ita plenè: sicut si ad declarationem clericatus principaliter ageret. Et licet prædicta ad hoc sufficiunt,tamen potest assignari ratio breuis.Nam cùm ista excommunicatio à dicto canon.si quis suadente, procedat, ponderãda est vis verborum.j. de priuile.porrò.modo verba prædicti canonis sunt ista. *Si quis suadente diabolo huius sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit quod in clericum, vel monachũ violentas manus iniecerit,&c.* nec habent verba in possessorem clericatus, vel in illum, qui est pro clerico reputatus. Igitur ad illos non est pœna illius canonis extendenda. Patet consequentia,tum quia in materia restrictiua verbum simpliciter positum veritatis & non reprçsentationis sensum importat. j.de rescrip.c.susceptũ.lib.vj. Tum quia statim pœnam infligens ipso iure non extenditur ad casum similẽ,etiam eiusdem rationis:quia vltra hoc quod pœnale est: & per consequens restringendũ: vt regula odia.& regula in pœnis.alle. aliquid plus de odio habet:quia pœnam infligit ipso iure: vt j.de elect.c.statim.li.vj. vt notat decisiuè.Ioan.Andr.in reg. in pœnis.alle.in quæstiõe Mercuriali.Modo.c.si quis suad. est huiusmodi.Igitur &c. ¶ Item probatur hoc, quia si contrarium diceretur,aut hoc faceret error communis reputationis: aut hoc faceret possessio clericatus sed neutrum potest dici.Igitur.Primò,quòd hoc non possit inducere error communis reputationis.Nam vt talis error faciat ius necesse est, vt suprà tetigit.Ioan.Cald. quòd inde sequatur publica vtilitas: non solũ singularis certarum personarum: vt notatur in dicta.l.Barbarius. Et ideò notat Innocen.s.de rescri. super literis.in glo.Imo forsan,quòd si partes litigauerint coram iudice,inter eas solum per falsas literas cognoscẽ. etiam si esset pro tali iudice publicè reputatus,non valeret processus factus per eum. Nec talis error faceret ius: quia hîc non vertitur vtilitas publica,sed priuata duarum personarũ singularum.Modò sic est in proposito.Nam quòd iste percutiens sit excommunicatus, non exigit publica vtilitas: nec concernit,nisi istos duos.Præterea hoc, quod dicitur communis error facit ius,habet locũ in his,quæ quis facit ratione publici officij. Et ideò si aliter de canonicis eligentibus est excommunicatus,etiam occultus,vel suspensus,seu interdictus:nihilominus hoc, quod reputatur ab alijs esse ab illis, non facit valere votum suum:licet secus esset, si ratione publici officij conferre, vel præsentare haberet: vt patet ex his, quç leguntur & notantur.j.de re iudic.absol.suprà de elect. c.illa.& de cõsue.cũ dilectus.vbi hoc notauit Inn. super verbo.suspẽsu:.Modò hîc null⁹ istorũ percutiẽtis, videlicet vel percussi,erat hîc in officio publico constitutus: nec aliquid ratione publici officij fecit aliquis eorundem. ¶ Item quòd

ratione possessionis hoc dici non possit. Patet, nam licet i his effectibus, qui de iure à possessione procedunt, debeat consyderari ipsa possessio, tanquam causa, vt habet iura ad hanc pte superius allegata, tamen in effectibus illis, qui non possunt à possessione procedere: vt à causa, sed potius aliūde trahunt originé: puta à statuto iuris, vel hominis: vt in ꝑposito, non est cōsyderāda ipsa possessio: nisi hoc in statuto huiusmodi caueatur, si est attendenda ad statutum & verba eius: vt dixi

15 suprà in alia ratione. ¶ † Et ex præmissis ad tuā memoriam & ad decisionem multarum quęstionum tria genera casuum habes distinguere. Nam quidam sunt: quia actus huiusmodi recipiunt efficaciam duobus concurrenti. videlicet, & quòd act⁹ huiusmodi valere exigat publica vtilitas: & ꝙ fiant per personā, in publico officio cōstitutā: vt l. Barbarius. &. c. approbandi. &. c. nonne. &. l. ij. C. de testi. alleg. Et isti sunt de quibus dicitur, quòd error communis facit ius. Alij verò à possessione, & hic tria requiruntur. ¶ Primò, quòd sint actus tales, quos faciat possessor, & ta. ere possit ratione possessionis: sicut est fructus percipere: vt. ff. de acquiren. rerum domi. l. bonæ fidei. & per consequens præsentare conferre & eligere: quia isti actus computatur in fructu vt. c. cum ecclesia. &. c. consultationibus. alleg. Notauit Inn. in dicto. c. consultationibus. & in. c. de multa. j. de præben. ¶ Secundò quòd huiusmodi possessio sit bonæ fidei: quia possessor malę fidei non facit fructus suos: vt. C. de rei vend. l. certum. In prin. notauit Innoc. in dicto. c. consultationib. in prin. ij. glo. ¶ Tertiò requiritur, quòd nondū sit detecta, saltem per sententiam carentia iuris in proprietate: quia tunc deberet restituere fructus perceptos, saltem nō consumptos, in dicta. l. certum. ij. respon. Et per consequens petens deberet exceptione repelli: vt. ff. de ędil. edic. l. vendicantem. & de exceptione doli. vel dolum facit. Et faciunt ea, quæ dixi. s. de filijs presby. constitutus. Et in istis nihil operatur error communis: vt patet ex dictis in primo membro. ¶ Alij sunt actus, qui non recipiunt efficaciam suam ab errore communis opinioois: quia in illis non cōcurrunt necessaria, quantū ad hoc: nec à possessione: quia ab illa non causantur: sed ab alijs causis, quæ tamen passim respiciunt certum statum personarum. vel rerū: vt quòd clerici liberi, legitimi in sufficienti ætate & sacris ordinibus cōstituti, non bigami, irregulares, vel excommunicati, possint ad dignitates ecclesiasticas promoueri. Et quòd canonici professi possint eligere. & quòd

16 canonici non Bigami gaudeat priuilegio clericali. ¶ † Et in istis dico distinguendum esse: quia aut quæritur vtrum quasi possessio talis status sufficiat, quantum ad releuandum quē ab onere probandi: & quantum ad transferendū onus probationis in aliam partem, etiam negantem: & tunc credo quòd sic, per ea quæ scripsi, de probatione filiationis & legitimationis. s. de fil. presby. Michael. Talis etenim quasi possessio & communis reputatio facit præsumptionem, & præsumptio exonerat, & transfert, &c. vt. ff. de proba. l. quidem. j. de lib. caus. l. liberis. § vlti. cum similibus Facit notata Ioā. And. j. de reg. iuris. lib. vj. in Mercuriali. & remissiones per eum ibi datę. & per Cyn. C. de probatio. l. cum te. iij. q. ver. Petrus verò dicit in prin. Et hoc intelligo verum, dummodo tales doceant ex verisimilibus coniecturis se esse bona fide in possessione libertatis: vt dicta. l. liberis. in fin. & aliter non. Et sic procedunt not. Ioan. And. Card. & Archid. in dicto. c. si iudex. queąd contraria videntur. Et patent ista ex notatis Inn. s. de ser. non ordi. c. ij. in prima glo. Nec ista habent locum etiam vbi ad declarationem huius status principaliter agere tur: quia tūc oporteret proprietatem clarē, per ea quæ leguot & not. C. de proba. l. cum res. Et per ista iustificantur dicta consilia palatij quia ibi non docuerat possessor clericatus ex verisimilibus causis, se bona fide habere possessionem clericatus. Et ꝑ hoc restringe & modifica, quę scripsi. s. c. michael. Et dic latius de hoc, vt dicam. j. eo. c. nuper. in septima quę-

17 stione. versu, sed vt clarius. ¶ † Aut quęritur, vtrum sufficiat talis quasi possessio, & communis reputatio, quo ad hoc: vt veritati si per probationes contrarias fuerit perfecta. Et certè quantum ad hoc dico, quòd non: vt dicto. c. si iudex. & l. filium. ff. de his, quę sunt sui, vel alieni iuris. Et ista perpetuę menti commenda: quia per ea infinitas dissolues quęstiones.

18 ¶ † NONO quęritur pone: mulier quam clericus duxerat virginem adulterata est & hoc sciuit clericus: & à modo noluit eam cognoscere, sed eam eiecit: verū quia impeditur ab ea super restitutorio iudicio, coram iudice non potuit docere de adulterio, compulsus est per iudicē eam recipere, & ad mandatum iudicis licet sciret adulteram, cam cognouit quęritur vtrum incurrerit bigamiam? Ioan. xxxiij. dist. si cuius. videtur sentire, quòd non. & quòd non impediatur propter hoc promoueri: quia potius videtur ab vxore cognosci, quā ipsam cognoscere: vt dicto. c. Michael. vt. xxxij. quęstio. v. ita ne. Et idem credit Innoc. j. de senten. excōmu. inquisitioni in glossa quando sine mortali peccato in fine vbi dicit, quòd tali non sit præiudicium: nec irregularitatem incurrit, & hoc ibi dicit Innocē. verum nisi factum esset notorium, quòd inficiationi locus non esset: quia tunc propria authoritate ipsam dimittere posset: vt. j. de diuor. significasti. ¶ Sed Raym. in § allegato. Item pone, & Barto. Brix. in quęstione dominicali, quidam contraxit cum virgine, & ipse & Ioan. Fa. & Hu. in. c. allegato. si cuius. & Hostię. io Summa. eo. tit. in § quare bigamus. in § si. ver. nono. & de conuersa. si coniug. c. vlti. & de adult. c. vlti. & in. d. c. inquisitionis tenent contrarium dicēs quòd talis non poterit promoueri: quia irrrgularitas contrahitur solo facto, & absq; peccato & absq; voluntate. l. distin. qui in aliquo. Nec hoc casu excusat error, vel violen. xxxij. q. v. Ille autem. Lex enim promotionis factum, requirit non voluntatem. xv. q. j. c. fi. Dicit Henricus quòd hec opinio tutior videtur, per notata Hostien. in versi. nono allegato & Arch. in. c. si cuius. in glo. finali. Et remittit ad nota. sua. infrà de adult. c. vlti. distinc. j. vide quę scripsi infrà. eo. altercationis. li. vj. in tertia quęstione. ¶ Supple glo. in gl intelligo verè ibi: *violat*. sed talis non est dispensabilis, infra de clericis coniu. sanè secundo. & in. c. penult. Et ibi: *quotquot*. dicebat Pet. c. illud intelligendum de fœminis tantùm, & quòd ibi dicit tex. bigamos deberet dicere bigamas. Sed nescit Ioā. And. ad quid hoc dixerit, nisi forsan: quia non est sic periculum de fœmina sentire, quæ etiā alias prohibetur ordinari. & dicere. j. de pœnis. nona quæd. Et ibi: *contraxit*. supp. & cognouit. Et ibi: *corruptam*. etiam si credebat eam virginem. de hoc xxxij. dist. neō. Et ibi: *sciemer*. quid si ignoranter: dixi suprà in vij. q. in glo. sed contra. ibi lector. vbi de hoc. Et ibi: *Marcianus*. refert Tanc quod dicere illum non fuisse Papam, sed capram. Et ibi: *contra Apost*. dixi in oppositione. Et ibi: *defectum*. concordat, quod notatur de filijs presby. lib. vj. in glo. nec suffic. Et ibi: *non potest dispensare*. Casus in quibus Papa non potest dispensare, vide in speculo delegato, in tractatu dispensationum § nuoc breuiter.

SVMMARIVM.

1 *Mariti viduarum num verè bigami sint Et an idem iudicium, quod de veris?*

¶ *CAP III.*

De bigamis. ¶ Casus. Bigamus vxore viuente, vel mortua, non ordinatur. ¶ *Presby*. de facto post bigamiam ordinatis, posset etiam intelligi de presbyteris, qui postea contrahendo incurrerunt bigamiam. capitulo proximo. Ioannes. Andreas. Sed non ita bene staret, quia illi bigami non sunt: vt ibi notatur. *viduarum* primò. corruptarum. ¶ *Vxoribus*. de facto secundùm vnam

1 lecturam: vel de iure, secundum aliam ¶ † Notat hic primò, quòd viduarum mariti non sunt verè bigami: quia hic ponitur vt diuersa species. ¶ Secundò notat quòd idem est iudicium de illis, sicut de bigamis facit pro his quæ scripsi. j. eodē altercationib. libro. sexto in quarta quæstione.

¶ Summarium

¶ SVMMARIVM.

1 Iuris effectus non, sed animi destinatio attendi debet. Et quandoq; magis affectum, quàm factum attendi, quandoq; contra.
2 Opinionem veritati praeiudicare. Et id qualiter, aut praeferatur? numero. 7. 8. 9.
3 Voluntatem in maleficijs, quàm exitum magis spectari.
4 Vxorem legitimam, qui habuit, ea mortua, aliam recepit, cum qua nubere non potuit certo impedimento, aut causa vetante, num ob hoc poenam bigamiae incurrat?
5 Publicae honestatis impedimentum etiam ex matrimonio nullo contrahi.
6 Decretal. Nuper. an antiqui iuris declaratoria sit, an verò noui constitutoria?
10 Quaestionis motio rem dubiam facit, & ignorantiam iniustam.
11 Opinio Principis qualiter pro veritate habeatur? Et quid de priuatorum errore? nu. 13. Error Principis ab quo corrigi possit.
14 Opinio priuatorum, seu error in contractibus, quando, & in quibus prosit, aut noceat, aut pro veritate habeatur? Et quid in contractibus rerum spiritualium? nu. 15. Et quid in delictis? nu. 16. Quid in praescription. & testamentis. nu. 17. & 18.
19 Affectus in delictis, quem non sequitur effectus, qualiter puniatur? Et qualiter iuris effectus cum animi destinatione requiratur: & qualiter animi destinatio sine iuris effectu sufficiat. Et qualiter vltra iuris effectum factum requiratur, vt non: remissiue.

¶ CAP. IIII.

NVper à nobis. Casus. Qui mortua vxore promotus ad sacros cum secúda de facto contraxit, & eam cognouit, bigamiae poenam incurrit: licet bigamus non sit. ¶ Et primò ad casum propositum allegat pro vna parte. Secundò pro contra. Tertiò soluit. Secunda ibi: *licet obiicer.* Tertia ibi: *nos autem.* ¶ Expone literam. *Iuris.* vnde non exigitur, quòd de iure valeat matrimonium. Inno. ¶ *Destinatio.* quasi tantum hic quaeratur, an animo habendi eam pro vxore accepit. Innocé. ¶ Quod neutrum. Simile de vsu pallij. c. j. ¶ *Duas.* C. de adul. l. cum, qui. Inno. ¶ *Partim.* quia vnam tantum potest habere. Inn. *Item.* quod probauit lege, nûc probat canone. in canone. xxviij. dist. presbyterum. Nam quia presbyter nullo iure contrahere potest. Necesse est ergo quòd de facto intelligatur. Inno. ¶ *Legibus.* ponderata leg. canonica, secundû quá talia terminantur, & non secundû legem ciuilem. Vel alludit Bulgari nuptijs de facto, & adhuc inducit. ¶ *Ex aduerso.* scilicet quòd possit cum talibus dispensari. ¶ *Veritas.* Pet. in procem. lib. Sententiarum inter veri assertionem & placiti defensionem pertinax pugna est, vnde se veritas tenet, & se voluntas erroris tuetur. ¶ *Reputandus.* quod fatemur, hoc enim propter intentionem suam quo ad dispensationem suam bigamus dicitur Inno. ¶ *Quaestione.* quae fuit ista quaestio? Inno. quòd talis fuit. An Episcopus dispensare cû aliquo in sacris ordinibus constituto, qui ante sacros ordines aliquá habuit vxorem, & & post sacros ordines aliá sibi copulauit pro vxore. Et erat causa dubitationis: quia secundû matrimonium nô tenebat. Et ideò non videbatur bigamus reputandus. ¶ *Clericis.* Constitutis in sacris. ¶ *Non licet.* per inferiorem à nobis. dixi. s. c. ij. in oppositione. ¶ † Not. primò ibi: *Iuris effectus.* quòd non
1 iuris effectus, sed animi destinatio attendi debet. Inno. allegat concordantias. ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. § ij. Et sic quandoq; attenditur magis effectus, quá ipsum factum. Allegat Inno. concord. de poeni. dist. j. § hic autem. & j. de cleri. non resi. relatum. ff. de condi. & dem. l. haec conditio. Verum subdit ipse Inno. quòd quandoq; plus attenditur factum, quá iuris effectus. Alleg. j. de concess. praeb. literas. ff. de condi. insti. l. mulier. §. j. de sponsa. iuuenis. & concordat
2 Ber. j. dicam. ¶ † Secúdò nota ibi: *reputandus.* quòd opinio praeiudicat veritati. iij. q. vij. c. infami. § tria. j. de sponsa. iuuenis. ff. de offi. praetoris. l. Barbarius. de testa. l. j. xij. q. ij. homines. ff. ad Mace. l. iij. j. qui fil. sint legi. per tuas. viij. distin. veritate. lxxxj. distin. quicunq;. C. plus valere, quod agitur. l. j. ij. & iij. secundû Inno. Verum dicit Inno in hoc concordans cum Ber. quòd regula est, quòd veritas praeualet opinioni. & quòd contraria sunt casualia. praefertur enim opinio in fauorem contrahentium & odium decipientium. ff. ad Maced. l. iij. vel in fauorem prolis & testaméntorum, qui fil. sint legi. cum inter. C. de testa. l. j. Vel dicit Innoc. bene verum, quòd aliqua communis opinio praefertur veritati: vt. l. Barbarius.
3 allegatis. j. dicam. ¶ † Tertiò not. ibi: *clericis.* In maleficijs spectatur volútas, non exitus. xlviij. dist. c. vlt. ff. ad leg. Cor. de sica. l. diuus. & C. eo. l. seruo. Innoc. Et facit hoc bene pro opinione Archid. & contra opinionem Ioan. And. de quibus dicam. j. in quaestione secúda. ¶ Opponitur ibi: *tanquam.* de. c. veritate. & alijs alleg. in gloss. Bern. Hîc collige & vide solutioné eius, & Inno. de qua dixi suprà, super secundo notabili. ¶ Dicebant Vincé & Gof. veritas praefertur opinioni vnius, vel paucorum: si praeualet quandoq; publica opinio veritati. Dicit Hostien. quòd regulariter praefertur opinioni veritas: de qua cóstat saluа opinione Romanae curiae, quae in iudicijs praefert veritati in his, quae non sunt contra fidem. j. de reg. iur. in causis. redibo ad istud.

¶ PRIMO quaeritur ibi: *clericis.* quid de monachis? Inn. dicit idem: vt. xvij. q. quotquot. Et idem dicit de eo, qui habuit plures vxores.

4 ¶ † SECVNDO quaeritur ibi: *quantum in ipsis fuit.* Pone, qui legitimam habuit vxoré, illa mortua, recepit aliá: cum qua non potuit nubere: forté impediméto consanguinitate, vel affinitate, voto, seu iustitia publicae honestatis: aut alia quauis causa contrahere non poterat: quaeritur vtrum incurrat poenam bigamiae? ¶ Archi. j. eo. c. vno. & xxxiiij. distin. cognoscimus. tenet, quòd si fuit iste sine culpa: vt quia impedimentum secúdi matrimonij probabiliter ignorauit, non incurrit poenam bigamiae. d. quòd iste de quo hîc loquitur, fuit in culpa. ¶ Io. And. tenet contrarium. d. quòd quocúq; modo teneat secundû matrimonium sciuerit, vel ignorauerit ipse contrahés, semper incurrit poenam bigamae. Et dicit quòd illa fuit mens Inn. hîc. Ratio sua est, quia hîc non ponderatur, nisi affectus coniugij: vt scripsi post Inno. super ver-
5 bo, destinatio, quem affectum iste habuit. ¶ † Praetereà facit quòd impedimentum publicae honestatis côtrahitur ex matrimonio nullo: dummodo teneat ex consensu. j. de spon. c. vno. lib. vj. Praetereà dicit Ioan. And. quòd procederet dictum Archi. si bigamia diceretur peccatum, sed côtrarium est verú: imo contrahitur ex actu meritorio. ¶ Quid dicendum puto saluo omni iudicio meliori opinionem Archi. de iure veriorem. Ratio est ista: quia salua pace Ioan. Andr. ponderari videtur in ista decre. delicto clerici ordinati: vt patet per duo argumenta facta in prin. literae. in ver. *vnde illum.* & versic. sicut in canone adducta ad literae iustificationem, quae loquûtur in casibus criminosis. Et patet per omnes scribentes, vel quasi, qui dicunt per istam decre. induci poenam bigamiae propter affectum cum opere subsequuto. Igitur intelligunt ipsi de effectu & opere damnatis & criminosis. Aliter enim poena infligi non deberet: quia non debetur nisi propter delictú. j. de his, quae fiunt à maiori parte cap. quaesiuit. ¶ Et vt melius veritas videatur, subijcio aliam quaestionem. Et facit quod hic not. Innoc. super versi. clericis. vt scripsi. s. in tertio not. vide quae scripsi. j. eo. altercationis. li. vj. in. iij. & iiij. quaestionibus.

6 ¶ † TERTIO igitur quaero: vtrum ista dec. sit iuris antiqui declaratoria, aut côstitutoria iuris noui. Et saluo semper omni iudicio meliori, puto quòd non sit declaratoria, sed constitutoria noui iuris. Et patet per tex. in fi. quia dicit non liceat, quod signat futurum tempus, ac si de praeterito non disponat. Et sic quia in materia restringibili, sicut est poenalis, verbum futuri temporis non refertur ad praeteritum: nec verbum praesenti temporis, ad futurú: vt. ff. iudi. sol. l. nouissima. & de verború obligationi. l. si stipulatus fuerit. § quòd

ftipulamur.& l.ſi à colono. Et facit,quia in dubio facienda
eſt interpretatio,quæ conueniat verbis:vt.ff.de exercitoria.l.
j.§.in re igitur dubia.&.ff.de leg.iij.l.non aliter.¶ Itẽ & quæ
conueniat rebus: vt infra de teſtamentis capitulo ſi pa-
ter libro ſexto. Modò contra proprietatem verborum
de leg.iij.l.non aliter.Item & quę conueniat rebus: vt.j. de
teſta.c.ſi pater.li.vj.Modò contra proprietatem verborum
naturæ legis nouiter editæ conuenit,ꝙ futura reſpiciat,& ad
præterita nõ trahatur:vt.ſ.de conſtitutionibus.c.vl.¶ Item
naturæ pœnalis materiæ etiam cõuenit:quòd reſtitutionem
huiuſmodi patiatur: vt.ff.de pœnis.l.ſi pręſes.&.l.interpreta
tione. Modò ſi declaramus eſſe, ad præterita traheretur: vt
ſ.de elec.cum in cunctis.§ inferiora.G.hoc ſanè.&.c. conſti
tuto.&.c.ſtatutum.lib.vj.&.c.conſtitutionum. in Clemen.
& quod notatur in procemio Clementinarum. in gl. vide-
tur per hanc literam. Igitur dicendum eſt, quòd non ſit de-
claratoria,ſed potius conſtitutio noui iuris. Et pro hoc facit
quia licet per antiqua iura bene probaretur talẽ eſſe punien-
dũ,etiam pœna iſta:tamen nullus caueatur,quòd iſta pœna,
quæ maxima eſt,videlicet inhabilitas indiſpenſabilis infligę
retur ipſo iure. Et per conſequens, nec opponere debemus:
vt in auth.de tri.& ſe.§ conſyderemus. Et pro hoc facit:quia
dum habens effectũ delinquendi,& procedens ad opus quã-
tum in eo eſt, impeditur impedimento non facti, ſed iuris,
de iure communi non infligitur ſibi illa pœna,quæ debetur
pro delicto:quod intendit:ſed alia extraordinaria: vt.ff. de
furt.l.inter omnes.§ penul.in fin. Et poſuerunt iſtam maxi-
mam Iaco.de bella pertica & Cyn.in dicta l. ſi quis non di-
cam rapere poſt medium diſtinctionis. Modò ſic in propo-
ſito:igitur, &c. ¶ Item facit,quia iura antiqua induxerunt ip
ſo iure in bigamis pœnã inhabilitatis indiſpẽſabilis,quæ ma
xima eſt per expreſſum, nõ comprehenderũt caſum iſtum.
Igitur ſine noua lege ad ipſum trahi non poterant: maximè
cùm nõ ſit ex toto iſte caſus eiuſdem rationis. arg.j. de elec.
c.ſtat.lib.vj.& de regu.c.conſtitutionem.eo.li.& quod no-
tauit deciſiuè.Io.And.in dicta regula,in pœnis. in quæſtio-
ne Mercuriali. Et ex eodem fundamẽto clarè infertur,quòd
iſta decret.quæ loquitur in caſu delicti pœnam requirentis,
videlicet in clerico ordinato ad ſacros.& patet ex not.Inno.
hîc ſuper verbo,quæſtione.& ſuper verbo,clericis. quæ ſcri-
pſi ſuprà:qui ſuam ordinationem non potuit ignorare.ſ.de
reſcript.ab excõmunicato.de cleri.excommuni. miniſtran-
te. Apoſtolicę.&.ff.pro ſuo.l.vl. cùm tam grauem pœnam
infligat,etiam ipſo iure ad caſum noſtrum excluſorium om
nis culpæ:& ita valde diſsimilem, ſine alterius legis, aut iudi-
cis ſuffragio extendi non poteſt. ¶ Nec obſtat,ſi dicas,quòd
hic textus ſe non fundat,niſi in effectu intentionis cum ope-
re ſubſequuto. Fateor enim hoc: ſed dico, ꝙ textus ſe refert
ad opus ſub illa qualitate, ſub qua fuerat expoſitum in pro-
poſita quæſtione: quia verba concluſionis debent intelligi,
ſecundùm narrata petitionis.C.de diuerſis reſcript.l.j.&.ff.
de verbo.obli.l. Titia.§.Idem reſpondit. Modò ſecundũ nar
rationem quæſtionis,quam Inno.exponit hîc ſuper verbo,
quæſtione. & dixi ſupra ſubſequutum factum fuit flagitio-
ſum:vt dictum eſt. Igitur. ¶ Nec obſtat,quod dicis quòd bi-
gamia non continet peccatum:fateor:ſed dico, quòd nihilo
minus pœna bigamiæ peccatum continet. ¶ Nec mirum:
quia cum natura actus ſit talis, quòd de per ſe non poſsit in-
ducere bigamiã, oportet quòd iſte effectus ex alia cauſa in-
troducatur à iure. ¶ Modò in noſtra decre. ius ex cauſa iſta,
videlicet propter flagitioſum effectum, & factum flagitio-
ſum inde ſequutum, inducit iſtum effectũ: qui quia ex deli-
cto deſcẽdit,pœna non immeritò appellatur. ¶ Nec obſtat,
quod dicis de iuſtitia publicę honeſtatis: quia illud ꝓcedit
non ex natura contractus.arg.j.de reg.iur.non pręſtat. libr.
vj.ſed ex viribus canonicæ cõſtitutionis. Et hoc ex cauſa pu
blice honeſtatis in matrimonijs conſeruãdæ: vt patet ex his
quę leguntur & notantur.c.vno.li.vj. alleg. vide quæ ſcripſi
j.eo.c.altercationis.lib.vj.in.j.q.

¶ QVARTO quæritur, nunquid iſte,de quo loquitur
iſta decret.qui non eſt bigamus,licet prohibeatur cum eo di
ſpenſari, gaudeat priuilegio canonis, ſi quis ſuadente vido-
tur. Et quòd non: quia talis incurrit pœnam bigamiæ: vt
hîc not. tamen illa pœna habet, quòd etiam ſit exutus omni
priuilegio clericali: vt dicto.c. altercationis. Igitur &c. In
contrarium videtur, quia iſtud.c. non declarat,ſed pœnam
certam de nouo infligit: vt ſuprà proxi.dictum eſt. Igitur ad
aliam pœnam non expreſſam extendi non debet, per com-
munia iura. De hoc tangunt Hoſtien. & alij.j.eod.c.fin. ibi
dicam.

7 ¶ †QVINTO accedo ad illa generalia ſuprà per me no-
tata,ad quæ induci conſueuit iſta decret. & quia ex ſecundi
examinatione pendet multùm deciſio primi & tertij ideò
primò ad illud accedo: videlicet,ad hoc, qualiter opinio ve-
ritati præiudicat,vel præfertur,& econtra. Super quo omni-
no vide quæ ſcripſi,de offi.deleg.c.ſi.lib.vj. in.v. oppoſitio-
ne.& quod ſcripſit Goff.ff de acquirẽ.hæredi.l.is, qui putat.
vbi de hoc plenißimè. Et vt habeas materiã prolixæ diſtin-
ctionis, quam ponit ſuper hoc hic Hẽricus: diuido eam per
quæſtiones. ¶ Et quæro primò, & in ordine quartò, quali-
ter præfertur opinio veritati, vel econtra quo ad eccleſiam
triumphantem, ſcilicet quoad Deum. Et ſubdiſtingue hic:
quia aut quæris reſpectu Dei in ſe,aut quæris reſpectu noſtri
Primo caſu dic, quòd tunc pręfertur veritas errori, ſeu opi-
nioni contrarię veritati:ipſe enim veritas eſt. Ioã.xiiij. Ego
ſum via veritas & vita. Et ad Hebrę.vij.&.vij.q.j. omnis,q.
&.xj.q.iij.extimant. Quę nec fallit nec fallitur, infrà de ſent.
excommunicationis à nobis.ij.in prin. ¶ Secundo caſu vi-
delicet reſpectu ipſorum opiniantium: & tunc quoad hoc,
vt opinantes ex ſua opinione inducantur, pręfert deus opi-
nionem veritati, vnde Paulus perſequutor miſericordiam
meruit: quia ignorans fecit. Prima ad Tymot.j.& .viij.diſt.
conſuetudo. ¶ Et ſi mulier credens virum ſuum adhuc viue
re,licet ſit mortuus,contrahit matrimonium cum ſecundo,
matrimonium tenet.& ipſa adulterata eſt apud Deum: vt no
tauit glo.Ioan.fab.& Archid.xxxiiij.q.j.&.ij.c.virgo.in fin.
¶ Item,qui cognoſcit coniugatam ignoranter non commit
tit adulterium: vt notat gloſ.eadem cauſa, & quęſtione.c. in
lectum.quod tñ intellige: vt dicam.j.de ſen.exc.cum volũta
te.de quo ibi per Henric.in diſtinctione prima verſ. Item fa-
ciunt. Item faciunt notata Ber.& Hoſtien.j.de iudęis.cap.nõ
nullis.ſuper verbo,erroris.& Specul.de ſta.mo.§ nunc.verſ.
xl.quæritur.videlicet de profitente religionem approbatam
in manibus baratatorum,qui non erant illius religionis:&
id generale, qui facit contra conſcientiam.xxviij.quæſtiõe
prima.capitulo omnes.§ ex his &.j.de reſtit.ſpo.literas.& de
pręſcrip.cap.ſi.cum concor. ¶ Præmiſſa intelligo vera ſeclu
ſo pacto damnatæ negligẽtiæ, & originali peccat ſublato per
baptiſmum? ¶ Et aduerte, quia iſti caſui in quo præfertur
opinio veritati addi ſolet vnus caſus clarus tangens eccleſiam
militantem: videlicet cum opinio præſumptione iuris & de
iure, aut fictiõe coadiuta eſt: vt.ff.de his q ſũt ſui vel alieni iu
ris.l.filium.C.de rei vxo.ac.l.vna.l.diſt.ferrum .j.de ſpon.
his qui fidem. cũ ibi notatis. Notauit Zenzelinus in extraua
ganti Ioannis xxij.quæ incip. Abſconditorem.& Guiller-
mus de monte lau.de elec.quo circa.in Cle.circa gloſa vltima
Sed quæ eſt ratio,quòd Deus præfert opinionem veritati ra
tio eſt, quia non reſpicit principaliter,niſi ad cor.xxij quęſti
one quinta capitulo primo &c.qui priuare.& quintadecima
quęſtione prima capitulo finali.& quęſtio.ſexta capitulo pri
mo & xiiij.quęſtio quinta.ſi quid & xxxij quęſtio quinta
propoſitio.

8 ¶ † SEXTO deſcendendo ad eccleſiam militantem,quę
ro qualiter in ea præfertur opinio veritati,vel econtra.& præ
mitto: & primò quantum ad hoc de ſpecialibus primò quæ-
ro:& ſcias, quòd hîc conſueuit ſuper hoc dari vna talis regu-
la,videlicet,quòd ſemper in ſpecialibus præfertur veritas opi-
nioni,etiam communi adeò, quòd ſi quis recepit ſacrum
ordinem

ordinem ab illo, quē credebat verum Episcopum, sed non
erat si contrahat, bene tenet matrimonium: quia à tali secun-
dùm veritatem nil recepit. Ad quod faciunt lecta & notata.
xxxvj. q. ix. § is ita. Et sic terminauit Barto. Brix. in. q. domi-
nicali, quę incipit quidam ordinatus. Et ideò Ioan. And. qui
infrà de voto. c. vno in gl. super verbo, approbat, ponit pre-
dictam regulam dicit in Nouella ibidem & infrà de regul.
iuris. non præstat. quòd si quis profitetur religionem non
approbatam, etiam quam credebat approbatam, si postea
contrahat tenet matrimonium. Et ideò no. Vincen. j̃. de of-
fic. dele. significantibus. & Goff. eo. titu. cum in iure. quòd in
sententia excōmunicationis plus cōsyderatur veritas, quàm
opinio: vt si feratur ab eo, qui nō habet iurisdictionem: licet
quo ad opinionē habeatur pro iudice: non tamen valet sen-
tentia quod dicit venire ex specialitate excommunicationis
quod non bene capio. Et eandem sententiam tenent AEgi.
& Archi. xj. q. iij. c. j. super ver. timenda est. Sed videtur face
re contra, quod no. xxiiij. q. j. in summa. in fi. & per Innoc. j̃.
de sen. excōi. si verè. gl. ij. ad finem. versu. Item dū toleratur.
¶ Verumtamen Henric. dicit ꝙ ipse nō audet dicere, quòd
prædicta regula vniuersaliter sit vera. Et ideò remittit ad ea,
quæ statim dicent, in quæstionibus alijs. Nec ego istud cum
sit alterius & altioris indaginis intēdo examinare de præsen
ti. Omnino ad literā hîc coniunge, quod no. j̃. x. quęstione,
à versu, sed quid in cōtractibus rerum spiritualium, vsq; ad
9 versum, subdit Henricus. ¶ † Septimò cōtinuando eandem
materiam, quæro qualiter publica, seu communis opinio ve
ritati præfertur. ¶ Et licet dominus Henricus super hoc po-
nat hic vnā distinctionē: quia mihi imperfecta & satis dubia
videtur: subdo aliam, quæ in effectu mēbra illius quantum
videtur mihi de iure procedere, compræhendit. Et ideò vt
clarius & perfectius hunc articulum expedias, dicas sic: quia
aut quęritur de tempore, & pro tēpore, quo de veritate con-
stat: aut de tempore in quo veritas non apparuit: sed pro tem
pore, in quo de veritate apparet. Aut quęritur de tempore
& pro tempore, in quo de veritate nō constitit, neq; constat.
¶ Primò casu semper & indistinctè veritatem sequēdam es-
se contraria opinione non obstante. viij. dist. c. veritate. & . c.
consuetudo. & secundo Esdræ, vbi dicitur ꝙ manet veritas,
& inualescit in æternum, & viuit: & obtinet in secula seculo
rum. & qui filij sint leg. l. cū inter. à contrario. ¶ Secūdo casu
videlicet, cum quęritur de tempore, in quo de veritate non
constitit: sed pro tempore, in quo de veritate apparet. Et hîc
rectè intelligitur & tangitur materia. l. Barbarius. & hîc Iac.
de Butri. & Bar. sic distingūt: quia aut publica vtilitas suadet,
ꝙ error communis circa actus gestos secundùm cōmunem
opinionem tempore, quo de veritate contraria non consta-
bat, faciat ius, seu pro iure habeatur: & etiam tempore, quo
constat de veritate cōtraria. Aut vel vtilitas publica suadet
totum contrarium: aut vtilitas publica nō suadet vnum, nec
reliquum. ¶ Primo casu videlicet, si suadet vtilitas publica,
ꝙ tales actus sic gesti propter errorem communem, valeant.
& hîc distingūt Iac. de Ra. & Dy. ac Gul. de Cu. sic dicentes,
quia aut ille, q actus hmōi gessit, erat in publico officio ꝑ po-
pulū, vel per Principem, aut per alium, ad quem pertinebat
institutio: sed non valebat institutio ex aliqua causa: vt puta
fortè propter inhabilitatem ipsius. Et tūc si vt talis gessit hu-
iusmodi actus cōmuni errore durāte, valēt, propter tres cau
sas simul cōcurren. quę sunt superioris authoritas, & publica
vtilitas, & cōmunis error. Et ita intelligunt prædictam. l. Bar
barius. cū similibus. Aut deficit superioris authoritas: vt puta
quia ille, q se gessit in officio, nō erat institutus per populū,
aut principē, aut aliū ad quē spectaret: & tunc ex hoc capite
actus gesti non valeant: vt. ff. de decu. l. Herēnius. Et per hoc
Dy. in. d. l. herennius. videtur tenere, ꝙ si negeť notarius, quē
instrumētum fecit, non sufficeret probare ꝙ publicè pro tali
eo tempore haberet. Alleg. ff. de re. co. l. qui neq;. & . ff. q ꝓcu.
ne gest. l. si is. § si ante. cum pe. & . c. si ante compete. iudi. per
totū. Item inducit dictā. l. barbarius. ibi: *sed & si sciuisset ser-*
uum esse liberum effecisset. ¶ Verum, quia istud dictum nimis
est rigorosum, & contra. l. j. C. de testa. & § testes. Insti. eo. ti.
quæ loquuntur simpliciter: nec supponunt talem institutio-
nem: ideò nec placuit Canonistis. Iden. de In. tenet cōtrariū.
j̃. de verb. signi. veniens. & de fi. instru. c. j. & Spec. de proba.
§ j. licet fateantur, dum contra nota ageretur hoc non suffice
re. pro quo. ff. qui & à quib. l. competit. C. de sen. interlo. om
nium iudi. l. ij. ff. de fideiusso. lib. l. ij. de manu. testa. l. cum ex
de iure patrona. l. penul. § fi. ¶ Et idcirco secundū Petr. Cyn.
Bart. in. d. l. Barbarius. dicunt satis sufficere, quòd tales actus
gesti sunt per constitutū, saltem de facto in aliquo publico
officio, seu pro tali habitum & reputatum: licet titulum ali-
quem non habentē vtilitate publica multorum suadente, ꝙ
valeant. ¶ Dicunt enim, ꝙ in. l. Barbari⁹. fuit causa sufficiens
publica vtilitas. & pro hoc. iij. q. vij. c. infamis. § tria. C. de te-
stamē. l. j. de sen. & interlo. omnium iud. l. ij. ff. de supelle. leg.
l. iij. Insti. de testa. C. testes. ¶ Et hinc de iure nō procedat, quia
videtur contra casum decre. consultationibus de iure patro.
vbi credulitas sine possessione non iuuat. secundū Io. And.
ibi, in Nouel. & aliter videtur innuere. Accur. ff. de iureiur. l.
iusiurādi. quod ex conuentione § j. glo. sic ergo. Et faciūt ea,
quæ notaui. ver. si verò actus recipit suam validationē a pos-
sessione. Et per hoc inferunt valere instrumenta facta per il-
lum, qui pro notario habebatur: licet non esset. Quanq̃ Gul.
de Cu. tenere cōtractum videatur allegare. l. actuarios. C. de
actu. lib. x. Sed non obstat lex illa: quia loquitur in exactori
bus publicæ pecuniæ, & his quæ sine principis licentia fieri
non possunt, prout etiam ipsam intellexit ipse. Gul ¶ Dico
tamē ꝙ duo specialiter quantū ad hoc requirūtur. Primò, ꝙ
ratione publici officij talia gesta sint: sicut sunt officia iudicā
di instrumēta cōficiendi, & testificandi, ꝓpter id. Ita loquū
tur omnes leges de ista materia loquentes. ¶ Secundo quòd
ista vtilitas dicatur publica non respectu principis, vel iuris
publici sed respectu communis interesse multitudinis singu
lorum: vt probat. d. l. Barbarius § j. ibi *propter vtilitatem eorum*
qui apud eū egerūt. hęc est enim vtilitas publica, quā princeps
suę vtilitati preferre debet. C. de cad. tollē. l. vna. ad fi. Quod
vtinam hodie fieret. ¶ Secundo casu videlicet, cum suadet
publica vtilitas, quòd communis opinio pro veritate non
habeatur. Dicunt Butri. & Bar. ꝙ tunc pro veritate non ha-
betur: vt. ff. de legi. l. quod non ratione. ¶ Tertio casu videli
cet, cum publica vtilitas non suadet vnum, vel reliquū, sub-
distinguo: quia aut actus gesti non possunt habere validatio
nem ab alio, q̃ à communi opinione: aut possunt habere vali
dationem ab alio: puta à possessione, vel quasi. ¶ Si non pos
sunt ab alio validationem habere, subdistingunt Butrigar.
& Barto. quia aut errans volt damnum vitare prętextu erro
ris: & tūc communis error facit ios, & pro veritate habetur.
Sic intelligūt legem tertiam. ff. ad Maced. & . l. zenodorum.
C. e. ti. Sic potest intelligi. j̃. qui fil. sunt leg. cum inter. ¶ Sed
restringe casum istum secundū casum dictarum legum: dū
non agitur, nisi de pręiudicio illius, ex cuius facto, vel culpa
venit error. Et tunc est bona ratio: quia ille delinquit deci-
piendo. Modò iura deceptis, & nō decipientibus subueniūt
j̃. de rerum permuta. cum vniuersorum. Vel dum non agi-
tur de pręiudicio cuiusquā, sed solùm de excusatione culpę
ipsius errantis. Communis enim opinio excusat quem à cul-
pa: vt in dicta. l. tertia. in prin. Facit. l. j. § prę scribere. ff. de in-
stitoria, & quod not. j̃. de postula. prela. c. vno. super verbo,
de cętero. lib. vj. ¶ Aut errans ex hoc non vult damnum vi
tare; sed potius interest sua, quòd actus non valeant: & tunc
error pro veritate non habetur, secundùm Butri. & Bart. Sic
intelligunt. l. j. § fi. ff. quando de pecul. anna. & . ff. de heredib.
insti. l. fi. ¶ Et hoc verū: nisi in foro animę propter dubium,
& tutius eligendum, erranti aliud consulat: vt de presb. non
bap. c. ij. & . iij. & . c. iuuenis. de spon. & . c. dudū. de elec. versu
in suę quoq;. cū ibi no. ꝑ Ber. sup verbo, deceptę. ¶ Fallit di-
cta mēbra in legitimatione liberorū: quia recipit qđ facit ꝓ eis
siue veritas: siue cōis opi. vt. j̃. de cland. despō. c. ij. § verū. No.

Hosti. & Ioan. And. qui filij sunt leg. per tuas. Et aliàs regulare est hoc, ꝙ veritas posteà declarata obtinet. Et sic procedunt not. Io. And. in glo. & Nouel. ĵ. de voto. c. vno. lib. vj. & quod leg. & not. ĵ. de except. cum venerabilis § fi. in glo. vlti. per Ber. & Hosti. & quod not. Inno. ĵ. de appel. dilectis. in fi. & Archid. xj. q. iij. si quis Eps damnatus. glo. penulti. & Vincen. ĵ. de offi. dele. significantibus. & Gofred. eo. tit. cum in iure. & AEgi. & Archi. xj. q. iij. c. frater. ver. timenda. ¶ Si verò actus recipit validationē suā à possessione hîc. Io. Fab. Insti. de testa. § testes. allegato. hoc tāgit. Sed latius dicam, ac perfectius & clarius. ¶ Distingo ergo sic: qa aut actus gesti tangunt proprietatem rei: & tunc ex sola possessione iustificari nō possint: vt. l. qui neq;. allega. Sed magis propriè facit s̄. de electione. c. nihil in fi. & eo. ti. li. vj. is cui procuratio. & c. indemnitatibus § si verò. in fi. ar. ff. de acqui. pos. l. naturaliter § nihil. Ideò non credit Ioā Fab. additioni, quæ est in d. l. competit. esse veram. Fallit in libertate, per. l. illam competit. Aut actus illi tangunt possessionem: & tunc aut sunt in possessione bona fide: & tunc aut certum est actus gestos ad dignitatem, vel administrationem, illam pertinere, aut non. ¶ Primo casu, si sunt tales qui possideant iure suo, & habent possessionem bona fide: valent gesta per eos. Sed si possident mala fide, vel sunt tales, qui iure suo non administrent, sicut sunt tutores, vel curato. tales actus valere nō possunt ratione duorū primorū mēbrorū. Et hoc est, qa possessor bonæ fidei facit fruct⁹ suos: possessor verò malæ fidei nequaq̄. Et ita notarunt Inno. & Hosti. de cau. pos. cum olim. de restit. spol. in literis. de iure patro. consultationib. Et patet in iure eligēdi in. c. cū ecclesia. de causa possessionis. Et in iure præsentandi, in. c. consultationibus. Et idem notat Inno. in iure conferendi. de præb. de multa. fa. C. de rei vendi. l. certū. & ff. de acquire. do. l. bonæ fidei. cū simil. Et hoc verum nisi sint talia, quæ possint venire in restitutione cum fructibus: quia proprietatis veritate detecta, extantes fructus sunt restituēdi domino, per bonæ fidei possessorem: vt. d. l. certum. ij. responso. Fallit tamē primū mēbrum in leg. condenda, quæ nec propter errorem, nec propter possessionē valida remanet, veritate detecta: vt. C. de Epi. & cle. l. decernim⁹. ĵ. de schisma. c. j. primo responso. Et hunc casum notauit Bar. in tractatu de Tyranno. ¶ De tertiò verò sunt textus in. l. neq;. & l. si is. allegatis & ff. de sol. l. debitores. & l. filiæ. ¶ Si verò actus gesti nomine administrationis ad illam non pertinebant, licet tempore, quo gerebantur, crederent ad eum pertinere: tūc dicerem secus, videlicet illos actus non iustificari ab errore: nec à possessore, etiam si constaret, ꝙ gerens verus prælatus cōstitisset. Et ita dixi nuper in consilijs vnius domini Cardinalis, & fui exauditus. Et hoc verum intelligo, si prælatus ratione prælaturę non erat tunc bona fide in possessione illius iuris. Et patet hoc: quia ista est regula, ꝙ veritas præualet communi opinioni, præter casus exceptos: vt hîc notatur per Inno. & Ber. Modò iste casus non reperitur exceptus. Nam. l. Barbarius. non ponit istum casum, sed conuersum. ¶ Et est inter ista differentia magna. Nam in casu. l. Barbarius. id quod primò consyderandum occurrit, & publica multorum vtilitas absque directo pręiudicio cuiuscunq;. Si hîc non ita: imo versatur principaliter præiudicium alterius, cui⁹ ius taliter vsurpatur. Et primo casu dignitas nomine cuius gerit non prælatus, bona fide, non multū perdit: quia quod nomine eius fit, ipsa facere intelligitur: vt regula, qui per aliū facit. Sed casu isto læditur valde prælatura, cuius ius non suo sed alieno nomine vsurpatur. Sed si prælatura cuius nomine actus gesti sunt, fuisset bona fide in possessione, vel quasi iuris talia faciēdi, crederem hoc sufficere per superius alleg. ¶ Si autem quæris de tertio principali mēbro, videlicet de tempore, & pro tempore in quo veritas nondum apparuit, nec adhuc apparet. ¶ Et hîc distinguo: quia aut loquimur in casibus, in quibus diximus suprà in secundo membro principali proximè pręcedenti communem opinionem pro veritate haberi. & tunc etiam in casu isto idem debem⁹ dicere, fortiori ratione: quia si detectio venientis contra opinionem ad cōflictum, non potest impedire opinionē quominus habeatur pro veritate: minus potest impedire, quādo non pōt venire in conflictu: vt quando non apparet. Id enim quod non apparet, cōflictus dare nō potest: vt. l. duo sunt Titij. & l. rutilia. & l. in lege. allegatis. Et ꝑ hac ratione fa. notata Cy. C. quæ sit long. consue. l. ij. in prima oppositione. Et est ratio: vt notauit Bar. in. l. de minore § tormēta quia communis opinio sufficit de per se ad faciendum sic esse in illis casibus. ¶ Aut loquimur de illis casibus, in quibus fama, seu communis opinio veritatem inducit: & adhuc idem: vt notauit Bart. in. d. § tormenta. allegat. ff. de flu. l. j. § j. de supelect. leg. l. Labeo. de fund. instruc. l. cū de lanionis § asinā. ¶ Et pro hoc idem puto vbi ipsa communis cum adminiculo tituli, bonæ fidei, diuturni vsus, & temporis lege diffiniti, aut soli⁹ vsus & temporis sufficientis tamen ad præscriptionem hîc induceret. Sic procedunt. ff. de ꝓba. l. si arbiter. de aqua plu. ar. l. j. in fi. & l. in sum. § idē Labeo. j. & ij. de serui. l. seruitutes. de Iti. act. quæ pręl. apparet § penul. & l. hoc iure § duct⁹ aquę. ĵ. de verb. sig qd per noual. c. super quibusdā. & c. veniēs. vbi de hoc per Inn. in fi. glo. suę. & ĵ. de præscrip. si Epm. li. vj. cū ibi alleg. Plus enim operatur possessio antiqua, q̄ recens. No. Hosti. de pręsup. illud. de simo. licet Hely. & Io. mo. de sen. exc. si iudex. lib. vj. Et idē puto vbi non potest stare cōmunis opinio, cū contraria veritate: vt. s̄. de transla. quanto. ¶ Aut quæris de alijs casibus: & hîc distingue: quia aut quæris de his, in quibus communis opinio facit aliquem quasi possessorem alicuius status, vel qualitatis: vt puta libertatis, vel seruitutis, legitimitatis, vel illegitimitatis, & similibum. Et tunc si apparet, vt ex aliquibus verisimilib⁹ coniecturis, ꝙ pro tali se gerat, hoc faciat bona fide: & aliàs nō habetur opinio communis pro veritate q̄ ad effectum exonerādi eum ab onere probandi illū statum & transferendi onus probationis in aliū. Et pro hoc allegabat dolus, vbi suprà. C. ne de sta. defunc. l. si vir. & C. si seruit. ante lib. ad decurio. aspi. l. ij. li. x. Item pro hoc allegat Io. Fab. vbi. s̄. C. de ord. cogni. l. fi. & l. cū status. & ff. de lib. cau. l. ordinata. Et hoc videtur tenere Innoc. s̄. de seruis non ord. c. ij. in. j. gl. & allegat. ff. de libe. cau. l. liberis. in fi. ¶ Aut quęritur de alijs casibus: & tunc aut quærit de opinione cōmuni trahente originem solum à nuda voce populi sine pręsumptione aliqua verisimili. Et ista nihil probat, neq; valet sed dicitur vana vox populi non exaudienda: vt. C. de pœn. l. decurionū. Saluo ꝙ aliqualiter coadiuuare videtur probationem iam factam. Et sic pōt intelligi. l. iij. § eiusdem. ff. de testibus. ¶ Aut quęrimus de opinione communi, quę traxit originem ex aliquibus pręsumptionib⁹ legitimis pręceden. & tunc aut tu quęris de causis breuioribus & modici pręiudicij: & in illis dic communē opinionem pro veritate haberi & sic facere fidem: vt notat Bar. in. d. § tormenta. & in. l. si cōstante. in prin. ff. so. mat. in tribus primis. q. Sic intelligit glo. quę habetur. C. de iure do. l. vbi adhuc. Et sic possunt saluari alię duę gl. quę sunt. s̄. de neg. gest. l. Atqui § fi. & C. de probat. l. iiij. licet habere possunt alium intellectū. Sic intelligo. ff. de lib. agno. l. si quis à liberi. § si vel parēs. & ff. ad exhibē. l. iij. § sciendū. & ff. ad carbo. edic. l. iiij. § causę. ¶ Aut quęris de causis alijs in quibus requiritur plena probatio: & tūc aut tu quęris, an communis opinio in illis faciat plenam probationem: & dico, quòd nota. in dicto § eiusdem. & ff. de iure iur. l. admonendi. & C. eo. l. in bo. fi. & ff. de excu. tuto. l. ij. vbi de hoc per Dy. & ĵ. de appell. c. j. ¶ Aut quęris tu, an in illis causis, saltem faciat semiplenam probationē: & tūc aut quęris de illis causis, in quibus requirūtur probationes luce clariores: sicut sunt crimina & obiectus: vt. C. de proba. l. vl. Et in istis dicas famā nil probare: vt notauit Specul. in tertia parte speculi in rubricella, de fama. ¶ Aut tu quęris in alijs causis: & tunc dico secundū Bar. vbi suprà inspici debere illas pręsumptiones & iudicia, ex quibus fama traxit originē, videlicet qualiter vrgeant: & secundū qualitatem illarū ęstimare: an fama faciat semiplenam probationem, vel non. Et sic intelligi

fi. intelligi debent glo. io. l. excusant. § j. & l. iij. § eiusdẽ alleg. ¶ Et sic possunt concordari opiniones contrariæ, videlicet Dyn. qui in. l. excusantur. § j. alleg. tenet famam cum vno teste probare in ciuilibus. licet secus in criminalibus. Quod placere videtur Cyn. C. de probat. l. iiij. & de quæstionibus l. vltima. ac Iaco. de Are & Andre. de pis. & Iaco. de Butriga. qui videntur tenere quòd fama cum vno teste non probant etiam in ciuilibus. Excipit Butri. causas breuiores. Quæ opiniones contrariæ per cõsiderationem & distinctionem præsumptionum & iudiciorũ prædictorũ concordantur. Quã considerationem, cum non sit leg. determinata, remitto arbitrio iudicantis: vt ar. j̃. de offi. deleg. in causis.

¶ Et ex his perpendere potes sit sufficiens iudicium ad tormenta, necne. ¶ Et caue, quia casus prædictos, in quibus dixi communẽ opinionem pro veritate, haberi: intelligo dũmodo tempore, quo actus gerebantur contra communem opinionem quæstio in iudicio mota non fuisset.

10 ¶ † Nam motio quæstionis facit rem dubiam, & ignorantiam iniustam: vt notauit Ioã. fa. in dicto. § testes ar. C. de rei vendi. l. si fundum. Motio enim litis inducit malã fidem: vt l. certũ alleg. in fi. ¶ Item si tenes regul. quorũdã, quam scripsi. s̃. in. vj quæstiõe, illã excipias ab his, quæ præcedẽtibus dixi. Et per hæc intellige, quæ scripsi. s̃. eo. c. ij. ad finem. vij. quæstionis. & c. s̃. de filijs presbi. c. Michaël.

11 ¶ † OCTAVO quæritur ad singularẽ, & primò ad principis oppositionem descendendo, qualiter opinio principis pro veritate habeatur. Et hic appræhendẽdo dicta Henrici, in quantũ videtur de iure procedere: distinguo quia loquimur aut de errore verbi: aut errore facti: aut de errore iuris. ¶ Primò casu error principis facit ius: vt seruetur eius intentum, etiam in casu, in quo esset aliud in priuato: vt. ff. de suppel. leg. l. iij. in fi. iuncta. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. ver. quod si quis, cum vellet. ¶ Secundo casu, aut loquimur de cõcessionibus gratiosis, vel iusticiæ queris facit princeps in fauorem alterius. Aut loquimur de alijs, quæ facit princeps ob aliam causam, quam ob fauorem specialem alicuius personæ specialis. Primò casu subdistinguitur quia aut ex detentione erroris, princeps de mendacio argueretur, aut non. primo casu vt si verba principis, quibus veritas resistit, dicũtur esse de facto proprio eius & in eis fundat suam intentionem: & tunc aut quæris, an correctionem erroris posset facere iudex inferior: & an ad eius determinationem deberet probationes partis admittere: & tunc dico, quod non. Et hoc est quod no. glo. j̃. de proba. literis in glo. penul. ibi: *quod fieri non posset &c.* Non sic autem, si nõ fundaretur intentio principis super illis verbis: vt no. in dicta cle. literis. in glo. quæ incipit in narratis g. ¶ Aut quæris an ipse princeps, vel eius successor, dicto errore, debeat factum suum reuocare, & ad illius detectionem partem cuius interest, si opus fuerit, admittere: & tunc dico, quod sic: vt. xxxv. q. ix. veniam. & c. sententiã. & j̃. de in inte. resti. cum ex literis. § nos igitur. versu præsertim. & versu sequenti. Nec debet pigere eum errorem proprium corrigere. j̃. de accus. qualiter. & quando circa princip. & in authen. de nuper. in fine primæ colum. Melius est enim sibi, quod seipsum corrigat in hoc mundo, quàm in alio expectet correctionem à Deo, secũdum ea quæ leguntur & notãtur. s̃. de rescrip. ab excõmunicato & c. qualiter. allegat. ¶ Aut ex detectione erroris, non argueretur mendacium ipsius principis: & tunc aut est impetratio aut est concessio motus proprij, Si est impetratio, aut veritas tacita contraria errori expresso est talis, quod taciturnitas, vel contraria expressio debet de iure gratiam subreptitiã reddere. Quod qualiter sciri potest, dixi suprà de elec. dudum. ij. in tertia quæstione. Et tunc fit litera gratiosa nulla. & litera de iusticia exceptione tollenda: & aliter no. iuxta lecta & notata. de rescrip. ad audientiam. ij. Et quæ scripsi in dicta tertia quæstione.

¶ Aut est concessio motus proprij: & tunc aut quæris, an veritas contraria errori in literis principis possit opponi in modum subreptionis à dolo, culpa, vel facto illius, cui gratia est concedenda peruenientis. Et dico, quod non. Aut an possit opponi per viam iuris communis: & tunc si est talis: cuius detectio debuisset de iure principem inducere ad denegandum: cuius taciturnitas propter hoc impetrationem redderet subreptitiam talis error: saluo casu speciali. c. si motu. j̃. de præben. lib. vj reddit literas surreptitias re ipsa, & potest opponi per viã iuris cõmunis: prout patet ex not. Ioã. And. in dicto. c. si motu. in nouella sup verbo: mera liberalitate. & super glo. iij. in fine. ¶ Et quod dixi de fauore personæ singularis: intelligo de fauore plurium in particulari, vel in communi, ex identitate rationis. Et quod dixi de literis iusticiæ. intelligo salua semper distinctione. c. sup literis s̃. de rescrip. ¶ Aut loquimur de his: quæ facit princeps, non ob fauorem ob specialem alicuius, vel etiam aliquorum, sed propter morum correctionẽ, vel suum: aut ecclesiarũ: vel aliud rei publicæ bonum: vt puta ecclesias vniẽdo personas de ecclesijs ad ecclesias mutando, aut priuando, vel sententiando: & tunc potest adduci: vt videtur distinctio Ia. de Aren. Oldra. & Bern. de qua infra dicam: videlicet, an erret in causa præterita, vel præsenti, aliorum qui distingunt inter causam impulsiuam & finalẽ. Sed quia distinctiones istæ non multum placent mihi eas nõ prosequor. ¶ Et distinguo sic: quia aut est error in re ipsa, de cuius dispositiõe agitur: vel in substantialibus eius: & tunc detecto errore præualet veritas: vt ff. de cõtra. emp. l. in venditionib. cum pluribus. v seq. Aut in accidentalibus: & tunc secus per easdem leg. Aut in casu fraternali, vel impulsiua ipsius actus: & tunc si est impulsiua non obest contraria veritas. ff. de postu. l. j. § sexum. Idem si finalis, si subest alia causa finalis vera & sufficiẽs. Instit. de imp. § affinitatis. Si verò non subest alia causa finalis vera: & tunc detecto errore debet ipse princeps vel eius successor, factum corrigere. per. c. veniam. sententiam. & tam ex literis. ab excõmunicato. & qualiter. alleg cum ibi no. ¶ Sed puto, quod error talis tunc non vitiet ipso iure: nec potest corrigi per inferiorem ab ipso principe specialem potestatem super hoc non habentem: & hic totum dubium nostrum. primò, quod nõ vitiet ipso iure. Nam cum adest dispositiua voluntas: error causæ extrinsecæ sit impulsiua, vel finalis nõ impedit ipso iure immediatũ effectũ ipsius volũtatis: licet rationem reuocationis, seu cassationis quãdoq; inducat. Et patet in translatione dicti iuj & probat totus tit. & C. ff. de condi. ob. causam. Qui ex ista causa dat cõditi ad repetitionem. & tamen si non esset trãslatum dominiũ conditio repetitiua non competeret, sed potius rei vendicatio: quia nemo condicit rem suam, nisi à fure. Insti. de acti. § sic itaq;. j. & ij. respõso. Et est ratio. competit enim ad dãdum. eo. tit. § appellamus. & cum mihi dari non põt res mea. ff. de verbo ob. l. vbi autem. § fi. fa. quia sentẽtia lata per iudicem iniusta propter defectum, vel errorem causæ, non est propter hoc nulla ipso iure: nisi ex alio capite nullitas veniat: vt. ff. de iudicijs l. si prætor. § Marcellus cum iono. Nec falsitas causæ impedit religionis ingressum. j̃. de conuersi. coniu. ex parte & eo. titu. veniens. Nec falsitas causæ impedit doris constitutionẽ. ff. de iurisdic. l. quemadmodum. § fi. Et prohi. ff. de manu vindic. l. iusta. § primo de manumis. testamẽto. l. cũ falsis Insti ex qui caus. manumittere possunt. § semel ff. de iudi. Dyn°. in fi. C. de falsis instru. per fraudem. & quod not. ff. de trans. l. cum hi. § si prætor. in fi. j. glo. & quod notauit Inno. s̃. de renun. in præsentia in glo. Cer. quod ibi scripsi, & quod. ff. de excusa. tu l. qui testamento & ff. de acqui. hæred. l. si is ad quem. § fi. & penulti. per Bar. qualiter falsitas causæ sententiam viciat. Et contraria quæ allegari possunt, loquuntur in casibus, in quibus per constitutiones positiuas, veritas causæ est de assentia actus sa. notata Cyn. C. quando prouo. non est necessaria. l. ij. in secunda oppositione.

12 ¶ † Item dixi, quod non potest corrigi, nisi per ipsum principem & patet. j̃. de app. vt nostrum de confirmatione vti. vel inuti. c. ij. ar. ff. de verb. sig. l. Neratius. C. de le. l. vltima. j. de offi. or. c. ordinarij. § si verò. lib. vj. Si tamẽ princeps errore sibi exposito, committeret alicui

quòd super illo iustitiā faceret videretur sibi cōmittere quod posit reuocare, eo casu, in quo ipse princeps de bona iustitia reuocare haberet. Nam licet ista reuocatio sit cæteris interdicta, in ipso tamen principe est de iustitia notabili: vt. c. veniam. c. sententiam &. c. tam literis. alleg. Et quia non apparet in proposito alia iustitia, quàm ista, committi videtur, ne commissio sit delusoria. ff. de iudi. l. si prætor. ne quis in lo. pu. l. penul. ĵ. de verbo sig. Abbatem. Et ita semel obtinui in cōsilijs Rotæ. ¶ Aut quæris de tertio principali, videlicet de errore iuris: & hoc casu, aut loquitur princeps nō animo disponendi vt princeps, sed opinando vt Doct. & tunc error eius pro veritate non habetur. Et hoc not. hîc Henric Alleg. ĵ. de resti. spo. c. literas. § nos autem. &. ij. q. vij. c. nos si incōpetenter. Aut errat, vt princeps: & tunc aut hoc facit leg. cōdedo seu respondendo de iure: aut alium actum faciendo.

¶ Primo casu Iaco. de Are. ac Oldra. & Bar. vt ipse Bar notauit. ff. de supelect. le. l. iij. § fi. sic distingūt. Quandoq; princeps respondendo de iure errat in. l. iam constituta, in qua se fundat: vt quia responsionē, fundat in vna lege, quam credit esse constitutam, & non est: & tunc error eius non facit ius: quia deficit consensus & voluntas leg condendæ. Et sic procedit. l. quod non ratione ff. de leg secundùm vnum intellectum. Aut non errat in leg. iam constituta, circa legem, quā constituit errat in causa cōstitutionis & tunc aut causa est de præterito: vt puta: quia fundat se super cōstitutione alia, iam tamen per consuetudinem abolita: & tunc error facit ius, nō tamen trahendum ad consequentiam: vt dicta. l. quod nō ratione secundum aliam literam. Et sic potest intelligi l. iij. § vlti. ff. de supelle. le. legata. Si verò causa huiusmodi est de præsenti: aut & talis error qui facit leg. æquitatem cessare: & tunc cessat lex: quia cessat causa finalis. Sed si talis error causæ nō facit cessare æquitatem leg. Valet lex. & error facit ius Et hanc distinct. dicunt probari. ff. de acqui. hæredi. l. qui in aliena. § si is: qui putabat fatetur tamen Barto. ꝙ licet prædicta distinctio expediat hunc articulum, videlicet qualiter error principis facit ius: non tamen expedit illum, qualiter pro veritate habeatur. ¶ Et ideò: maximè, quia proxima distinctio mihi dubia est, sic distinguo. Quia aut talis error iuris est ad errorem facti reducibilis: vt quia ita respondet, vel ordinet, aut sententiet princeps: quia credit sic esse constitutum: &c. & tunc dico, vt dixi in membro de errore facti.

¶ Aut error talis præcisè cōsistit in iure: & tunc aut facit contra naturam & substantiam legis: vt puta: quia excedit fines propriæ potestatis statuendo de illo: vel contra illud, super quo nullam habet potestatē: iuxta ea, quæ notantur per Cy. C. de prec. Imper. of. l. rescripta. in. j. ij. iij. &. iiij. quæstionibus & per Henricum. s. de consti. c. j. in prima distin. vel quamlicet. ĵ. suæ potestatis limites cadat, super eo statuere: tamen tali modo statuit. qui resistit naturæ leg vt pote. quia contra rationalem naturam eidem resistentem statuit: vt. l. ij C. quę sit lon. consue. uij. distin. erat autem lex. s. de consue. c. vlti. & de præscrip. c. fin. Et hoc casu lex non tenet, vt iuribus. s. alleg. &. C. si à non compe. iudi. per totum. ff. de iure omnium iudi. l. vltima. ĵ. de iure patrona. quod autem. ff. de preca. l. cum precario. ĵ. de condi appo. c. vlti. Et si contra subditos resisten. vult seruari talem leg. iam tyrannizat & in hoc nomen principantis amittit. ar. ff. de offi. procura. Cæs. l. j. § j & pro emptore. l. qui fundum. § si tutor. &. de furtis. l. interdū. § qui tutelam. &. C. vnde vi. l. imminerint. licet propter vim maiorem cui non potest resisti, sibi obediatur: vt. ff. loc. l. si merces. § quis sit maior. Licet vbi sine peccato mortali obediri non potest, resistendum sit. iuxta illud: Melius est omnia mala pati. quàm malo consentire. ĵ. de re iuris. c. qui scandalizauerit. cum ibi notatis. per gl & per H. Et hoc verum, si de his constet. In dubio enim semper est obediendum: vt s. de ma. & ob. si quis venerit. Et sic procedunt no. Cyn. in dicta. l rescripta in fi. ¶ Aut statuit Princeps super eo, & modo & forma quibus potest, & secundùm naturam leg. & tunc tenenda est sua constitutio quandocunq; durat rigorosa, vel erronea, donec reuocetur: vt. ff. qui & à qui. l. prospexit. Et maximè, quia præsumitur in dubio non errare. præsertim in iure. C. de testa. l. omnium. ĵ. de consti. c. j. libr. vj. Verùm si appareterror vel rigor excessiuꝰ: aut aliqua nota. iniquitas non est statim mandatum executioni mandandū, sed certiorari debet princeps, vt corriget & emendet. In authen. de man. princ. § deinde competens. cum ibi no. & vt nulli iudicum. § & hoc verò iubemus. cum ibi no. &. s. de rescrip. si quando. Cauendum tamē magis est de declaratorijs, quàm de edictorijs: quia princeps facilius leg. nisi iustè tolli. quàm iniustè declaret: quia declaratio non est in detectiōe veritatis, quæ non consistit in nostro affirmare vel negare, secūdùm philosophum. ij Periarme. Et ita à nostra voluntate non dependet: sed editio noua dependet à potestate & voluntate ipsius principis statuentis. vt. ff de const. princ. l. j Et ideò naturæ ipsius declarationis repugnaret error veritati contrarius. Et ideò de plano fateor, quòd erronea declaratio ipso iure nō valet propter naturæ propriæ repugnātiam, per prædicta Sed dico, ꝙ fingitur non erronea, donec reuocetur. & præfertur fictio veritati. Sic. ff. de sta. ho. l ingenium com simil. Nec ad alium pertinet de hoc cognoscere: nisi ad principem ff. de verbo signific l. Neratius. C. de leg. l. vlti. &. ĵ. de offi. or. c. ordinarij. § si verò. lib. vj. Et ideò interim est obediendum, vel recurrendum ad principem: & secunda iussio expectanda: vt dixi. ¶ Si verò loquimur, de leg. condenda: nunquā præsumitur in iure errare: vt dixi. Et quia etiam iste error venit tunc in modum causæ. dic de hoc vt dixi secundo membro de errore facti.

13 ¶ † NONO quæritur descendendo ad errores aliorum priuatorum, qualiter talis error pro veritate habetur. & hîc detur pro regula, saluis tamen dicendis in quæstionibus scriptis, ꝙ talis opinio priuati, seu eius error pro veritate non habetur veritate detecta: vt notauit. Tanc. hîc, & Archid. in c. veritate. Et potest procedere glo. in. l iusiurandum ꝙ ex conuētiōe. § j. Et pro his. ff. de eo, qui protu ne ge. l. si is qui & de reb. eo. l. qui neque & de acqui hære. l. cum quidam. § quod dicitur. Et hæc regula maximè habet locum in opinione iuri contraria: vbi non staretur opinioni Doctorum, vel magistrorum ad iuris veritatem deuiantium. ff de his, qui sunt sui vel alie. in vers. sed mihi videtur. de arbitr. l. diem. condic. ob. cau l. iij. § si seruus. de fun. instruct. l. quæsitum. in princ. C de necessarijs seru. hæc. instru. l. quidam. de liberis præ. & exhæ. l. vlti. s. de rescrip. super literis. ĵ. de resti. spol. literas. Et quod notauit Gul. de monte Laud. in clemen. ne Romani. de elect. in glo. ij. & Henric. ĵ. de pact. c. j. prædicta loquuntur de opinionibus Doctorum erroneis. Et de alijs patet de iuris & facti ignorant. l. reg. § qui ignorauit. pro emp. l ij. § si à pupillo. ij. responso. ¶ Fallit tamen in casibus, & quoad certos effectus. Et prò in delictis ex solo animo procedentibus: videlicet quo ad effectum excusandi ab illis, & ab eorum pœnis releuandi: & tunc est hoc intelligendum de errore non affectato, supino, vel improbabili. Sed de probabili ar. s. de postu. præl. c. j. Sic procedunt. ff. de in iuris. l. illud in princi. & § fi. & l. Item apud Labeonem § si quis virgines. & § interdum. & l. eum, qui nocentem § fin. & ĵ. de sen. exc si verò. ij. cum ibi no. Quod prosequere plenꝰ vt. ĵ. io quæstione. xj. dicam. Et idem in alijs non criminalibus, quæ tamen dependent ex solo animo: quia in illis error qui imperitiam detegit totum. impedit: vt. ff. de iure om. iudi. l. si quis per errorem. de iudi. l. ij. & . ff. de acqui. hære l. cùm quidā. § quod dicitur: & l is, qui putat. iūcto. § fi. Insti. de hæred. qual. & differentia. ¶ Item fallit in alio casu, videlicet quando non sequendo errorem ageret contra conscientiam: quia quantū ad hoc, oportet illum errorem pro veritate habere, & sequi vt. ĵ. de resti. spo. literas. § porrò. de simo. per tuas. ij. de sen ex. Inquisi. ¶ Item dico, & placet Henrico, quòd regulariter habet etiam locum prædicta regula, scilicet, ꝙ priuati opinio non debet pro veritate haberi, etiam casu, quo nondum de veritate apparet: licet tunc talis

opinio

opinio nondum possit dici error, donec videlicet veritas sit detecta Intelligit sic Henricus. ff. de testa. l. duo sunt Titij. & etiam si talis error haberet adminiculationẽ famæ viciniæ: nisi alia adminicula superessent secundùm Henricum. Ratio sua est, quia sola fama regulariter nõ probat. ĩ de eo, qui cog. cõsan. vxorem suę super eo. Sicut nec suspicio. ij. q. vj. nomẽ. Sed dicit H. ꝙ cum alijs adminiculis. bene probat. ĩ. de proba sicut. no. Spec de teste § restat de noto. cum § fama de his plenissimè dixi super quæstione. vij. ¶ Fallit tamen hoc secundùm eum. Primò ꝙ si sequeretur aliâs periculum animæ. Sic intelligit. ĩ. de sen. exco. cum desyderes § secũdæ verò quæstioni. de prępscrip. tertiò. de cõsan. & affi. super eo. ¶ Secundò fallit in errore iuris non detecto, qui pro se habet opinionem Doctorũ: quia in dubio sequenda est: vt leg. & no. ĩ. de restit. spo. literas. de decimis. c. j. & eod. tit c. j. in Cle. & excusat ab expen. vt no. Io. And. ĩ. de appo. vt debita. post pet. in nouella.

14 ¶ † Decimò ad materiã contractuum specialiter, quo ad hoc descendendo, quæro qualiter in illis oppinio, sine error vnius. vel amborum contrahẽtium: & in quibus prosit. vel noceat, seu pro veritate habeatur. Et hîc dicas, ꝙ error substãtialis dissensum inducẽs, nocet & contractum impedit. & in hoc pro veritate habetur. ff. si certum pet. l. si ego. & ff. loca. l. si decem. de contrahen. emp. l. in venditionibus. Saluo quod habetur ea l. in fi. & l. se. & l. quod tamen in fi. facit eo. tit. l. alioquin. in fi. fallit in contractu obligatorio solum vnius partis: vt in aliquo valeant pro illo in cuius fauorem factus est: vt. ff. de ver. obl. l. si id, quod Sic in vtroq; obligatorio contractu, altero sociorum ignorante ff. de contrahen. emp l. quid tamen in fi & l. in venditionibus in fi Et non accidentalis: vt. d. l. alioquin. & l. aliter in princ. & ff de manu vin. l. si pater § quotiens in princ. Nec nominis. vt dicta l. in vẽditionibus. Item valet opinio in fauorem non dolosi, & pręiudiciũ dolosi. Et idem de veritate & econtra. De primo patet ff ad velle. l. ij § verbo & l. si decipiendi & C. si minor se ma. dixe. l ij & iij. C ad Velle. si sine. in prin. de distra. pig. l. si mulier ff. de regu. iur. l. mulieribus. C si res ali. pig. da. sit. l. ij. De secundo patet. ff. de pig act. l. j. § i & d. l. quotiens. in princ. ĩ. de despon. tua secundum intellectum Hostien. & C. plus vale. quod ager. ff. de ma. vin. l. si pater. De vtroq; patet. ĩ. de eo, qui dux. in ma. quam polluit per adul. c. j. & ita in contractibus rerum temporalium.

15 ¶ † Sed quid in contractibus rerum spiritualium? dicit & in istis dicas, ꝙ si re contrahantur. sicut cognatio spiritualis in baptismo inter absentes, ignorantes, & inuitos. xxx. q iij. & q. iiij. per totum. ĩ. de cogna. spirituali, per totũ. & quod notatur eo. tit. c j. lib. vj. & de consecra. dist. iiij. non plures. præfertur veritas semper. xxx. causa in prin. & q j. & q. iiij. in pri. ĩ. de cõsan. super eo. de eo, qui cogno. vxo. suæ cõsan. per totum. xxxiiij. q. ij. c. in lectum. & quod notatur de voto c. vno. lib. vj. Sic in ordine sacro & religioso, qui re contrahantur. de sum. Trinita. c. j § vna verò. de clerico per saltum promoto. c vno. iunctis lectis & notatis de regularibus porre & per totum. Et quod notat. Io. ĩ. de cleri. coniug. Ioan. q. ij. ĩ. de clericis coniung. cum olim. ¶ Sed si consensu contrahantur. & error consensum impediat, præfertur veritati: sicut est error personæ, vel cõditionis illius, cum quo, vel qua contrahitur. Secus si non impediat: sicut error fortunæ, vel qualitatis. xxix. q. j, in prin. Et quod notatur ibi. & xxiiij. q. ij. in summa. in fi. per glo. Io. fa. & Archid. & ĩ. de cleri. per saltum promoto. c. vno. Et quod notauit Henricus in dicto c. vno. & in c. ij de coniugio seruorum. & Archi. xxxuij. di. cognoscamus. & ĩ. eo. c. vno. lib. vj & vuj distin consuetudo. & ĩ. de clerico exco. ministran. apostolicæ. Subdit Henric. quod vtroque contrahentuum existen. in dolo hincinde compensato, præfertur veritas. ff. de dolo. l. si duo. de compensa. si ambo. de manumis. vindictę si pater § quoties in fin. ibi, idemque iuris &c.

16 ¶ † VNDECIMO quæritur, quid in delictis? & in istis dicit Henric., quòd si ex solo procedat animo: & errans non habeat animum delinquendi, præfertur opinio veritati. xv. q. j illud. vers si quis hominem. xxxiij. q. ij. in lectum. ff. de iniu l. illud § fi. & l si cum seruo. & l eum qui innocentem. § vltimo j. responso cũ ibi alleg. nisi esset crassa & supina: vt vt. c. Apostolicæ alleg. ĩ. de consti. c. ij. lib. vj. ¶ Sed si habebat animum delinquendi, non præfertur eius opinio respectu patientis: vt. ff. de iniurijs l. eum qui § si iniuria. xv. q. j. c. in prin. vers. si quis hominem. cum ibi nota. ff de adul. l. penul. de iniuri. l. Labeonem § apud Virgines & quod notauit Archid in dicto vers. si quis hominem & Io. in. c. in lectum alleg. in. j. glo. & Henric. de sen. exc. cum voluntate. distin, j. ¶ Sed respectu tertij delictum non patientis valet eius opinio: vt dicta. l. eum qui § vltimo. j. responso.

¶ Sed in delictis prouenientibus principaliter ex facto opinioni præfertur veritas: vt. ff. ad leg. Aquiliam. l. scientiam, qui cum aliter. ij responso. de fur. l. vulgaris § si quis ex. & l. qui sacrum. & l. falsus § qui alienum. ij. responso. de cri expe hæred. l. vlti. & hîc in fi. ibi: licet in veritate, &c. Sed fallit hîc quo ad pœnam incurrendam propter rationem quæ assignatur hîc Fallit etiam. C. de seruo corrup. l. si quis seruo. Si verò proueniunt ex facto & animo simul, vt in percussione clerici, pręfertur opinio si probabilis est. ĩ. de sen. exc si verò ij. & quod ibi notat Henric & ff. de fur. l. inter omnes § rectè. Sed non, si crassã, vel supina: vt notatur in dicto. c. si verò. Henricus.

17 ¶ † DVODECIMO quæro, quid in præscribentibus: dic ꝙ opinio facti probabilis iuuat: vt dicto § si à pupillo. ij. responso. & ff. pro legato l. pro legato. & l. vlti. Si non improbabilis: nec etiam ignorantia iuris ex dicto § si à pupillo ij. responso. & ff. de vsuca. l. nunquam. Henric.

18 ¶ † DECIMOTERTIO quęro, quid de testãtibus? dic, ꝙ illa non pręfertur veritati: vt Insti. de vulgari substi. § si seruum alienum. & dele § si quis rem. Vbi de hoc. & maximè quando opinio est cõtraria veritati: vt ff. de hęred. insti. l. si sa. nota. Bar. in. q dominicali, quę incipit. filio cuiusdam principis. Henric.

¶ DECIMOQVARTO quęritur, quid de opinione illorum? dic quòd opinio causans ignorantiam iuris proprij valet in pręiudicium ignorantis: vt. ff. quib. modo. vsuf. ami. l. is, qui. cum ibi alleg. Aliàs pręfertur veritas, secundũ Henri. quem vide. ĩ. de coniugio seruorum. proposuit. in distin. j. & ij. vbi tangam. & in. c. cum voluntate. aliqua hîc minus plenè tacta.

19 ¶ † DECIMOQVINTO quæritur, qualiter in delictis punitur affectus, quem non sequitur effectus. Sed quia iam nimis oneraui materiam illius capituli alibi dicam: fortè in. c. cum voluntate de quo tamen plenè habetur per Cyn. in. l. si quis non dicam rapere.

¶ DECIMOSEXTO quæritur, qualiter iuris effectus cũ animi destinatiõe requirit, & qualiter sufficit animi destinatio sine iuris effectu. Sed dicam in altera decre. alleg. in notabili primo. Et qualiter ponderatur factũ sine effectu, vide super reg. non præstat. Io. And.

¶ DECIMOSEPTIMO quæritur, qualiter vltra iuris effectum requiritur. sed dicam. ĩ. de eo, qui mittitur in possessione c. j. Et caue, quia saluis quæstionibus. vij. & viij. aliæ prædictæ quæstionis nõ sunt per me examinatæ & differo alibi dicere.. ne vltra modũ præsens capitulũ oneretur.

¶ Supple glo. in glo. vt. C. ibi § ij. Vin. alleg. contra. ff. de condi & de monstra l. filiæ. ¶ Et ibi. c. vltimo. Et quando plus consideratur verbum, quàm factum: & quandoq; contra: habes. ĩ. de elec. ecclesia. ij. ¶ Et ibi § j. qualiter consyderatur factum quod de iure non tenet: vide Io. And. super regula, nõ præstat. in. ij. q. Mercuriali Paduana vers sed adhuc in glo. hîc collige Ibi: *consultationibus*. quod etiam facit cõtra Et ibi: *querelæ*. & ff de acquir hęre. His qui permutat. & ibi concordantię. ¶ Et ibi: *decipientium*. vel delinquentium: vt hîc. Et ibi: *sententiæ*: ponit Abbas versus: Testamenta fauor odium, sententia, proles. Ex istis causis pręfertur opinio

veritati ¶ In glo. *nota.* vltima. ibi: *quodquod.* vbi idem notatur. ¶ In glo. vlti. ibi: *ferè.* ij. & ibi etiam de hoc. ¶ Et ibi: *contraxit.* cum virgine. aliàs secus: vt. ĩ. e. c. vlti. Io. And.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Nuptiarum tria genera. Et quæ sint, & cuius virtutis? Et cur ita appellantur?*
2 *Castitas in vxore, in casu negotium de quo hic, quàm in viro, cur magis desyderetur?*
3 *Bigamia cur non ita post matrimonium consummatum, ex viri, sicut mulieris adulterio contrahatur?*
4 *Bigamia cur per contrahentem cum vidua non corrupta, non contrahitur?*
5 *Bigamus cur irregularis, vel impromouibilis?*

¶ *CAP. V.*

DEbitum. ¶ Casus. Qui contraxit cũ virgine, licet ab alio prius fuerit desponsata, bigamus non censetur. ¶ Et pars huius de bapti. debitum ¶ Et primò ponit rationes. ij. respondet. ibi: *vnde is.* ¶ Exponit literam: *duo*: vnum est quod facit matrimoniũ, scilicet consensus & eius bona sunt tria. de condi. app. c. fi. ¶ *Charitatem.* est ergo istum sacramentum: idest sacræ rei signũ. Cum charitas sit res sacra Pet. & Ab. ¶ *Iustitiam ideo*: istud sacramentũ perditur per peccatum quo anima recedit à corpore idest à Deo. Sed per pœnitentiã reassumitur. l. dist. domino sancto. ¶ *Apostolus.* j. ad Corynthios. vj. ¶ *Adhæret.* per charitatem, & eius opera. *Vnum.* id est volens. Vel vnus in charitate. *Idem*, enim amans. Innoc. ¶ *Cum eo.* per vnionem gratiæ. de summa Trini. c. ij. *Conformitatem.* idest sacramentum conformitatis coniugij: de quo dicit idest. Hostié. ¶ *Consistit.* idest prouenit. & sequitur ex vnione diuinæ & humanitate naturæ. ¶ *Ad quod.* sacramentum comprobandum. ¶ *Euangelistæ.* Io. j. ¶ *Factum.* idest Deus & humo vnitus est *Profectò.* subaudit Hosti. cum etiam in coniugio viri & fœminæ consummato, siue per consolationẽ ipsius significetur conformitas supradicta. patet, ꝙ coniugium & c.
¶ *Consummatum.* Nam in consummatione, vel commixtione, quæ non est, nihil consistere, vel significare potest.
¶ *Coniugium.* idest conformitatis sacramentum. Hosti. *Iuxta quod.* idest ad ostendendum, ꝙ carnalis copula est sacramentum. *Incarnationis*, Christi: & ꝙ tantum inter duos coniuges est sacramẽtum illud, quod in coniugio, seu matrimonio significatur s. vna ecclesia vni viro .i. Christo subdita Non est ergo hoc sacramentum, vel alter coniugum carnem suam diuidit in plures. Inno. ¶ Breuius dicit Hostien. idest, ad quod coniugium, quod est inter Christum & ecclesiam per corpurale consummatum matrimonium designandum.
¶ *Expositiones.* ad Ephes. v. Dixerat. Geñ. ij prothoplaustus Adam primo plaustus. ¶ *Hoc nunc os.* Hæc authãs exponitur per Hosti. ĩ. de fri. c. fi. Et ibi: dictio os, designat sacramẽtum, per verba singularia: os caro carne, vxori. Innocen.
¶ *Homo.* hic & hæc homo. & sic relinquit homo, idest vir & mulier patrem & matrẽ. idest thorum patris & matris. Verumtamen multi ad literam propter coniuges dimittunt parentes, contra quos Valerius. lib. v. c. iiij. de parentibus & fratribus loquens. Caro est vxor, dulces liberi, iocundi amici, affines accepti. sed posteà cognitus nulla beneuolentia debet accedere, quę priorem exhauriat. Et vide nota. xxx. dist. c. j. duo non plures ¶ *Carne vna.* i. in vno proposito non diuidẽdi carnem in plures, secundum quam expositionem, tãgitur tertium sacramentum: quod consistit in opposito vnitatis, quod habere debet contrahens. s. ꝙ sit vnus viuus. i. ꝙ alium non dicat: nec ab illa perpetuò diuidatur. Transiens aũt ad secũda vota recedit ab hoc proposito. Et sic perdit significatum huius sacramenti & incurrit ex hoc defectum, qui eum impedit promoueri. Vel ex; one, idest per consummationem carnalis copulæ, adeo vnum intelliguntur, sic ꝙ duo corpora sunt vnum: duæ carnes vna. Ad hanc expositionem de côuersion. coniug. ad Apost. Hostien. ¶ *Statim subiunxit*, verbũ authoris. Et hîc, *subiunxit.* s. Apost post finita verba prothoplausti. *Hoc autem verbum.* Apostoli. Dicit. i. in hoc corpora li matrimonio consummato, dico consistere. vel per ipsum significari magnum sacramentũ, quod est inter Christum & ecclesiam. Hosti. ¶ *Sacramentum* Sed nonne & qui nullã habuit. hoc significare non potest. Ergo nec promoueri? Respõdeo non requiri sacramentum, sed prohiberi defectum qui defectus non est in eo, qui non contraxit cũ aliqua: vnde illa authoritas: oportet ipsum esse vnius vxoris virum: exponit idest non plurium, negatiuè: vt etiam dicit Ber. in gl triplex. in fi. Inno. Et secundum eum hoc sacramentum, quod Episcopus sit vnius vxoris vir: significat ecclesiam ex omnibus gentibus collectam vni viro. i. Christo subditam. xxvj. dist Acutius. Modò, qui plures vxores habuit: aut qui est maritus viduæ, hoc significare non potest, secundũ eum. Subditꝙ ex hac authen. sumitur hoc sacramentũ ex eo, ꝙ in numero singulari posuit, hoc nũc os, ex ossibus: & caro ex carne mea. Et ex vltimo verbo. erunt duo in carne vna. Inn. vxori quasi non diuideret carnes suas in plures. ¶ Cum ergo. Infert ex prædictis sacramenti. s. vnitatis & virginitatis seu incorruptibilitatis perpetuæ & inseparabilis quod est inter Christũ & ecclesiã, & quod repręsentat vir vnius tantũ vxoris in virginitate desponsatæ & cognitæ: vt dicto. c. Acutius. xxx. q. v. qualis. ĩ. de cleri. coniu. c ij. in authen. q̃o oporteat Eps. §. j. Hosti. ¶ Subdit Inn. ꝙ matrimoniũ inter duos tantũ significat vnam ecclesiam vni viro. i Christo subditam. Quodq; in secundo coniugio non est, nec esse potest sacramentum Imo potius posset signare plures ecclesias vni viro subditas. Nec mysteriũ incarnationis in secundo matrimonio signari potest. Inn. *Defectum.* quem incurrit, dum cognoscit secundam, vel corruptam etiam, si vnitam. Vnde cum per sacramẽtum ordinis efficiatur quis minister sacrorum, nullũ debet pati sacramenti defectum ¶ *Viduæ.* de bigamo patet: sed de marito viduæ vnicæ, dic mihi cur prohibeat: & quis in eo *defectus.* respondet Abbas, ꝙ vxor viro suas communicat actiones. de cognat. spirituali. Martinus. Cùm illa ergo sit multiplex, fingitur in plures diuisisse suam carnem.
¶ *Promoueri.* xxxiiij. dist. mariti & c. si quis viduam. Inno. *Illa vidua.* & corrupta. *vnica.* i. virgo, & incorrupta. *Vnic.* sicut ecclesia Christi. Imo. & si plurit., & corrupta secundi. Et sic in hoc secundo prædictũ deficit sacramentũ. *Nec iste.* bigamus de quo super promisit. *Sit vnus.* cum plures duxerit & cognouerit. *Vnius.* virginis sed duarum, cum fuerit vnius ecclesiæ & fidei. non plurium. Et sic similiter in bigamo deest hoc sacramentum. ¶ *Non deest*, quia in eo vel per id, quod non est, nil significare potest. Hosti. ¶ *Iusmodi.* alias huiusmodi. *Signaculo.* idest significatiuo coniugij, quod est inter Christum & ecclesiam. Hostiẽ. *Ante me*, per quos patet, ꝙ non deest cõformitas cõiugij, quod inter Christum & ecclesiam *Cognitam.* fortè mortuus est primus, vel ante copulam religionem intrauit, quod potuit de conuer. coniug. c. Verũ, & c. de pub. Vel frigiditate fuit matrimonium separatum.
¶ Scias, ꝙ magister Sententiarum in. iiij. disti. xxvij. in fi. In sponsa. de futuro non cognita fatebatur hæc: secundũ in sponsa de præsenti tenebat cõtrariũ: quod fallum est: vt hîc patet. *In plures.* s. vxores per id. quod dicit. ĩ. c. proxi. sacerdotum xxxiiij. dist. Valentino. Innoc. & omne sacramentum includit. s eo. c. j.
¶ PRIMO quæritur ibi, sacramentũ. quòd notantur hîc sacramenta? vide Ber. hîc in glo. triplex cum suis suppletionibus, quas. ĩ. dicam.

1 ¶ SECVNDO quæritur prosequendo dicta Hostié. quot sunt genera nuptiarũ? dicit Hosti. ꝙ tria, quia nuptiarũ aliæ possunt dici corporales, merę & puræ: aliç spirituales merę & puræ: aliæ mixtæ.
¶ TERTIO quęritur, quę dicũtur nuptię merę & purę corporales? dicit Hosti: cõmunes omnibus nõ prohibitus ĩ. de spon. cum apud. ¶ Sed cuius virtutis sunt istę nuptię? dicit

dicit Hosti.ꝙ tantæ,ꝙ aquam.i. delectationẽ carnalem mutant in vinum.& quandoq; meritoriũ,qood secundũ psalmi stam lætificat cor hominis. Et fuit hoc significatu Io. ij.ibi: nuptię factæ sunt in Cana Galileę &c.Et in miraculo ibi facto.Item etiam,quia ratione extensionis præcellit alia sacramenta.Cum apud omnes extendatur.ĩ. de diuor.gaudemus Remittit de alijs ad notata.ĩ. de frigidis.c.vltimo.

¶ QVARTO quæritur, quæ dicãtur nuptiæ spirituales meræ,& puræ? dicit Hosti.ꝙ istæ diuidũtur in tres species. Nam aliquæ sunt excellentes,aliquæ cõmunes,aliquæ spirituales,siue priuilegiatæ.¶ Sed quæ dicũtur nuptiæ excellentes?dicit Hosti.ꝙ dicũtur illę,quę sunt inter Christum & ecclesiam,de quib⁹ Greg.in Homelia super illud Matth. xxij. Simile est regnũ cœlorũ.Regi.&c.Sic dicit aptius atq; securius dici potest,ꝙ in hoc patet: Regis filio nuptias fecit quo et,per incarnationis misterium sanctam ecclesiã sociauit, de quibus Apocal.xxj.Vidi ciuitatẽ sanctam Hierusalẽ: & dixi veni ostẽdam tibi sponsam vxorem agni.& .xix.c.gaudeamus,& exultemus & demus gloriam ei,quia venerũt nuptiæ agni:& vxor eius præparauit se. ¶ Sed quare dicũtur excellen.certè quia nullus inuenitur,qui fidem ecclesiæ seruauerit sicut Christus & quia nemo ei cõparari potest. ¶ Sed q̃ dicunẽ cõmunes? dicit ꝙ illæ, q̃ cõtrahũtur in cõibus sacramẽtis ecclesiæ, q̃ nemini deneganẽ,sicut est baptismus: quo ad non baptizatos , & pœnitẽtia quoad baptizatos. xxxij. di.c.ꝑter hoc.§.verum.& de sum.Tri.c.j.§.penul. ¶ Sed q̃ dicũtur speciales,siue priuilegiatæ:,dicit ꝙ illæ, quæ cõtrahunẽ in ordinatione,seu cõsecratione,ad quas oon,nisi idonei admittũtur:vt.j.q.j.c.sequi Episcopi.§ ecce cum honore.

¶ QVARTO quæritur,quæ dicuntur nuptiæ mixtæ:dicit,ꝙ dicũtur illæ, quæ sunt inter humanam naturã & Christum Dei filium singulares,de quibus Greg.in dicta Homelia.tunc Deus pater Deo filio ouptias fecit quando hanc in vtero virginis humanæ naturæ coniunxit. ¶ Sed quare dicuntur mixtæ? dicit,ꝙ quia partim corporales & partim spirituales:corporales propter carnis assumptionem, spirituales propter naturæ diuinæ voionem. Ad quod illud. Verbũ caro factum est.i.Deus homo. Subaudi, non confusione substantiæ sed vnitate: vt in symbolo Athanasij. Dicuntur etiã spirituales,qa sine virili semine,sine aliqua corruptiõe Christum de spiritu sancto cõcepit virgo: vt in symbolo Apostolorum,à tota tamen Trinitate sint totaliter incarnatus: vt in symbolo consilij generalis.ĩ.de sum. Trini.c.j.§.hæc sancta Trinitas nec qualiter potuit esse:quia secundũ August. indiuisa sancta Trinitas. ¶ Et dicuntur singulares propter illud beati Ber.tria opera fecit omnipotens illa maiestas in assumptione nostræ carnis:ita singulariter mirabilia, & mirabiliter singularia:vt taliter nec facta sunt, nec facienda sint amplius super terram:coniuncta sunt quippe adinuicem Deus & homo,mater & virgo: fides & cor humanũ. ¶ Subdit,ꝙ his nupoijs medijs interueniẽtibus cõtractæ sunt spirituales excellẽtes,de quib⁹.ĩ.proxi.q.in prin. ¶ Quodq́; his ambabus intermedijs & sequuta passione gloriosa cõsummatum est irreuocabile testamentũ,quod consummaẽ per mortem, secundũ Aposto.& legem, vt legitur & notaẽ.ĩ.de cele.mis. cum Matthæ.§.cæterũ.ver.nouissimũ. Ex quibus etiam sequunẽ aliæ spirituales ouptię,de quibus superius est præmissum. ¶ Subdit etiam Hosti.ꝙ his tribus generibus nuptiarum.i.corporalibus cõmunibus spiritualibus excellẽtibus& mistis singularibus adaptari possunt tria genera creaturarum hoim, vitarum,sententiarũ & conscientiarũ, de quibus notat.ĩ.de sum. Trini.c.j.prio responso: ibi vnom vniuerso rum &c. ¶ Subdit etiam Inn.ꝙ si bene consyderauerit in primis corporalib⁹ Adæ & Euæ fuerũt illa duo genera designata,ad quod verbum Apo.supradictũ, per quod hoc probaẽ de spiritualibus excellẽtibus inter Christum & ecclesiã contractis. ¶ Subdit etiã qoòd informatiõe vtriusq; est reperire actum corporalem,quo ad corpora tunc formata:& spiritualem quo animas & coniunctionẽ animarum ad corpora, & ipsam formationẽ,respectu diuinæ manus ibi potenter operantis.Quod & in vtero materno cõtinuare oon desinit,qui incœpit.vt probat.lvj.di.nasci.¶ Subditq; quod patet etiam euidenẽ,ꝙ in primis nuptijs corporalibus vetus Adam pater noster reperitur vnus vnius:& vet⁹ mater nostra Eua vna vnici, quæ & ad ipsum virgo ꝑuenit,& virgo despõsata fuit. & ꝙ sic,& nou⁹ Adam.i.Christus in excellẽtibus nuptijs reperitur vnus vnius, & mater nostra ecclesia vna vnici: neq; in aliquo ꝑdictorum, q̃d ad nuptias pertinet corruptionis, vel diuisionis est aliqd reperire. ¶ Per quæ cõcludit Hostiẽ. satis enocleatũ esse,quare dicẽs corruptam & cognoscẽs,vel carnem suã in plures diuidens,ꝑpter defectũ tanti sacramẽti prohibeatur ab Apostolo ordinari.Super alijs remittit ad summã.'& ad notata.ĩ.de cleri.coniuga sanè.j.

2 ¶ † SEXTO quæritur ibi: *carnem*. quare magis in vxore exigiẽ castitas,quàm in viro.de hoc habeẽ per Ber.in glo. sic patet.quã glo. Inn.recitãs adhæret opinioni B. Et idẽ Tanc. Phi.& Gof. videlicet,ꝙ vir significat Christũ & vxor ecclesiã triumphãtem &c. ¶ Sed hoc quid sit impugnaẽ: quia sicut fuit vna fides antiquorũ & modernorum, de quo.ĩ. de sum. Trini.sup rubrica ver.fides.per Io.An.post alios:sic vna ecclesia. Si ergo vna ecclesia & vna fides, & vna sponsa. Ergo non debet synagoga cõcubina distingui ab ecclesia,q̃ est spõsa.Illi enim qui tẽpore synagogæ seruiebãt Deo, pertinebãt ad ecclesię vnitatẽ.ergo synagoga non debet dici cõcubina. ¶ Quid ergo dicendũ? dic breuiter secundũ Io.An.Io.Cal. Gul. de monte Laud.in sacra. beatũ Tho. & fratrem Io. in sum.cõfessorũ.vt scripsi.ĩ.c.ij in.vj.qõne, videlicet: qa actus contrahẽtis matrimoniũ non cadit,sed supra alium, & ideò specificaẽ ex termino. Sed cõtra istam rationẽ opponit dñs Martinus Pampiloñ.Eṕs in hunc modũ:quia qui matrimonium successiuè cũ duabus virginib⁹ consummauit,nõ ex relatione habita ad aliquẽ earuodẽ cum vtraq; sic fuerit virgo: sed solum ex relatione habita ad seipsum bigamiã,seu irregularitatẽ incurrit. ¶ Prætereà, qa sic corruptio proueniens ex copula cõiugali tollens virginitatẽ mulieris, ipm virum illã postea cognoscentẽ redderet bigamũ. ¶ Pręterea contra rationem istam aliter oppono.Nam nõ consyderatio actionis vel passionis,aut specificatio inde resurgere valẽtis. sed solus defectus designationis, & repræsentatiõis alterius sacrmẽti, videlicet diem incarnatioois,hoc facit hîc ergo solũ est vidẽdũ,an talem & tantũ,vel an nõ talem,vel tantũ defectum nocet quã ad hoc istud quã illud sicut illud.qđ non bene perpẽdi videẽ. Dic ex ista ratiooe sicut nec ex alijs,q̃ pręcedunt vnde ipse ex mente Inno.dicit,ꝙ ratio esse põt ex cõsyderatiõe habita de vniõe corporũ repręsentata,nõ per vnionẽ Christi & ecclesiæ,sed ꝑ vnionẽ diuinæ & humanę naturę.cõsyderato solũ vtero virginali, in quo dicta vnio facta fuit, qui vterus vxorẽ repræsentat, oõ consyderato viro: qa ibi non fuit naturalis cõmixtio viri. ¶ † Sed iuxta hoc da tunc tu mihi diuersitatẽ rationũ, sup diuisione carnis in plures post matrimoniũ cõsummatũ: quare tuoc ex adulterio mulieris & nõ ex adulterio viri maritali copula sobsequuta cõtrahiẽ bigamia.Hic enim oõ diuidit carnẽ suam,nisi in vnã.Et ita bigamus nõ videẽ. ¶ Sol.dictus Eṕs d. ꝙ re vera vir ex tali casu non incurrit verã bigamiã, sed solũ à ꝓmotione repellitur: quia vilis:puta qa marit⁹ adulterę. de quo dixi.ĩ.c.ij.in.vij. qõne.Sed salua pace in hoc casu satis videẽ adaptari tam ratio Inn.& Ber.quã ratio bti Thomę.vel dic,& verius,vt scripsi.ĩ.co.altercatioois lib.vj.in.vj.quęstione.

4 ¶ † SEPTIMO quæritur, quare cõtrahens cũ vidua nõ corrupta,nõ incurrit bigamiã.vt hîc? rñdet Io. Cal.ex dictis Hosti.q̃ præmisi:qa irregularitas bigamiæ causaẽ ex defectu significao matrimonij: sed vbi matrimoniũ non est cõsummatum,nõ est ꝑfectũ significatũ matrimonij.ergo nec ipsius significatu defectus.Deficit ergo ratio prohibitionis: ergo & prohibitio.ff.de iure patrono.l.adigere.§.quamuis. Et hoc

5 vult hæc decre. secundum eum. ¶ † Octauo ad clariorẽ expositionẽ materiæ,quærit Io.Cal.quare bigamus est irregu-

laris, vel in promouibilis tetigi. v.c.j. Sed videtꝰ hęc qõ bona: quia hîc respõdet tex. d. ꝙ hoc est ꝓpter sacramẽti defectũ. Sic ergo quæstio melior qũo intelligitꝰ & declaratꝰ prædicta ratio per tex. assignata? ¶ Et ꝑ hoc recolligas gl. Ber. q̃ incip. triplex. dicentẽ triplex esse significatũ in matrimonio consummato. primũ est vnio fidelis animæ ad Deũ designata ꝑ consensum animarũ. ¶ Secũdùm est vnio humanæ naturæ ad Deum designata ꝑ cõmixtionem corporũ, designans conformitatẽ Christi & ecclesiæ: vt.d.c. Acutius. & de consecra. di.ij. in Christo pater. Non ꝙ copula carnalis hoc desinet: qa sic sequeretꝰ ꝙ cessante, vel finito actu nõ esset ibi hoc sacramẽtum. sed cõsummatio matrimonij: q̃ est, vel fuit, habet hoc desinare. Et fuit hoc figuratũ in incarnatiõe Christi in vtero virginali, vt hîc. Cum eñ Christus sibi matrẽ virginẽ elegerit: plus ergo vxor ordinãdi debet esse virgo. Et de his duobꝰ sacramẽtis habetꝰ hîc in litera. ¶ Tertiũ sacramentũ est vnitas ecclesiæ ex omnibꝰ gentibus collecta. & vni viro Christo subiecta. de quo põt intelligi hęc litera: *nec est vna vnici · nec ille vnus vnius*. Et illa: *hoc autem dico &c*. Modo ad ꝓpositum applicãdo quãdo quis cõtrahit cum secunda, vel corrupta, ibi non est vnitas in vxore. Et si tunc videtꝰ significare plures ecclesias. ergo in bigamo est defectus hmõi sacramenti, secundũ eum. ¶ Et quod fatetꝰ Inno. mysteriũ incarnationis posse in secũdo matrimonio significari, intelligit Io. Cal. respectu cõformitatis. s. humanæ & diuinæ naturæ. Et hoc verũ vbi secunda etiam virgo est. Secus si corrupta: qa tunc & in prin. tale mysteriũ non videtꝰ significari: vt. s̃. dixi, secundũ eum. ¶ Hoc aũt quod de tertio sacramẽto: dicit Ber. illud nõ consistere in coniugio: quia sic eo cessante. cessaret. Sed in eo qui seruabit vnicum matrimoniũ. & post eã factus est clericus, dicit Io. Cal nõ vallere. qa tunc sequeretꝰ, ꝙ vnicum matrimonium contractũ cum virgine, viro posteà nõ promoto ad clericatũ, nõ haberet hmõi significatũ: quod est falsum, & contra Apostolũ, dum dicit. *Hoc autem dico magnũ sacramẽtũ. In Christo. s.* in ecclesia. Significatꝰ ergo inductũ ex coniugio ꝑdicto bene valet. soluto vinculo, sic remoto. ¶ Ex his infert, ꝙ dicere bigamũ defectum sacramenti matrimonij: hoc est dicere, ꝙ licet fuerit matrimoniũ. non tamen habuit perfectum ipsius significatũ, secundũ q̃d dicimus matrimonium. esse apud infideles. & tamen nõ omnino ratũ: quia potest dissolui. j̃. de diuor. quãtò. & .c gaudemus. j. respõso.

¶ Et ex his rñdet ad id, de quo principaliter quærebatꝰ, Cum enim ꝓmouendus nõ debeat alicuius sacramẽti pati defectũ ad hoc. j. q i genera. & .c. qui ꝑfectionem & defectũ sacramẽti, si quando non inuenitur integra ipsius significatio. Vnde dicit beatus Thomas. iiij. senten. di. xxvij. q. ij. quod cum ꝑ ordinem ad sacros ordinatus constituitꝰ minister sacramẽtorum j. q. j. c. si qui Epi. § ecce, cum honore. Et qui sacramentum ministrare debet nõ debet illius pati defectum: vt probant ꝑdicta iura. igitur. iunge ea, quæ ego scripsi in. d. c. alterationis in. iij. q. & seq.

¶ NONO quæritur, vtrum promouẽdus ad clericatũ necessariò debuerit fuisse coniugatus? dixi ꝙ nõ: post Inn. verbo, sacramentũ quod placet Io. Cal. Sic secundũ Io. And. nõ est necesse, ꝙ eligendus ad Ep̃atum sit religiosus. Sed si fuerit religiosus, defectum religionis pati nõ debet. hoc est, requiritur ꝙ non fuerit apostata ¶ Supple glo. in glo. *idest vnitatem*, in fi. Sed idem videtur de fornicario coitu. xxxij. q. iiij in eo fornicator. in prin. Dic, vt ibi. In glo. *triplex*. ibi. *virginali*. Cũ ergo Christus ad hanc vnionem faciendã sibi matrem virginem elegerit, meritò vxor ordinãdi sit virgo. Et ibi: *corporalis* quia secundũ hoc cessante. s. finito actu non esset ibi sacramẽtum. Item quotiẽs renouaretꝰ actus, totiens rediret sacramẽtũ Licet quidã dicãt, ꝙ primꝰ actꝰ tantũ designat sacramẽtũ. Io. & ibi: *Episcopus*. quare in Ep̃m consecrari possit, qui vxorem habuit. Et q̃d si cũ vxore habuit concubinã: vel si habuit eam, q̃ ante baptismũ, vel vi corrupta fuit no. xxvj. di. c. ij. Et per Gof. in summa huius tit. § Item q̃ritur. Et ibi: *dudum*. secũdũm Tancred. Et in fi. illud tene secundũ Inno. Dixi in expositione super verbo sacramentũ. Not. hîc Io. An. similitudinẽ de religioso, quã dixi in qõne vlt. sa. c. Acutius. alleg & q̃ ibi no. Bar. Brix. ¶ In gl. vlti. ibi: *qualis*: vbi de hoc. & .xxxij. dist. nemo. Et ibi: *opinione*. Hosti. & Gof. de cleri. cõiuga. sanè. Et ibi vide rationes Hosti. Et ibi *corrupta*. Ad hoc j. qui filij sint legi. tanta. Sed dic secundũ Pampil. Ep̃m, ꝙ fictio illius deci. ad casum istũ non trahitur. Tetigi. s̃. c. ij. in. vij. q. & qũo ad illas deci. respõdet Hosti. ibi dicã. & in fi. & . j̃. de cleri. coniuga. c. vno lib. vj. vbi videas de hoc.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Presbyter fornicando, an magis peccet, quam clericus simplex?*
2 *Irregularitas canonica per pœnitentiam in occulto aboletur: non sic in publico peccatore.*
3 *Vxoratus cum alia vxore fornicãdo, an magis peccet quã clericus?*
4 *Clericus pro simplici fornicatione, an sit deponendus?*
5 *Episcopus si publicè fornicetur, quis cum eo dispensare queat?*
6 *Presbyter notorius fornicator, an sit irregularis? aut num cum eo per Episcopum dispensari possit?*
7 *Fornicatio simplex an sit mortale peccatum?*
8 *Fornicationem non esse peccatũ mortale asserens, an sit hæreticus?*
9 *Peccatorem occultum, quantumcunq; deliquerit, regulariter per pœnitentiam pristino statui restitui.*
10 *Peccatorem quamlibet notorium per pœnitentiam & sui iudicis dispensationem, eidem statui restitui. Et quod si celebret, quis cum eo dispenset?*

¶ *CAP. VI.*

QVia circa. ¶ Casus. Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus non est. Secũda ibi: *ad hoc*. pars huius j̃. de priuileg. *quia circa*. ¶ Expone literã. *habentem*. simul, vel successiuè. ¶ *Concubinas*. Sed nunquid est præsumendũ matrimonium cum muliere, quam quis secũ in domo cõtinuò tenet: vt. l. Si vicinis. C de nup. certè nõ: nisi cũ alijs certis & indubitatis indicijs. xxx. q. v. aliter. & no. de fil. presby. Michaël. Host ¶ *Tanquã*: additũ nõ sine causa. Sic. j̃. de ma. & obe. solitæ. ¶ *Ad executionem*. supple. vel superioris ordinis susceptionẽ de tẽpor. ord c. si. Per q̃ patet ꝙ poterit in Ep̃m ordinari. ¶ *Poterit*. post peractam pœnitentiã. vel eius partẽ. de temp. ordi. ex tenore. Et no. quod scribitꝰ legato. per quod notant Pe. & Abbas legatum natũ dispẽsare posse. ¶ 1 † Opponitur ibi: *simplici*: quia per hoc videtur, ꝙ non magis peccet presby. fornicando, quàm simplex clericus. ¶ Vnde dicit Hosti. ꝙ deberet dicere triplici. Nam in laico simplex & in diacono, vel subdiacono qui parificantꝰ de seruis nõ ord. miramur. duplex. Et in presbyt. triplex, arguendo à maioritate gradus ar. xl. dist. homo Christianꝰ. & . lxxxij. di. c. j. Solutio. simplici dicit nõ respectu presby. cõmittentis: sed respectu mulieris, in qua cõmittitur. vel respectu eius, quod habetꝰ super eo. nuper. & quod dicam. j̃. qõne prima versu. sed dic verius. ¶ Secundò opponitur de c. vlti. s̃. de temp ord. respondet Hosti. ꝙ ibi loquitꝰ de occulto peccatore: hîc verò de publico & notorio & famoso: 2 † quia in occulto canonica irregularitas per pœnitentiam aboletur: sed in publico est infamia, & malum exemplũ. q̃d facilè sequitur multitudo. j̃. de purga. can. cum in iuuẽtute. circa prin. Et patet solutio hîc: cum dicit, successiuè plures. Remittit Io. And. ad nota. sua. j̃. de cleri. coniug sanè. ij.

¶ Tertiò opponitꝰ de. c. nuper. ĩ. eo. Inn. soluit. vt Ber. & dicit Hosti. ꝙ etiã contractus matrimonij etiã cum virgine, posset esse non notorius. Et sic soluit ad. c. sanè alleg. ¶ Quartò opponitur de. c. sed solue, vt. ĩ. proximè.

¶ PRIMO quæritꝰ, quæ sit ratio dubitãdi & decidẽdi hîc dico, ideò dubitandũ fuit, qa iste videbatꝰ interpretatiuè bigamus. xxv. di. c. primũ. Et ita nõ posse cum eo dispẽsari: vt. s̃. eo. nuper. & . j. c. proxi. ¶ Sed ratio decidendi fuit, q̃a fornicatio, quæ est res execrabilis non põt nullam sacræ rei significationem inducere. Vnde ibi ꝓpter iterationem nõ deficit sacramentũ, q̃ respicit huius tit. ꝓhibitio. Hosti. & Abbas. ¶ Sed dic verius, ꝙ qa ibi fornicatio simplex, idest nõ facta ꝑ

modum

modum copulæ coniugalis, nullū sacramentū inducere pōt. Et ideò nec defectū etiā sacramēti ar. ff. de iniusto. rup. testa. l. v. §. j. & eorum quæ notaui super eo. ca. proxi. in penul. quæstione. & not. Hostien. satis hîc reprobari opinionem Hug. quæ habet criminosum promoueri non posse. de quo. s. de tempo. ordi. c. fi.

3 ¶ † SECVNDO quæritur, quis plus peccet, aut vxoratus fornicando cum alia vxore, aut clericus &c. Dicebat Abbas, ꝙ licet plus peccet vxoratus extra coitum vxoris, quàm clericus in minoribus: tamē de constituto in sacris hoc non credu quæstio est dubitabilis.

4 ¶ † TERTIO quæritur, vtrū pro simplici fornicatione clericus sit à beneficio deponēdus? Paul. in cle. j. de offi. ord. hoc monet & tenet, ꝙ nō. Idem tenet Henri hîc. d. ꝙ pro simplici fornicatione non deponit: vt. lxxxij. di. presby. xxxiij. dist. fraternitatis: nisi de rigore factum fuerit vt. lxxxj. di. si quis Eps presby. dicit tamen, ꝙ in constituto in sacris, nō potest dici fornicatio simplex. & ibi dicam.

5 ¶ † QVARTO quæritur, pone, ꝙ Eps crimen fornicationis publicæ cōmittit: nunquid cum eo poterit per alium, quàm per sedem Apostolicā dispensari? videtur, ꝙ non: quia hoc delictum depositionē inducit. xxv. disti. c. vnum orar. §. aliâs ea. ¶ Alij dicūt Metropolitanū dispensare posse, vt hic &. j. de iudi. at clerici Dicit Host. prima facie videret, ꝙ nihil obesset Papæ si ipsum deponere noluerit, ꝙ valeat Metropolitani dispensatio. verum dicit, ꝙ licet ipse esset Archieps, nō puto, ꝙ Archieps in hoc sit iudex. Remittit ad notata sua de eleg. cum in cunctis. in fin. Ex quo infertur, ꝙ dispensare potest. Quod fatentur Henri. & Pampiloneñ. Eps Ad quod vtinam aduerterēt nonnulli Prælati, qui focarias notoriè tenent. ¶ Verum circa istam materiā dispensationis super clericorum fornicatiōe, ponit Henri. vnā distinctionē talem: qa aut fornicatio est occulta: & tunc dispensatione non eget. fa. nota. Io. ij. q. vij lator. Si publicū est, seu famosum. & est Eps vel superior, solus Papa dispensat. Si verò inferior est Epo dispensat Eps saluo. q. d. dicam in proxima quæstione, etiam si sacerdos, vel diaconus. quod tenet frater Io. in summa confessorū tit. de lapsis & dispēsationibus, in quolibet mediocri peccatore. Sed dic, vt scripsi. s. de temp. ord. ex tenore. & c. quæsitum. & dicam in. c. at si clerici alleg.

6 ¶ † QVINTO quærit, nunquid presby. notorius fornicator sit irregularis: vel cum eo dispēsari nō possit per Epm Hosti. dicit ꝙ sic, pro eo, qa talis fornicator ab officio est suspensus: vt. j. de cohabit. cleri. vestra inducit notata Inno. j. de sen. exc. cum medicinalis. §. si quis aūt. & §. fi. &. j. de cleri. exc. ministrā. c. si celebrat &. j. de cleri. peregr. c. j. ¶ Dicit tamen Hosti. ꝙ aliter nota. de hoc. j. de cleri. exc. ministran. c. fi. & de simo. tanta. Et ideo suadet talibus, ꝙ abstineant à celebratione diuinorum. Quod examinabo in. c. vestra. vel in. c. si celebrat alleg. qa hîc non iacet proprius locus eius.

7 ¶ † SEXTO quæritur, nūquid fornicatio simplex indistinctè peccatum mortale existat? frater Astensis lib. ij. tit. de luxuria. dicit firmiter tenēdū, ꝙ sic. Probat p hoc ꝙ Apostolus ad Galath. vj. pmissa fornicatione & quibuslibet alijs vitijs, subdit ꝙ qui talia agunt, regnū Dei non consequent. Ab hoc aut nihil excludit. Et idem tenet Io. And. in cle. ad nostrum. de hæret. ver. vij glo. ij. pbatur expressè. xxv. dist. §. aliis ea demum. xxj. q. j. pdicandi. xxxij. q. iiij. meretrices. Tho. iiij. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquā patiaris crimen scire. Sed crimen importat mortale. lxxxj. di. c. j fa. de pœnit. & remiss. deus qui. Itē præceptū est non mœchaberis. Exo. xx. & xxxij. q. vj. nō mœchaberis. & Deutero. xxiij. ibi, nō erit meretrix, &c. & i. ad Corin. vj. fugite fornicationem &c Quod tenet Thomas. ij. secundæ quæstio. C. lege. iiij. arti. ij. & iiij. vbi de hoc.

¶ Quod facit contra aliquos iuuenes, quos vide in labe huius criminis adeò excæcatos, ꝙ contrariū publicæ asserere minimè verebant. Quod † si obstinatè tenerēt, transiret in aliud 8 peccati genus horrēdius, videlicet in crimen hæreticæ prauitatis. ¶ Caue tamen. qa fornicatio quandoq; capit pro omni peccato mortali: vt in psalmo: perdidisti oēs qui fornicant abs te. Aliquādo pro peccato carnis: vt i. ad Corin. j. fugere fornicationē. Quādoq; pro coitu cum soluta. Et sic diuidit contra alias spēs luxuriæ. Quādoq; pro secūdis nuptijs. & sic dicit Chrysos. ꝙ accipere vxorem. ij est fornicatiōis. Sed hoc vltimo modo, nō est peccatū: sed incōtinentiæ signum. xxxj. 9 q. j. ꝙ dormieris. secundū Henri. ¶ † Finaliter ex ista decretali notat. Host. tria valde notabilia. Primū est, ꝙ regulariter occultus peccator quātuncunq; deliquerit per pœnitētiam statui pristino restituit. Quod de mediocrib. peccatis est in10 telligendū: vt legitur & no. in. c. quæsitū alleg. ¶ † Secūdum est, ꝙ idem quātuncunq; notorius p pœnitentiā & dispensationē sui iudicis, eidem statui restituit: dummodo abstinuerit à diuinis. & intelligat suū iudicem Epm in his, q̃ non spe11 ctant ad Papam. & in his solum papā, vel aliū, cui hoc cōmittit. ¶ † Tertiū est, ꝙ si celebrauerit nullus dispensat, nisi Papa. ¶ Supple glo. In. j. glo. ibi: *fraternitatis.* vbi de hoc & ibi. §. j. &. j. de pre. cum qui lib. vj. & : *& in fi.* facit quod dixi. s. c. proxi. super glo. triplex in fi. Io. An.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Subdiaconus cum vidua contrahens, an perdat priuilegium, Canon. si quis suadente.*

¶ *CAP. VII.*

A Nobis. ¶ Casus. Subdiaconus, qui cōtraxit cū vidua, & eam cognouit, bigamiæ pœnā incurrit: licet bigamus non sit. ¶ Expone literam *de facto.* s. eo. nup. ad finē. ¶ *Duxit* quātū in ipso fuit. *Non potuit* de clericis. cōiu. p totum. qui clerici. vel vouētes. c. j. *Duxit.* & cognouit. Ne sit contra. s. eo. debitū. *Viduam:* & corruptā ne sit contra. s. de cleri. coniug. sanè ij. *Vxorem.* Secus si concubinam. s. c. proximo. ¶ *Bigamus.* si matrimoniū contraxisset, & fuisset in minoribus tamen tenere matrimoniū, sed esset exutus omniū priuilegio clericali. lxxx. di. c. quisquis. ¶ *Tamen:* ac si dicat, si bigamus non sit, vel matrimoniū non tenuerit. *Dispensare:* per Episcopum: sed per Papam posset dispensari. Et refert Pet. ꝙ papa Innoc. iiij. in casu huius capituli cum quodam monacho dispensauit.

1 ¶ † Quærit, an talis subdiaconus cōtrahens cum vidua, perdidit priuilegium canonis, si quis suadente Hostien. putat, per generalitatem nostræ Decre. illud non esse sublatum ar. ff. de pig. l. generali. Et quia in dubio debet quis reputare se excommunicatum. j. de cleri. exco. ministran. illud. §. licet. Et quia tuti. animæ sentiendum est. j. de spon. iuuenis. Et quia hoc non potest dici ex verbis, sed solùm ex interpretatione: vt hic. Modo contra tam solennem, tamq; fauorabilem canonem Papæ est interpretatio not. magistri. j. de sen. excom. inter alia. Et iungi iungenda dici notata sua. j. de clericis cōiung. diuersis. Concludit ꝙ ex quo hîc nō tenuit matrimonium dummodo corrigibilis sit, omne priuilegium retinebit. lxxxj. distin. dictum. l. distin. studeat. Alioquin contra. j. de vita & honesta. clericorum. c. fi. & titu. sequenti. c. ij iij. & iiij. Et de hoc tetigi. s. eo. nup. in. iiij. quæstione. Et videtur decisa quæstio. pro hac parte, per no. ibi, & in. iiij. quæstione. Sed adhuc tangam. j. c. alterationis lib. vj. in tertia oppositione. vbi vide. ¶ Hostien. autem hîc format. viij. quæstiones, quas non decidit: sed de illis remittit ad summam. §. penult. sub. §. circa multæ mouentur quæstiones. versu, sed. quæritur, & sequentibus. ibi vide.

¶ Supple gl. primā ibi: *Dispensari.* in officio: in bñficio bene. xxviij. distin. presbyterum. Sed contra, talis cum omnibus bonis suis tradi debet curiæ seruiturus. In authen. de sancti. Episco. §. si verò post. Sed illud non prohibet dispensationem. Vinc. Et hoc multum vrget ad hoc, quòd non sit priuatus omni priuilegio clericali. Si priuatus esset, quomodo posset cum eo super beneficio dispensari, fortè esset.

De clericis peregrinis. Rubr.

¶ Quia inter eos, qui ordinibus prohibentur, arcentur & peregrini. ideò &c. Goffr. habetur materia lxxj lxxij. lxxiij. dist. per totum &. ix. q. ij. congruit. de clerici non resi. fraternitati. ¶ Qui dicantur hic peregrini, & quare non admittantur indistincte & quæ sit differentia inter hunc titulũ &. ĩ. de peregrinãtibus remittit Hosti. ab summam. c. titul.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Viatores an debeant permitti celebrare?*
2 *Sigillum vnicum authenticum fidem facere. Et an pluralitas sigillorum siue illorum notitia fidem inducat?*
3 *Literarum quadã cõmẽdatitiæ, & quæ dam dimissoriæ. Et quid sint?*
4 *Literas commendatitias num possit Episcopus suo subdito, vt ad celebrandum recipiatur, concedere? Et quid de Abbatib. an dimissorias concedere queant, siue exempti, siue minimè? nu. 6.*
5 *Episcopus, an clericum in aliena diœcesi parochialem ecclesiam habẽtem, ad aliam parochialem in sua diœcesi promouere possit?*
7 *Suspensus à Iudice, vel Iure, an sic sit irregularis, vt cum eo solus Papa dispenset? Et quid de eo, qui deprehensus in publico crimine, celebrat?*
8 *Presbyter volens vltra mare in ordine suo admitti, an necesse habeat de inferioribus ordinibus docere, etiamsi sacerdotij literas exhibeat?*

¶ *CAP.* I.

TVanos. ¶ Casus. Vltramarini & alij valde remoti ordinationem suam probare debent, per quinq; Eporum sigilla. ¶ Primò cõsultatio. Secundò responsio. ibi: *tua igitur*. ¶ Expone literam *magnum*. per hoc videtur loqui de promotis ad sacros, iuxta notata. de sacra. non reiterã. Hosti. ¶ *Incertum*. graue est ergo diffinire &c. xj. q iij. graue de rescriptis cum cõtingat. de renunc. post trãslato de fide instru. ꝑ super his. Host. ¶ *Ex fsis*. Supple quæris, an saltem ex dispensatione tua tales sint admittẽdi. Ad hoc respondet in fi. cætera dicit ad ipsius ministrationem. Similem. ŝ. de bigamis, dicit. Hosti. ¶ *Respondemus*. in antiqua dicebatur indulgemus. Et Tanc. exponebat, idest significamus. ¶ *Episcoporum*. non aliorum prælatorum ministrorum. Inno ¶ *Alns*. Transmarinis clericis Innocen. ¶ *Obseruandum*. s. quòd tales possunt admitti, si hunc notum sigillum proprij Episcopi. vel quinq; sigilla ignota. Hosti. ¶ *Ita tamen* supple cõseruetur: vt. ŝ. si ad beneficium, vel ordines poterit ꝓmoueri. *Suspensione*. idest ꝓbatione. vel quo ad alios: vt notaĩ. ĩ. de cohabi. cle c. fi. *De actibus*. ff. nao. capo. sta l. vlti. §. hac. Inno. ¶ *Instruantur*. Prælati ad quos declinãt Nam graue est inexpertos &c. viij. q. iij. in monasterijs. Nec sunt talia cõmittenda ignotis. de conse. dist. ij. tribus. ¶ *Oportet*. ideò sic, si quæreretur, an gauderent priuilegio clerici Ioã. And. ¶ *Saluum*. quid iuris de his habetur lij. dist. c. vno. ĩ. de cleri. per sal. promo. per totum ¶ *Poterit*. dispensare.

¶ Opponitur ibi: obseruandum. Nam videtur nimis graue, quòd viatores petentes se recipi, ita subtiliter sint examinandi. xlij. dist. quiescamus. ¶ Sed dicit Inn. ꝙ de illis nõ loquitur ista decre. sed loquitur de his qui postulant recipi: vt clerici in ordine suo. ¶ 1 † Sed nunquid viatores permittẽdi sint celebrare? dicit Inno. ꝙ sic: vt. ĩ. eo. c. tuæ de consecratio. dist. ij. non prohibeat. vij. q. j. Episcopi.

2 ¶ Secundò opponitur, ibi: *quinque Episcoporum*. † quia sigillum vnum authenticum: facit fidem vt. ĩ. de probat possessionem. lxxxix. disti quãuis. lxxj. disti extraneo. & lxxij. dist per totum. ¶ Sol. Ber. & Innocẽ. in glo. ij. Dicunt ideò requiri quinq; quia sigilla non erant nota, & fatentur probari posse ꝑ testes. ¶ Caue tamẽ, & intellige illud de sigillo ordinatoris, nõ de alio testimoniali, per notata in dicto. c. possessionẽ. Item caue: nam & si essent mille sigilla, non sufficerẽt ne aliquali notitia. Notat Io. xxviij. disti. c. j. fatetur tamen Hug quinq; ignota sufficere: quia citius falsatur sigillũ vnius quàm plurium. Simile, ꝙ requirũtur quandoq; plures testes quàm duo: ne falsitas machinetur. C. de fideius. l. fi. ĩ. de testi. licet vniuersis. in fi. Sed non placet hæc ratio. Hostiẽ. quia nõ est ita facilis corruptio quinq; testium, sicut quinq; sigillorum: quia quis culpando falsat vnum sigillum, de facili posset falsare centum. ĩ. de do. & contuma. cum olim. Quia falsitas sigillorum multorũ potest dependere solùm ab vno corrumpente: sed non possunt falsari duo testes quin sint ibi corrupti. Et ideò non est ita facilis corruptio multorum testium, sicut vnius fabri. Prouerb. xxix. in multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera. ¶ Nunquid ergo sufficiant quinq; sigilla ignota: vel an necesse est illa sigilla probare? Dicit Inno. ꝙ oportet habere aliquam notitiam de sigillis, vel de clericis. saltem per famam. vel secundùm Host. per vnum testem, aut saltem vnius de sigillis notitia, vel aliquæ probabiles cõiecturæ lõ. enim de quinq; fuit dictum: vt facilius vnius eorum notitia habeatur. Talis enim fortè vnum notum habebit, qui quatuor non cognoscet. facit. c. proxi. ibi, per idonea &c. Subdit Innoc. ꝙ si notitia probetur per testes, sufficiunt duo &. ĩ. c. tuæ. ¶ Tertio opponitur: quia videtur, ꝙ quinq; sigilla non probant: nisi probetur sigilla ipsa esse illorum, quorum esse dicũtur, per collationem sigillorum, aut aliàs legitimè ar. in authen. de instru. cautela & fid. §. j. coll. vj. &. ĩ. de fid. instru. c. ij. ¶ Sol. dicit Innoc. & Hosti. post eum, ꝙ quod hic dicitur locum habet in his, in quibus nullum, vel modicum præiudicium generaretur alicui: sed si aliquãtulum magnum præiudiciũ generaretur, habet locum quod in contrario dicitur. Et facit ad id, quod de instrumento ex longinquo producto notari solet. ĩ. de fide instru. c. j.

3 ¶ † Quærit ibi: *testimonijs*. Quæ literæ sunt istæ? dicit Inn. ꝙ cõmendatitiæ. vnde. ŝ. in rub. ipse dixit, ꝙ aliæ sunt literæ cõmendatitiæ, aliæ dimissoriæ. Dicunt commendatitiæ per quas quis de vita & moribus cõmendatur: in quibus etiam dum recommendato opus est, sui ordines exprimũtur arg. lxxij. dis. c. penul. & vlti. ¶ Dimissoriæ dicunt, per quas quis dimittitur à iurisdictione Prælati. lxxiij. dist. c. vlti. De hoc vide. ĩ. de cleri. non resi. c fraternitati ¶ Sed quis põt concedere istas literas? dicit Inno ꝙ dimissorias non habet concedere prælatus, minor Epo. ĩ. de offi. Archid. significasti. Sed commẽdatitias credit posse cõced. per quoslibet bonos prælatos ar. ĩ. c. inter. Nam hic innuitur, ꝙ nedũ per literas Epi, sed etiam per alia instrumẽta potest constare, de eius ordinibus: vt licitè possit promoueri & celebrare. secũda. quia & hic etiam non dicitur, ꝙ aliqui istorum quinq; eum ordinauerit. 4 ¶ † Sed quærit Inno. nunquid quo ad ordines scilicet, vt recipiatur in ordine suo ad celebrandum, solus Episcopus, qui ordinat, põt concedere commẽdatitias? Dicit Inn. quosdã dicere, ꝙ sic ar. lxiij. dist. c. vlti. ¶ Sed pone, occurrit casus, ꝙ est ab alio Epo ordinãdus: nunquid tunc sufficiũt literæ dimissoriæ sui proprij Epi? dicit Inno. ꝙ sic. Imo dicit, ꝙ necessariæ sunt: quia tunc tantum põt ab alio Epo ordinari: cum à suo Epo est dimissus. & tũc licitè & de iure ab alio Episcopo ordinaĩ. Aliâs autem secundũ eum nullus Episcopus debet ordinare clericũ alterius Episcopi. Et si fecerit, irrita est eius ordinatio, quo ad executionẽ. ix. qui Episcopum. ¶ Sed pone: clerico vnius Epi, alter Eps dat beneficiũ: nunquid tunc illũ poterit ordinare? dicit Inn. ꝙ sic: q̃a ratione beneficij fit de iurisdictione secũdi Epi, & potest eum iudicare. ¶ Sed cõtra videĩ. ix. q. iij. c. j. & ij &. ĩ. de paroch. c. nullus. vbi statuiĩ, ꝙ vnus Eps de subditis alterius Episcopi se non intromittat: nec illos iudicet. & pro hoc. l. xxj. dis. c. j. & per totum, &. lxxiij di. ꝑ totum vbi statuiĩ ꝙ vnus Eps nõ debet in sua diœcesi recipere, nec ordinare clericos alterius Epi. ¶ Sol. dicit Innocen. quòd illa capitula loquuntur, quando clericus à iurisdictione primi, & à primo per iurisdictionem secundi Episcopi eximebatur ex toto: puta, quia tale beneficium habebat à primo, q. d. de iure vel cõsuetudine cum beneficio

bñficio alio nõ poterat possidere: vel bñficium qđ à secũdo sibi cõferebatur, erat tale, q̃ cũ primo nõ poterat retinere. his tantũ casibus, secundus Eps non poterat iurisdictionẽ acquirere in illo, quin ex toto eximeretur à primo. Modo intentio illorũ canonum, fuit q̃ clericum alterius Epi sine eius voluntate, sibi auferre ex toto non posset. Verum si secũdus Eps ei præbendam in sua iurisdictione daret, non tollendo eum primo Epo, quod de iure posset: vt notat ipse Inn. ĩ. de pręben. cum iam dudum Et per cõsequens eum ordinare posset, licet curialius faceret, si eum non ordinaret sine licentia primi ordinatoris, secũdũ eum. fa. C. de pig. l. iij ¶ † Ex istis
5 dictis Inn. collige duo. primum est q̃ vnus eps clericum habentem parochialẽ ecclesiam in diœces. alterius Epi non potest in sua dioce. sine illius licentia ad aliá parochialẽ ecclesiá pmouere. Secundò collige, q̃ quis cum parochiali ecclesia potest de iure aliud simplex beneficium retinere. Quod non placet Hosti. Allegat. lxx. di. sacrorũ, & leg & not. s̃. de elec. dudum. j. &. ĩ. de præ. multa. ¶ Sed de hoc dicam in. d. cum iam dudum. ¶ Dicit etiam Hosti clericũ beneficiũ trãsferri non posse de vna diœces. in alteram: nisi à proprio Epo dimittatur: vt patet de renuncia. admonet. ¶ Sed & si dimissus sit antequam promoueatur ad alium ordinem. vel bñficiũ,
6 probandi sunt mores eius ¶ † Quærit posteà Innoc. vtrum Abbates possunt concedere literas dimissorias: de quo remittit ad nota. sua. s̃. de renunc. c. vlti. ¶ Sed vltra quærit, quid de Abbatibus exemptis & alijs: & respondet, q̃ ipsi literas dimissorias possunt concedere, si sunt ita exempti, q̃ diœcæsani non habeant in clericis eorum ordinationem. Quod tñ dicit rarissimè concedit alicui. Ratio huius est. Nam tunc cum in omnibus alijs, & quo ad ordines, & quo ad iurisdictionem pertineant ad exemptos, & literas dimissorias concedant, secundũ eum. quod hodie expeditum est. ĩ. de tempo. or. cum nullus. li. vj. cum ibi notatis. ¶ Secundo principaliter quæritur ibi: suspensione. de qua suspensione intelligit: dicit Inn. q̃ intelligitur de suspensatione probationis, nõ autem de suspensione hoĩs, vel Iuris. Dicit eñ q̃ ipsi in se suspensi non sunt, imo sine peccato celebrare possent: dũmodo essent in loco, vbi possent celebrare. Sed dicit, q̃ plebes sunt
7 suspensæ. j. ꝓhibitæ eorum officia audire. † Probat hac ratione, quia si suspensus diceret à iudice vel à iure, esset irregularis, & posset cũ eo dispensare solus Papa. xj. q. ij. si quis Eps dá. & facit. ĩ. de re iudi. c. j. li. vj. tamen in hoc casu dispensare potest Episcopus, etiam si celebrauerit populo, licet non debuerit celebrare: vt. j. e. c. fin ¶ Inducit. in no. vnum simile dicens, q̃ licet quis deprehensus in publico crimine, nõ debeat celebrare, nisi cum eo dispensetur: tñ si celebrauerit non præcedente etiam dispensatiõe, poterit Eps super hoc dispensare. cum ei prohibitum nõ inueniatur. Imò posset etiam dici, secundum quosdam: vt ipse refert, q̃ etiam si hic suspensus esset iure. Eps dispensare posset. Et q̃ capi. si quis Eps dam. loquit̃ tantũ de suspensis ab homine, non à iure. In hoc tamẽ Inn non firmat pedem: sed dicit q̃ de hoc notabit plenius alibi. ĩ. de cleri. ministran. si celeb. vbi etiam notat, q̃ publicus criminosus sine dispensatione celebrás, irregularitatem non incurrit. licet contrarium notet. ĩ. de sen. ex. cum medicinalis. libro. vj. dicam in. e. si celebrat.

¶ TERTIO quæritur ibi. *inferioribus*. nũquid presbytero volenti admitti in ordine suo vltra mare, necesse est docere de inferioribus ordinibus? dicit Inn. q̃ sic. & q̃ nõ sufficit ostẽdere literas sacerdotij: nisi habeat literas ĩferiorũ ordinũ & de quolibet ordine. ¶ Et hoc verum, nisi qui ordinabit in sacerdotem tantæ discretionis sit, q̃ præsumendum sit, q̃ non ordinasset eum: nisi habuisset literas ab eo, qui ordinat eum in diacono, & ad alios ordines. Tunc enim non quærãt literas super diaconatu: nec in alijs ordinibus. ar. ĩ. e. proxi. §. lm eũ. Quia pręsumã oĩa solẽniter facta. xcvj. dist. nobilissim⁹. ĩ. de procu. vt nostra. Insti de fideiu. § fi. Host. ¶ Quartò quæro ibi. *dispensari*. de qua dispensatiõe loquitur? dicit In nocen. quòd debet exponi dispẽsari. i. prouideri: secũdum Ber. de benignitate recipi. Nã hoc fit sine dispẽsatiõe solẽni de qua fuit dictũ. s̃. de fil presby. veniens scdm eum. ¶ Vel dic secundũ eum: q̃ dispensatio est necessaria propter hoc q̃ clericus est ignotus: & testimoniales literæ ignotæ ¶ Dicit tamen, q̃ hanc dispensationẽ nõ potest facere, nisi Episcopus: vt. j. e. c. vlti. Et iste intellectus magis sibi placet. ¶ Vel secundũ Hosti. dispensari ad literam si in aliquo egeret dispensatione. de ordinatis ab Epo. c. j. &. ij. ¶ Attẽde qađs. Hug. mouet hic quest. Guil. de petra lata, de qua p Io. An. ĩ. de reg. iur. licet actori. li. vj in no. in quæstione mercuriali. Sed ibi de hoc intendo dicere Deo dante. ¶ Supple glos. ¶ In glo. quod hic. in fi. Tales enim si mentiant̃ solum sibi nocẽt. Vinc. In gl. Nam ibi. *cum per bellicam*. de hoc. &. xliiij. distin. multis. &. ĩ. de præsump. scribam.

¶ SVMMARIVM.

1 *Sacerdotio probando, quid sufficiat?*

2 *Probationum & si species vna non sit sunt tamen omnes idem in substantia. Et sub hac equiparatio triplicis speciei probationum & sacrosanctæ Trinitatis.*

¶ CAP. II.

INter quatuor. ¶ Casus. peregrinus: qui iurat se ordinatũ, nisi aliter probet, in illo ordine non recipitur: nec ad superiores promouebit̃ ibi: inquisitioni ¶ Expone literã. *Inter quatuor.* Sic incipiunt de ma. & obe. de ele. non resi. & de religiosis domi. inter quatuor. In quib⁹ sunt ptes huius. ¶ Vtrũ sup quęsiuisti. ¶ *Offerentes*. Minoris authoritatis est iuramentũ sponte oblatum, quã à iudice delatum: vt dicam ĩ. de in integrũ resti. ex literis. Ipsorũ clericorũ ad te venientium suscipere ad celebrandũ solenniter ad titu. bñficij. ¶ *Præsertim*. pro maximè *Conuersatio*. vtrũq; igitur esset necessariũ ordinis testimoniũ, & vitæ probatio. s̃. c. ꝓximo. Inn. & Hosti. ¶ Quęritur ibi: ar. quæ sunt ista arg. vide Ber. in glo. ij dicit Inno. cũ Ber. q̃ sunt sigilla nota ordinatoris & testes & secundum quosdã alia iudicia probabilia. ar. ij. q. vj. c. ei qui appel. § nullus hnmicidarum. ĩ. de præsump. literas. xxxij q. j. dixit Ratio eorũ est Nã cũ hoc nõ quæras, talis alterius patrimoniũ, seu præiudiciũ: & maximè in spiritualib⁹, sufficit credere, ac si diceret nõ requirit̃ scire: dũmõ aliás sit bonę vitę, & habeat quinq; sigilla, Eporũ, licet ignota sint sigilla si aliter notitia habeẽ p fami. vel alio mõ. vel de Epis. ipsis & terris eorũ licet eñ aliàs nõ sit sufficiẽs probatio. Tñ i casu præsenti finaliter credit Inno. tales posse admitti. Ad quod facit secundũ Hos.
1 ĩ. de testi. licet in fi. ¶ † Iuxta quod pone, q̃ quis fuit ordinatus, iam sunt elapsi. l anni. Nec existant testes, vel instrumenta ordinationis suæ: constat tamen per illos inter quos cõuersatus est, q̃ semper se gessit vt presbyter: sic celebrauit, & cõuersatus est: nunquid hoc sufficit: Dicit Hostien. quòd sic. argu. ff. ad Macedo. l. tertia prima. de presbyte. non bapti. cap. ij. & tertio. ¶ Sed quod tũc erit idoneum argumentum? dicit Hostien. quòd non ex multitudine sigillorum penitus ignotorũ: sed ex certis & sufficientibus pręsumptionib⁹ indicijs dixi. suprà capitu. primo Præterea non placet Hostien. ex Innocẽ. de testibus quia probatio testiũ & instrumẽtorũ alia est à probatione argumentorum, ad quam deuenitur deficiente prima ¶ Subdit autem Hostien. quòd licet vna spẽs probatiõis non sit alia: tñ sunt idẽ in substantia. Et est simile de personis Trinitatis Et subdit, q̃ probatio testiũ põt
2 æquiparari patris potẽtiæ. probatio instrumẽtorũ, vel literarum filij sapientię probatio argumentorum Benignitati, vel beniuolentię spũs sancti. Et quia arg ad modũ spũs sancti procedentis à patre & filio, quandoq; procedunt ex testibus per se insufficiẽtib⁹: qñq; ab instrũs nõ per oĩa idoneis: qñq; ab ambobus simul iunctis voluerunt iurislatores per hunc modum subuenire. Ad hoc de verborũ signi. forus. § causa

Dicit tamen, quòd hîc adaptatio non est nimium attendenda: quia licet in his aliqua similitudo notetur non tamen per omnia. de sum. Tri. damnamus. ¶ Supl glos. in gloss. ij. ibi. *de præsump. literas.* & de hæreti. excommunicamus ibidem hoc in vult gloss. Et ibi. *episcoporum*. vel dicta testium apud suum Episcopum, viderunt ipsum celebrare in eo ordine, quem se dicit habere Gof. Et ibi: *cum olim si.* vbi de hoc in vl ti. glo. &. c. nobilissimus. alleg.

CAP. III.

TVæ. fraternitatis. ¶ Cas. peregrinus, de cuius ordinatione non constat, non permittitur in pub. celebrare: sed permittitur in occulto. Secunda ibi: respondemus. ¶ Expone, *vtrum*. Seu b. quæsiuisti pe. ¶ *Testes.* æquiparantur ergo testes & instrumenta. j. de fide instrumen. cum Ioan. Sub. vel idonea argumenta: vt notatur. s. c. proxi. Hosti. *Cano.* de conse dist. ij. c. tribus. Innocē. Et dic canoni. s. ad omnes ordines De hoc notatur. s. e. c. j. Innocen. *penitus*. hoc dicit quia dato, & nunquam fuisset aliâs ibi visus: tamen per famam personæ diuulgata, & qualitatem & quantitatem sociorum, posset Episcopus informare animum sui motum: vt legitur & notatur. j. de testi. præterea. Ad hoc, xxij. qō. v. hoc videtur. &. j. c. proxi. in princip. Et adde quod notatur suprà. c. proxi. §. j. Hostien. ¶ *Celebrare.* publicè. & sic bene cōtinuatur: quod sequitur. Hostien. ¶ Suprà. in prima. gloss. in fin. quas Episcopus dare non debet, non postulatur. ne præstet materiam euagandi. lxxij. dist. c. j. Goff.

¶ SVMMARIVM.

1. *Testimonium ferendo in causa propria, num quis fidem faciat?*
2. *Prælati cum prioris prælati, sine tamen licentia, seu approbatione ac proprij Episcopi dispensatione expressa, an possint in sua ecclesia instituere? Et quid de inferioribus Prælatis, num possint peregrinos ad publicè populo celebrandum admittere & literas dimissorias dare nu. seq.*
4. *Exempti, an possint aliquos in suis ecclesijs absque licentia episcopi diœcesani recipere? Et quid de habēte literas dimissorias nu. seq.*
6. *Episcopus, an possit dispensare, quòd clericus alterius episcopi sine dimissorijs instituatur remaneat in ecclesia?*
7. *Dispensatio, num sit necessaria in his, qui aliquo contempto, vel post appellationem sunt electi.*
8. *Dispensatio de qua hîc, quid concernat.*
9. *Legatarius legati possessionem in specie consistentis vnde habere debeat: & quid si aliunde habuerit, quàm vnde expedit.*
10. *Episcopus, num eos de iure cassare possit, qui beneficiorum possessiones, sine ipsius authori. apprehenderunt.*

CAP. IIII.

TE nobis. ¶ Casus. Inferiores prælati sine diœcesani licentia & cōsensu in ecclesijs suis peregrinos non possunt instituere. Secunda ib. *attenden.* ¶ Expone. didiscimus. j. scire dicimur. xxij. quæstio. v. hoc videtur. Et † est argumen. quòd quibus in causa propria ferendo testō fidem facit: licet contrarium regulariter sit ver. iiij. q. c. si testes §. itē nullus. de hoc. j. de testi. in omn i. vel expone didiscimus, quo ad scribentem. sed nō quo alios vel hoc dicit quia non præsumitur, quòd prælatus scribat falsum. argu. vt ecclesia. bene. c. vt nostrum. Vel expone. j. accepimus. vel audiuimus Hosti. ¶ *Tua.* quod præsumitur. Ex quo sunt in diœcesi. de relegi. do. de zenodochijs. ¶ *Conscientia tua.* se nec cum conscientia eius hoc licet, nisi à prælatis suis essent dimissi. lxxj. &. lxxij. dist. per totum. Inno. & Hosti. *de alienis*. Sed nec indigenas possunt instituere, sine Episcopo. Hosti. De hoc. j. titu. j. cum satis. ¶ *Episcopatibus*. aliâs partibus. Et propter hæc verba facit ad titulum. Hosti. Qui dicit, quòd competentius sub titulo de institutionibus ponentur. ¶ *Clericos*. ignotos, vel notos. Sed ad celebrādū bene possunt illos admittere, si illos plenè noscerent, non per literas: quia solis Episcopis reseruata est hęc cognitio: Inn. ¶ *Non veretur* sub. quæris vtrum tales lr̄as debeas remouere, an cum eis debeas dispensare? ¶ *Id.* s. extraneos instituere. ¶ *Nulla ratione.* s. scripta, quæ cōtraria est: vt seq̄ vel cōsuetudinaria. Est enim in hoc cōsuetudo irrationabilis & in præscriptibilis. Est est irrationabile, quòd quis substrahat se à iurisdictione sui Epi, vel vsurpet, quæ sunt ep̄alis authoritatis: vt. xxiij. dist. nulla de excessi. p̄l accedentibus Et de hoc de præscrip. cū ex officij. & de offi. Archi. c. fi. Hosti ¶ *Licere.* tn̄ quia potius, propter, quam alieni sunt instituendi. lxxj. &. lxxij. dist. per totū. tum quia institutio authorizabilis ad minorē Epo pertinere nō potest xxvj q. vij. nullus. & de hoc. j. ti. cū satis. Tū qa nulla ratio permittit, & c vt hîc. Tū quia cōtrariū est honestati: vt sequi Hosti. ¶ *Remouere.* quantūcūq; tenuerint, ex quo viciosus est ingressus: quia in talibus spectatur initiū, de electi. dudū prima & secunda. de præben. delicto.

2 ¶ † PRIMO ibi. *Instituere*: nūq̄d p̄lati ēt cū lr̄a prioris p̄lati sine lr̄a tn̄, seu approbōne & dispēsatiōe exp̄ssa proprij ep̄i pn̄t instituere in ecclesia sua dicit Inno. expressum esse, quòd non, hîc, &. lxxij. dist. hortamur. Sed quæ est ratio huius? dicit Inno. quòd ratio est: quia aliquando crederent inferiores p̄lati aliquas literas sufficiētes quæ non essent. Vel posset ille clericus habere duo impedimenta. & ideò bene est prouidētia ordinarii necessaria. j. de sent. exc. c. ij. Ho. ¶ Sed nunq̄d

3 admittere possunt inferiores prælati peregrinos ad populo publice celebrandū. dicit Inno. quòd nō: vt. lxxj. dist. extraneo. ¶ Sed nunq̄d licet eis dimissorias dare, dicit Innoc. quòd non, sed ep̄o tm̄: vt. j. de offi. Arch. signi. & c. extraneo. allegato.

4 ¶ † SECVNDO quæritur, quid de exemptis: videlicet, an possint in suis ecclesijs aliquos recipere absq; licentia ep̄i diœcesani: Rn̄det Inn. quòd nō. Ratio est: quia Ep̄s in personā sacerdotis recepti ab eo exēptis potest animaduertere, si i diœcesi sua delinquat celebrādo. vj. q. iij. placuit. C. vbi de crimine agi oportet auth. in prouincia. Nisi fortè & familiares exēptorū sint exempti: quia tenor priuilegij diligenter est seruādus. j. de priuileg. porro. ¶ Sed pone, quòd Ep̄s malitiosè differt suū præbere cōsensum: quid tunc fiet: dicit Inno. quòd tunc erit agendū ad hoc coram superiori ar. j. de iure pat. nullus.

5 ¶ † TERTIO quæritur: pone clericū habentem literas dimissorias, vult prælatus exemptus instituere in ecclesia sua recurrit ad Ep̄m, vt faciat quod iuris est: quid habet tunc facere Ep̄s: nunquid necessarius eius assensus: dicit Inn. quòd non. ¶ Quid ergo habet facere: dicit Innocē. quòd tantū habet cognoscere de literis dimissorijs, & illum pronūtiare dimissum. Et postquam dimissum pronunciauerit eum plenè, licitum est exemptis eum accipere. ¶ Sed qualiter intelligitur hoc: nunquid exempti in suis locis exemptis prohibentur per se, sine licentia Episcopi clericos habentes literas dimissorias accipere: dicit Innocen quòd non, si loca illa plebem non habent. & quòd præmissa intelligūtur vbi loca prælatorū habent populū. ¶ Sed quomodo respondetur ad hoc, quòd ratione delicti Episcopi: in eo animaduertere dicit Innocentius: primò dicta intelligenda, videlicet clericos exemptorum exemptos, gaudere exemptionis priuilegio, videlicet quòd domum relinquit. Subaudi, in loco non exempto subiecto Ep̄i. j. de priui. volen̄. li. vj. vel intelligo illud secundū eum. s. quòd dictū est ratione delicti, posse in eos animaduerti: intelligi de exēptis. speciali priuilegio & concordat Hosti. in præmissis.

6 ¶ † QVARTO quæritur, nūquid Epis. potest dispēsare, quòd clericus alterius Episc. sine literis dimissorijs instituat, & remaneat in eccle. Dicit Inno quòd non. Sed dicit: quod cū habente literas dimissorias sine eius licentia in ecclesia instituto: & malè. & qui per consequens eijci debet, dispensari

7 potest: vt remaneat, secundum eum quòd Hostien. ¶ † Quintò ad euidentiam huius magis habendā, quæritur, nunquid necessaria est dispensatio in his, qui aliquo cōtempto, vel post appellationē sunt elec. dicit Inn. quòd nō: qa ibi electio est canonica: licet possit cassari. Sed hîc, puta in īstitutiōe facta sine Epo, sec⁹, scd̄m eū. Alle s. de elec. qd̄ sicut. cū ibi no. ¶ Vel aliter dicit Inn. quòd nō est hîc necessaria exercitatio quo ad hoc, vt istō valeat: sed bn̄ est necessaria quo ad hoc, vt suę istōnis recipias

recipiat exequntionem:quia eum non recipit nisi fuit cum eo dispensatum.argu.ix.q.ó.ij.lugdonen. Et hoc ferè cum prio idem est,secundū eū, Vel melius dic secundum Inn. & Host.ꝙ necessaria est dispensatio:quia ignotus est:vt no.s.e. c.j.¶ Sextò ibi:*dimittendos*.quærit ex qua institutióe.&c. de Ab.ꝑ hunc textū probaui prælatos illos instituentes,de quibus hîc dicit:aliâs hr̄e ius instituendi:aliâs non sufficeret dispensatio:sed requireretur noua iustitutio. ¶ † Et sic nota, 8 ꝙ dispensatio de qua loquit̄ istud cap.non cōcernit tituli corroborationem,sed solum quo ad exercitationē, Et instituti sine hac dispensatione,per prælatos alios de cōsuetudine,vel priuilegio instituendi potestatem habentes bonū titulum habens in beneficijs:licet ad eorū possessionē sine licentia Epi admitti nō deberet. Et ꝙ admissi ad possessionē sine 9 hmôi licentia remoueri debent,si noluit Eṗs.† Simile reperio in legatario speciei:qui licet à testatore recta via ius habeat in legato:vt.ff.de furtis.l.à Titio. Nihilominus tamen quia possessionem legati debet recipere de manu hæredis, si aliâs eam habuit,etiam petente hærede restituere debet vt ff.quorum legatorū.l.j.§.j.&.§.redigūtur.Sed si Eṗs voluerit tales,nihilominus in beneficijs remanere,tunc remanere poterunt.Sed quia hęc de crimina solum dispensatio dici potest.Et si tales ignoti sunt,& non docuit de ordinibus suis, saltem eo modo quo dicere debent,adhuc maior gratia . Et ideò tunc magis meretur nomen dispēsationis habere:quod tñ nō posset Eṗs cōcedere,nisi illis,qui literas administratorias haberēt Et in hoc cōsistit verus intellectus istius decret. & hîc dicitur Innocen.prout credo.

10 ¶ † SEPTIMO quæritur:nunquid Eṗs tales,qui possessiones hmôi beneficiorū sine authoritate ipsius receperūt,potest de iure cassare? videtur ꝙ sic.arg.s.de elec.qualiter.&.c. auaritiæ.li.vj.e.tit Et quod notauit Archi.j.de præb.cum, qui.c.li.super verbo temeritate.Sed cum correctione credo cōtrariū:quia legatarij in casu simili proprietatem legatorum non perdunt vt prædicto.§.rediguni.Idem pro hoc facit:quia pœna non debet delictum excedere.j. de his quæ fiūt à maiore parte capituli.c quæsiuit in fi.modo tales non deliquerunt:nisi circa possessionē nec circa aliud Eṗm offenderunt.ergo sufficit, ꝙ puniant̄ in diuisione possessionis. Et in hoc,quod habeant eam petere,& recipere ab Eṗo . Et facit quod scripsi post Inno.s.de elec.transmissa in vlt̄o notab.& prima oppositione.Nec obstant.c.qualiter.&.c.auaritiæ alleg.quia loquunt̄ in electo non confirmato,qui ius nō habet ar.ff de acquirē.pos.l.si ex stipulatione.Nos verò loquimur in illis,qui ius habēt in re Nec obstat extranagans bonifaciana,iniunctæ.quia loquit̄ in casu speciali .Nec obstat.c.vnum,eum qui allegatū.quia loquit̄ de vi occupāte, aut ius non hn̄te,vt patet ibi in pr̄imonio Nec obstāt ibi nota,per Archi alleg.quia illa non placent:vt scripsi in.d.c.trāsmissa.¶ Fateor tamen,ꝙ rebelles Eṗo in possessione dimittenda propter cōtumaciā & crimen rebellionis crescente delicto,cresceret & pœna,etiam vsq; ad depositionem vt.j.de iud.cum non ab homine.cum ibi nota.¶ Sup. in gloss.prima,ibi per totū.& maximè.c.pen.& in fine vbi de hoc.

De officio Archidiacon. Rub.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Decretal.huius Titul.de offi. Archi.cur multa Archidiacono tribuant,quæ alibi alijs dignitatibus tribuuntur.Et ediuerso.*
2 *Archidiaconus in quibus dicatur intentionem fundatam habere? Et an per consuetud.vel obseruantiam contrariam dignitati Archidiaconali derogetur?*
3 *Archidiaconalis dignitas,quare instituta sint?*
4 *Archidiaconi in eadem ecclesia si plures sint,an omnes in his de iure communi se fundent?*
5 *Archidiaconus,quis sit,vnde dicatur: quod sit eius officium:& quibus præsit:remissiuè.*

EXplicito tractatu ordinandorum, de dignitatum officijs videamus.Et quia Archid. post Episcopum maior est:ideò &c.facit.j. eod.c.j. ¶ De materia.xxv. distin . perlectis vers. Archidiaconus.& septuag.iij.dist.honoratus.& nonage.iiij.dist.c.vlti.Et bene cōuenit.de vi.& ho.cleri.de censibus.ea quæ.de symo.in tm̄.i fi.de excessib.præla.c.ij.de pœ. 1 c.licet.¶ † Circa istā rubricam quærit̄ primo:quare decret. huius titu.concedunt multa Archidiaconus.quæ alibi conceduntur alijs dignitatibus:& econtrario Inno,j.eodem capitu.j.glos.j.dicit,ꝙ capitula istorum titulorum,idcirco aliq̄ quando concedunt aliqua officia vni dignitati , quæ melius competerent alij:quia in quibusdam ecclesijs non est dignitas,cui hæc melius competere possint.¶ Vel loquuntur dicta capitula secundum diuersas constitutiones,& diuersa loca,quæ multum valent:imo præualent in offi.s.de consuet. cum olim.&.j.de exces.pręla.ad hęc.¶ Subdit Inn.ꝙ dic gl. valet ad præsentem titulum & sequentes loquētes de huiusmodi officio.¶ Secundò quærit̄,quid saltem de iure communi,quo ad ista seruanda est.Dicit Inno.ꝙ vbi cōtraria nō probaret̄ consuetudo,vel cōtraria consuetudo pęrscripta starēt his capitulis.Et per hoc allegat.c.vt nostrū.¶ Ex quibus duo collige notatu digna . ¶ Primum est,ꝙ in his quæ reperiuntur per constitutiones canonicas,& maximè per illas quæ in isto ti.continentur cōcessa Archi.Archi.fundat intētionem suā de iure communi.¶ Secundū est,ꝙ pèr cōtrariā consuetudinem,vel obseruantiā non derogatur in istis Archidiaconali dignitati:nisi super hoc sit consuetudo præscripta.Et intelligo de præscriptione quadragenaria: qa prima sola currit cōtra ecclesiā,seu ecclesiasticā dignitatē.C.de sac. san.e.auth.causationes.Et dixi.s.de cōsuetudine in.c.vlt.in v.q.Et super rub e.ti.in.iij.q.versi.quid dicendū?Nec mirū: quia illa est præscriptio canonica: vt.s.de caus.pos.cū ecclesia.& de elec.c.cum ecclesia.Et sic ꝙ appellatio huius verbi pręscripta,de illa solum intelligit̄:vt scripsi in.d.c.cōtento in ij.q.&.in.v.q alle.in fi.Et quod scripsi post Inn e.ti.cū dilectꝰ.in.ij.q.Et quod notat̄ e ti.nō est.li.vj.quæ sunt menti te 3 nenda per Arch.¶ † Tertio quæritur,quare sint instituta dignitas Archidiaconalis?Dic ꝙ ad releuandū ep̄alia.quod cōuenientius hic fieri ꝑ personā eccl.j.de his,quę fi.à prælato. c.nouit.& probat̄.j.e.ad hoc in prin.quod ꝓsequere:vt pręscripsi.j.e.c.ad hæc.§.Item in epistola.in expositiōe sup verbo possimus.& verbo,maioris.¶ † Quarto quæritur quid 4 si sint plures Archidiaconi in eodē ecclesia nunquid omnes fundāt intentionem suam in istis de iure communi?¶ Circa quod saluo iudicio meliori,dicas sic.primò,ꝙ si sit super hoc in ecclesia cōsuetudo,seruanda est:vt.c.cum olim.&.c.cum hæc alleg.Si verò non sit consuetudo tūc si est illius ecclesiæ vnus generalis Archidiaconus:licet in ecclesia ciuitate , vel dioecesi sint alij ad certa officia deputati·tamē ille solus fundat generaliter intentionem suā de iure cōmuni:quia statur regulæ præter casus exceptos.Et quod non ꝓbat̄ mutatum à regula,stare perhibetur per communia iura.De canonibus tamen alijs specialiter commissis,nisi aliud habeat consuetudo,vel institutio,seu consuetudo. vel priuilegium speciale, se non intromittet:quia specialis prouisio derogat generali. C.de pact.conuent.tam super dote.l.vltima.ff.de ver. obliga.l.doli infra de præben.c . dudum . & capitulo.quamuis. l.sexta & de re.iudi.capitu.generi.e.lib. cum concor . ¶ Si verò isti Archidiaconi plures in eadem ecclesia,& qualiter sunt fundati,tunc si non sunt diuisi per territoria , quilibet eorum insolidum habet communia iura archidiaco . cùm sint ordinarij,ad instar duorum consulum : vt.ff. de offic. cōsul.l.vna,cū ibi not.Dico tū ꝙ locus tunc esset pręuentioni: vt in dicta.l.vna.versicu .sed non potest . & ibi notatur per butriga. fa.j.de fo.compe.c.proposuisti.&.j.de procu-

ratoribus.c.si duo.li.vj.cum ibi notatis sed si eorum iurisdictio per territoria esset distincta, tunc vnus nõ possit se intromittere de cõtingentibus in territorio alterius.ar.lxxj. dist. per totũ.&.lxxij.di.per totũ.&.ix.q.iij.c.j.&.ij.&.j. de paroch.nullus.¶ Verum si ecclesia cathedralis nulli eorum esset commissa specialiter, in illa concurrerent per modũ quẽ dixi ex identitate rationis. Sed si ecclesia ipsa specialiter cum ipsa cõmissa esset vni, videret per hoc regula facere pro eo, ꝙ ecclesia caput est.arg.ff.de relig.& suprà.finitur.l.cum in diuersis.¶ † Hic conuenienter tractarentur illa quatuor, de quibus per Hosti.in summa.s.quis sit Archidiaconus. vnde dicatur. quod sit eius officium, & quibus præsit. sed dicam de primo & secundo.ĩ.eo.c.j.de tertio verò per singula capitula istius tituli.& de.iiij.ĩ.ti.j.c.j. Et si opus fuerit in fi.ti. fortè ista potero recolligere per modum summæ.

5

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Archidiaconus in quibus de iure communi fundet ius vicariatus sui? Et in quos iurisdictionem suam exercere queat.*
2 *Archidiaconus ac Primicerius, nũ inuicem quo ad iurisdictionem subsint: an verò alter alteri præsit.*
3 *Archidiaconus sibi subditos, quando visitare teneatur?*
4 *Archidiaconus, quis dicatur? Et num primus sit post Episcopũ? nu.5.*
6 *Maioritas in ecclesia quotuplex sit.*
7 *Archidiaconus vnde dicatur? Et quid si non sit in ecclesia Archidiaco. quis ipsius munera obibit, nu.8.*
9 *Archidiacono respectu sui vicariatus, quæ Iura competant? Et qualis est Archidiaconorum iurisdictio?*
10 *Episcopus, nũ per simplicem querimoniam causas subditorum Archidiaconi, audire possit? Et an ex arbitrio Archid. remouere possit? Et cur Archidiac. episcoporum vicarij dicantur? nu.11.*
12 *Archidiaconi abs quo vicariatum accipere dicantur.*
13 *Episcopi nũ de Iure cõi archidiaconatuum, sac huiusmodi dignitatum, custodias sibi vendicare sibi queant?*
14 *Archidiaconatuum collationes ad quem pertinere dicantur?*
15 *Episcopus quam frequenter subditos visitare teneatur? Et quid si valetudinarius sit?*
16 *Archidiaconus de iure, an visitationem habeat?*

CAP. I.

VT Archidiaconus. Nõ summatur, nec diuiditur per Io. An Sed sic summes. Archidiaconus post episcopũ, & Epi vicarius generalis existit, & super omnẽ clerum ciuitatis & diœces.curam habet: de tertio in tertium annum totã diœcec.visitare debet, ac crimina corrigere, & emendare, quę emendatione sunt digna. Diuide in.vj.partes. In prima Archi.dignitatem describit.in.ij.ipsum generalem, vicariũ Epi ostendit.in.iij.potestatem ipsius vicariatus generaliter exponit. In.iiij.v.&.vj.eandem potestatem ad speciem descendendo per tres modos specificat & distinguit. Sed ibi: *sciat se vicarium.* Secunda ibi: *& omnem.* Quarta ibi: *siue enim.* Quinta ibi: *& vt de tertio.* Sexta ibi: *& cuncta quæ.* ¶ Epone literam. Et primo subscriptionẽ. *Ex libro Romani ordinis.* Subaudi inter cętera, sic habetur. vel subaudi: volumus, & statuim⁹. Hosti.¶ *Post episcopum.* Ex hoc patet, ꝙ archidiaconalis dignitas de iure cõi post episcopalẽ, maior est in ecclesia Dei & ꝑ cõsequens maior, quàm abbatialis: licet abbates ꝓpter pinguedinem redituum contrariũ vsurpauerunt, quam in eis est.¶ *Sciat se. ergo* non negligat vt.ĩ.c.ea:q.§.j.cum ibi notatis.& quod.ĩ.dicet.Hosti. *vicarium.* Ex his patet, ꝙ Archidiacono saltem, vt vicem gerenti epi, & locũ superioris tenenti, debent alij oẽs reuerentiã, etiã si essent in dignitate maiore,. Et sic no.Host.in.ŝ.e.ti.§.j.in fi.ar.xciij.dist.c.fi.xciiij.di.c.j.ĩ.de off.dele.signi.&.c.sanè.&.c.cũ olim magister.&.C.de offi.eius, qui vicem alterius gerit.per totũ ¶ *Eiusdem* si Epi, sed & archipresbyter qui sub Archidia.est, vicarius est Epi, quo ad sacerdotalia.ĩ.ti.j.c.j.&.ij.§.si Eps.¶ *Esse.* non dicit de cõsuetudine vel priuilegio. Nec refert se ad constitutionẽ spãlem per Epm faciendam. Et ita apparet ꝙ Archidiaconus nõ est vicarius Epi datiuus, sed natiuus: sicut de legato nato dicim⁹.ĩ.de offi.leg.c.j.¶ *In omnibus.* Nota qui omne dicit, nihil excipit: vt.ĩ.de maio.pub.solitę: in fi.de cõiugis le.p.qm.xix.di.si Romanorũ.¶ Ex quo infert, & Archi.ius vicariatus sui fundat de iure cõi in omnibus ad Epm ꝑtinẽtibus: & ꝙ qui in aliquo sibi detrahit, debet ꝓbare per textũ aut per ius spãle detrahens cõsuetudine, priuilegio, vel statuto. Et repete, stat Hostien.¶ *Omnem* curã. ex hoc infert Hosti. ꝙ Archi. habet curam. Remittit ad notata.ŝ.de elec.dudum.ij.§ tandem.&.ĩ.de offi.sacri.c.vt.o.dicam.ĩ.c.cum satis. Et pondera verbum, omnem. quod tñ nõ videt adaptari posse ad curam fori pœnitentialis: præsertim si presbyter nõ existat. dicã vbi suprà. *In clero.* j.in clericis de clero. vel idest clericorũ: vt innuunt sequẽtia adiectiua. Hostiẽ. Et subaudi principaliter: quia etiam laicorũ curam habet in his quæ ꝑtinent ad Epm: quia vicarius est Epi in oĩbus: vt.ŝ.&.ĩ.patet. Sed clerici sunt cõmissi spãliter Epo, & non laici in authẽ. quomodo oportet Epos. in prin.¶ *Tam in vrbe.* Attende, non dicit tam in ecclesia: sed idem puto in ecclesia: quũ suprà dixi in omnibus. Nec obstat.ĩ.de præ.quãuis.§.j.li.vj. quia loquiẽ in materia odiosa & restrictiua, cuiusmodi non est ista.vt.ĩ.eo.c.fi.¶ *Quam eorum.* s.clericorũ.Hosti.¶ *Qui per parochias.* idest extra ciuitatẽ, & diœces. quia proximè dixit de verbo.¶ *Naturæ noscuntur.* Ex quo nota, ꝙ nedũ in incolas, ciues, aut domiciliarios, sed et ĩhabitatores suã iurisdictionẽ exercet. Quod intellige: vt legitur & notaẽ.ff.de iudicijs.l.hæres absens.¶ *Ad se pertinere.* ergo iure suo, non ex cõmissione ꝑtinet iste vicariatus Ad archi.¶ *Siue enim de eorum.* s.clericorũ. subaudi tractemus.Host.¶ *Conuersatione* siue correctione.ĩ.e.§.fi.¶ *Sine onere.* alle.honore, qui & in se on⁹ habet.viij.q.j.qui epatũ.H. Et si hẽ onere, expõe, j.si grauant ab alijs indebitè.Inn.¶ *Restauratione.* de hoc dic, vt.ĩ.de his quæ fiunt à ma.parte ca.c.fi.¶ *Ecclesiasticorũ.* virorũ vel officiorũ.Inn. seu ministeriorũ.Hosti.¶ *Studio*. quasi diceret de tanta re negligenter agendũ non est.xlij. dist. quiescamus. Hosti.¶ *Delinquentium.* subaudi non obmittas punire insolẽtiã.ŝ.de sup.negli.p̃l.c.ij.§.j.in pri.Host. Et colligit hic Inno.ar.ꝙ Archi.habet curã animarũ. de quo remittit ad notata sua.ĩ.e.cũ satis.¶ *Rõnem corã Deo.* apud quẽ rei allegãtis rethorice nõ valebit.ix.q.iij aliorũ.ꝓpter quod Hostis inuigilat. ergo nõ dormiet. ne sanguis eorũ de manibus ei⁹ reqrat.j.de offi.or.irrefrag.primo rñso.& qđ not.ĩ.de homici, ꝓ humani.§.j.li.vj.&.ĩ.ii.j.c.fi. Et subdit Host.ꝙ de oĩbus his fit mentio.j.e.ad hæc.§.j.¶ *Et vt.* subaudi statuimus, siue ꝑcepimus.¶ *Parochiam.* j. diœcesim.de dona.Apo.de pecu. cle.c.ij.Ho.¶ *Vniuersam.* Non ergo partẽ tñ vt.c.solitę.alle.§.peñ.in fi.Hosti. Et ita patet, ꝙ Arch.in tota ciuitate & diœcesi fundat intentionẽ suã de iure cõi. Quod intelligo corpe archidiaconali nõ diuiso: quia secus fortè post diuisionẽ. per ea, quæ dixi sup rub.in tertia qõne. etiã quod nota.de simili in imperio.C.de stu.li.iur.Ro.sup ru.¶ *Circuat.* s.Archidia. Host.¶ *Corrigat.* minora. Maiora autẽ Epo referat, scđm Inno. Qui ex hoc arguit ꝙ Archid. põt excõicare, vel ad minus interdicere: vt.ĩ.de offi.deleg.literis.& ar.j.c.cũ satis. Et hîc omnino iungere, quæ dicã.ĩ.de offi.custo.c.j.in.iiij.oppositiõe.¶ Opponitur ibi, *in vrbe.* quia Imo hoc videreẽ ꝑ magna pte ad primicæriũ ꝑtinere.xxv.di.ꝑlectis.ver.ad primicæriũ. vñ Bar.in gl.ij.dicit Vincen.ꝙ illud decretũ pro cõtrario allegatũ est locale: qa est epistola Isidori hispalẽ. Epi ad ludefridũ.¶ † Gostre. verò dicit, ꝙ sicut à iurisdictione archidiaconi nõ est exclusus primicęri⁹ ita à iurisdictiõe primicęrij nõ est exclusus archidia. Host. allegat simile, quia iurisdictio archipsbyteri, sacristę, vel Custodis, iurisdictionẽ archid. nõ excludiẽ: quia sub eo sunt: vt.q.ti.j.c.j.&.ij.cũ tribus ti. ibi sequẽtib⁹. Et pro eo, ꝙ de Epo & Archi. dictũ est, inducit cap ꝑlectis allegatũ. & dicit ꝙ oẽs hi admittunt. & ꝙ rõ hui⁹ habet.ĩ.e.vlti.in prin.¶ Vel secũdum Hosti. ista ad diuersas cõsuetudies referũẽ: qa, in aliqb⁹ ecclesijs maior est archipsbyter: in alijs sacrista: in alijs archidiac. & sic de alijs.

2

¶ Item

¶ Item in vna ecclesia habet vnus vnum officium, & in alia aliud, secũdum omnes modernos. Et sic potest exemplificari in primicerio Menens. qui non subest Archi. & in vercellen. & Paduan. ecclesijs, in quibus de offi. archi. archiepiscopum post tenent de consuetudine prima loca. Sunt tñ tres personæ, quibus de iure cõmuni subsunt animæ immediate vt notatur j. ti. j. c. iij. § confessiones secundũ eum. ¶ † Secũdo opponitur ibi *de tertio*. de. c. mandamus. j. c. vbi videt dici, ꝙ Imo quolibet anno nisi causa subest, põt visitare: vt in contrario: sed ad minus de triennio in trienniũ visitare tenetur: vt hic. vel exponẽdo Bar. secũdum eum cõtrarium intelligitur de ecclesijs, quib. Archidiaconus. j. epatum limitati sunt. hic verò loquit, de cæteris ecclesijs episcopatus, quæ Episcopo immediate subsunt. vel hoc est ad diuersas consuetudines referendum: verum tamẽ vbi de consuetudine visitat, præualet solutio prima. Quod dic, vt notatur in contrario. Hosti. Et iunge hic, quæ de hoc scribã. s. qõ. c. x. & xj. ¶ Tertio opponit ibi. *in omnibus*. & ibi *corrigere*. de. c. ad hæc § item in epistola. ibi *nisi ordus*. j. c. So. dic, ꝙ ista deci intelligitur, secundum illa. & ibi videbis.

4 ¶ † PRIMO quæritur ibi. *Archidiaconus*. Quis dicatur Archidiaconus Hosti in secũda. eo. ti. § j. in prin. dicit ꝙ Archidiaconus dicit is, qui in cathedrali ecclesia certam dignitatem adeptus est: cuius ratione debet esse diaconus in ordine vt. s. de æta. & qual. c. j. & inter diaconos prioritatem obtinere. & post Episcopũ in iurisdictione prior & vicarius eius esse: vt hic, & j. c. ad hæc § primo Qui etiã vicarius & oculus epi appellatur, pro eo, ꝙ vices Episcopi gerit inspiciendo & inquirendo qualiter quis viuat. j. c ad hæc § secundum & § item in epistola. Et propter hoc primus post Epm in ecclesia nominatur: vt hic, & § cũ secundũ & c perlectis allegatis

5 ¶ † Occasione prędictorũ quarto opponitur contra nostrã decre. quia videtur, ꝙ Archidiaconus, non sit primus post episcopũ. Nam diaconi sunt oculi presbiterorũ. lxxxix. dist. diaconi. Diaconi ecclesię. & c. diaconi. qui. Et ideò presbyteris inferiores se esse cognoscere debent: vt. c. diaconi, qui. allegato & c. dist. ab illo § vt ex præmissi vsq; ad § cum paris. & c. legimus. & c. dominus noster. ¶ So. † quadruplex est maioritas in ecclesia Dei. prima est ex tẽpore. j. de maio. & obed. c. j. xvij. dist. c. concilia § illud. & c Eps § verum. lxxxix. di. § bene quidem. lxxv. dist. c. fi. ¶ Secunda est ex prærogatiua ordinis. j de maio. & obed. c statuimus. ¶ Tertia est ex prærogatiua ordinantis, seu instituentis. j. de maio. & obed. per tuas. ff. de alb. scrib. l. vlt. C de à duo. dominis. dũ. iudi. l. resti. in fi. in authen. vt iudices sine quo suffra § eos. circa fin. coll. ij. ff. de re. iudi. l. quidam consulebant. ¶ Quarta ratione maioritatis, seu dignitatis officij. Et hac ratione dicit archidiaconus Archipresbytero maior. s. in dignitate, seu officio, sed archipresbytero in ordine minor. Et sic diuersis respectibus potest quis esse maior & minor altero: vt. ij. q. vij. quęritur. Sic in abbate in minoribus ordinibus constituto. de æta. & qua. tuam. Et in subdiacono electo & confirmato de elec. transmissa. Sic maior & æqualis. xxj. dist. in nono ij. qõ. vij. puto. xvij dist multis. ff. qñ ap. sit. l. j § sed si præses. C. de offi. vica. l. j secundũ Host ¶ Subdit, ꝙ in eo, in quo qs maior est debet maiori reuerentiam exhibere. archidiaconus ergo in missa archipresbytero seruire, & ecõtra extra missam in voce, iurisdictione & alijs, quæ ratione dignitatis cõpetũt archipresb. Archidiacono deferre debet: vt hic, & j. eo. c. ad hæc. & j. titu. j. c. j. & xxj. dist. in his omnibus. Et subdit id quod dixi super verbo, vicarium.

7 ¶ † SECVNDO quæritur vnde dicatur Archidiaconus dicit Hosti. vbi suprà, ꝙ dicit ab archos, quod est princeps, & diaconus, quasi princeps diaconorum. Vnde qñ vult euangelium prælatus legit seu alijs legendũ committit, cui vult: vt. c sequenti in prin. Et est prior diaconorũ. ¶ Sic dicitur archipresbyter princeps presbyterorũ: qa eis pręest. j. ti. j. ꝑ totũ. Et archieps priceps Eporũ. Si est vulgariter priceps villanorũ, seu rusticorũ, qui præ alijs loquit & præ alijs vult videri archiuillanus, seu archirusticus appellat. Sed sicut archiuillanus vilanus est, nõ obstañ. principatu suo: sic archieps, Eps: vt. d. c. in nono. Sunt enim oẽs Epi quocũq; noĩe censeant & loca apostolorũ tenẽt: vt. c. c. in nono & lxviij. di. quorũ vices. & s. de sacra. vnc. c. vno § quia verò christus vers. per frõtis. sed non est vis in hominibus. Quod prosequit latius Hostien. in summa § ij. in fin.

8 ¶ † TERTIO quærit, pone: ꝙ in ecclesia nõ est Archidiaconus: quis tũc erit prior diaconorũ, & tenebit locũ archidiaconi: & faciet ea, quæ spectant ad officia eius? Respondet Hosti in. d. § ij. circa principium, ꝙ tunc prior diaconorum erit, quis, qui primò ordinatus est in diaconum, id est antiquior diaconorũ in ordine. & ꝙ tũc ille debet supplere in ecclesia vicem archidiaconi. arg. s. de scrutinio. c. vno & c. statuimus. de ma allegato. scẽm eum. Sed non puto, ꝙ alia iura archidiaconalia, de quibus hic, & j. c. ad hæc & c. vt nrm. sibi competant: quia non reperio illa concessa, nisi ratione archidiaconalis dignitatis quam iste nõ habet ¶ Quartò qro

9 ibi. *vicarium*. quæ iura competũt archidiacono, ratione huius vicariatus? dicũt Inno. Hostiẽ & Bart. ꝙ ꝑ hoc habet cognitionẽ & iurisdictionem ordinariã: vt. C. de off. vica. l. j. & infra. de offi. vicarij. c. sua nobis. Subditq; etiam Inno. ꝙ Host. dicit, ꝙ ratio huius est: quia talem iurisdictionem ordinariã tribuit perpetua vicaria: vt iuribus per Inno. alleg. & d. c. ꝑlectis. Et maximè, quando per electionem assumit: vt. xciij. dist. legimus. & in auth. de maio. principi § igitur & de defenso. ciui. post prin. coll iij. Verum qñcũq eligat per Epm, institui debet. lxxiij. dist. Eporum. & lx. di. c. j. licet posset dici, ꝙ & iura respiciunt diuersas consuetudines Nam in aliquibus locis de cõsuetudine eligaĩ per cap E. sic loquũt prima iura. In aliquibus verò creantur ꝑ Epm. & sic loquũtur iura vltia Hosti ¶ Sed qualis est iurisdictio archidiaconorũ & in quibus cõsistit Host. dicit hoc colligi & not. j. c. cum nostrũ. & c. dilecto. Dicã. j. eo. adhæc & c. dilecto. allega.

10 ¶ † Quintò quia archidiaconus vicarius est Epi. quęrit vtrũ Eps per simplicem querimoniã audire posit causas subditorũ archidiaconi? dicit Inno. ꝙ sic, & ꝙ potest absoluere excõmunicatos ab eo. Remittit ad notata sua. j. de offi ord. ab ecclesiarũ. Dicit tamen, ꝙ hoc non posset facere archieps in subditis suffraganeorũ suorũ. ix. q ij nullus prías. & idẽ Host.

11 ¶ † SEXTO quæritur, vtrum Epi possunt archidiaconos pro libito eorum à dicto vicariatu remouere? & videtur ꝙ sic: qa qs vicariũ ꝑ eũ institutũ reuocat, ꝓut vult ff de iud. l. iudiciũ soluit. Inn. dicit, ꝙ imo nõ possunt remoueri ad libitũ Eporũ: nec ad velle Eporũ suũ officiũ exer. teneĩ. Et remittit ad no. sua in d. c. cũ ad ecclesiarũ. Rõ sua est: qa nõ sũt tantũ vicarij, sed certa dignitate potiunĩ. ¶ Pro & cõtra notat Inn. j. c. dilecto. sed dic, vt ibi plenè scripsi in tertia oppositione ¶ Sed quare ergo archidiaconi & alij in dignitate cõstituti dicunĩ vicarij Eporũ? Rñdet Innóc. ꝙ ista est rõ: quia omnia quę isti exercent pertinent ad Episcopos.

12 ¶ † SEPTIMO quærit à quo ergo istũ vicariatũ recipiũt? Rñdet Inn. d. ꝙ in cõstituẽdo, dignitates hoc epi trãsferũt: nisi aliqua excipiãt. ¶ Sed quærit, nũquid in cõstituẽdo hmõi dignitates, pñt epi aliqua excipe? dicit Inn. se credere, ꝙ sic. ¶ Quod intellige dum de nouo creat & instituit dignitatem: quia secus dum confert iam hactenus constitutũ quia tunc eps sibi nil retinere posset: vt eccl bñficia, in rubro & in nigro ¶ Est ergo mens Innocẽ. ꝙ archidiaconus habet hunc vicariatum à propria dignitate & ꝙ dignitas ipsa de iuris communis dispositione hoc habet a sua institutione, seu creatione: nisi Episcopus illam creando aliqua excepisset: vt est dictum.

13 ¶ † OCTAVO quærit, nũquid Epi de iure cõi possunt sibi vendicare custodias archidiaconatuum & aliarum huiusmodi dignitatũ, quę videlicet hoc vicariatu potiunĩ dum vacant ratione vicariatus ipsius? dicit Inn. ꝙ sic, quo ad hæc iura, quæ videlicet ex isto vicariatu possunt competere. & potest etiam esse ratio secundum eum: quia Episcopi habẽt

eorum electionem ar. ĩ. de iusti. cum venissent. &. ĩ. vt ecclesia beneficia. vt nostrum. &. ĩ eo. ab hoc. §. vult.

14 ¶ † NONO quæritur, ad quem pertinent collationes, seu electiones Archidiaconatuum, seu huiusmodi dignitatum? Inno. hîc variasse videtur Nam vt dixi in fi. precedentis quęstionis, primò videt, dicere ꝙ ad Episcopũ. Et secundò posteà subdit alternatiuè, ꝙ vel potius pertinet electio harum dignitatum ad eum. qui dotauit dignitatem. Tu dic ꝙ si est ibi patronus, qui sibi ius patronatus retinuerit ad eum præsentatio, & ad Episcopum institutio pertinebit de iure communi: vt. xvj. q. vij. decernimus. ĩ de iure patronatus. nobis. Et sic procedit secunda opi. Inno Aut non apparet patronus, qui dotauit, & ius patronatus sibi retinuit: & tunc de iure communi pertinet ad Episcopum, per iura. per Inn. alleg. Et sic procedit prima opinio. Innoc Nec obstat capi. j. s̃. de elec. quia loquitur in capite collegij. Licet autem Archidiaconus sit maior post Episcopum in ecclesia cathedrali, ipse tamen Episcopus solus est caput eius: vt. ĩ. de testa. requisiui sti. vij. q j. scire. Et si aliqua iura videntur, sonare, ꝙ ordinatio spectat ad alium, fundantur in iure speciali.

15 ¶ † DECIMO quæritur. qualiter intelligitur hîc illud quod de visitatione dicitur hîc in fi. dicit Inn. ꝙ intelligitur si Episcopus infirmetur: quia tunc mittere potest per se Archidiaconum sed si Episcopus sanus est, ipse debet in propria, anno quolibet ecclesias visitare. x. q j. decernimus. &. c. episcopi s. Alium autem non mittit: quia Archidiaconũ habet ex officio, ꝙ visitet. pro eo. Et hoc verum: nisi Episcopus haberet de consuetudine mittere posse quem vellet. vel nisi in casu, quo. Archid. non esset. ¶ Sed quare ergo dicit hîc de triennio? Respondet Inno. dicens, ꝙ ideò intelligitur vbi non est necessitas, quod si necessitas esset, posset visitare quolibet anno præscriptione vel consuedine non obstañ. ĩ. de pręscri. cum ex officijs. ¶ Subdit etiam Innoc. ꝙ etiam pluries in anno posset eandem ecclesiam visitare, si indigeret. quoque etiam posset visitare ecclesiam quæ visitatione indiget, & nõ aliam sic intelligit. j cap. mandamus. & xviij. quæstio. vult visitãdi. &. c. non semel.

16 ¶ † VNDECIMO quæritur, vtrum Archidiaconus de iure habeat visitationem? Ber. ĩ. c. cum satis. in glo. j & Inn. per præcedentia videtur sentire, ꝙ non. Et posteà planiꝰ idẽ sentire videtur, dicens: vel dic, ꝙ de iure Arch non habet visitationem, nisi quando Episcopus est impotens: vt prædictum est Et tunc non est: nisi de tertio in tertium annum: vt hîc. ¶ Subdit, ꝙ non est contra c. mandamus. alleg ĩ. e. quia ibi erat specialis consuetudo illius Arch. ꝙ omni anno visitaret monasteria. Et hoc videtur velle probare Inno tali ratione: quia si contrariũ diceret secundũ opinionẽ Ber. videlicet, ꝙ visitaret vna visitatione iure suo: vt ibi. Et alia visitatione tanquam vicarius Epi: vt hîc iam haberet duplicem visitationem quolibet anno: videlicet vnam ab Episcopo: quia pro eo visitaret. ar. xviij. dist. q. vlti. non semel. Et aliam generalem ab ipsis visitatis. vt ĩ. de sta mo. in singulis. & c. sequenti. Quod licet fortè videatur, potest induci de consuetudine secũdũ eum & ita videt sentire de iure cõt. ¶ Subdit tamẽ ipse Ion. ꝙ dicunt quidam, ꝙ in alijs ecclesijs, intelligo ipsi Archidiacono immediatè subiectis, vnã visitationem ordinariam habeat Archidiaconus aliam diœcesanus. ¶ Sed videtur posse distingui: quia aut Archid. non habet certum territorium limitatum sibi appropriatum: & tunc obtineat, quod hîc habet: & quod primò notauit Inno hîc; quia tunc tota diœcesis est sibi pro territorio: nec reperit hoc casu aliud statutum. Aut habet certam partẽ diœcesis pro territorio limitato: & tunc seruetur vltima opinio Inn. recitata, in qua. Bar. concordat. Nec vna visitatio aliam excludit, hoc casu, secundùm Hostien. Et sic potest intelligi. c. mandamus. ĩ. c. vbi fortè de hoc tangam.

¶ SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi officio, quænam cõplectantur? Et quæ iura contra Archidiaconum competat? nu. 2.*

CAPI. II.

OFficium. ¶ Non summatur, nec diuiditur, sed ponit spectantia quædam ad officium Archidiaconi Ioã. an. Diuidit Hosti. in. iij partes. secunda ibi: *electiones*. j ibi. *nolentes* ¶ Expone literam. *euangelium*. j. & *quando episcopus. secundo. illius*. s. Archidiacõi *sacris. sub.* & ad officium Archidiaconi pertinet ordinare de clericis. ¶ *Qualiter cum pontifice*. &c tertio. Hosti. ¶ *Procedunt*. q. d. ordinabit processionem, ꝙ vadãt bini honestè, & dimisso multum: non ad modum seruorum, facie leuata. Host. ¶ *Et intantum*. sub. tenetur auscultare quod præcedit. Host. ¶ *Vt nullus* sub. incognitus, vel de quo dubitatur Nec enim episcopum, vel aliquem probatum alium auscultabit: quia notoria non sunt examinanda. s̃. de fil. presb. quoniam. ad Host. ¶ Ipse. s. Archid. ¶ *Ordinet*. quo ad exercitium officij, & incertum. j. disponat vt innuunt sequentia. Hosti. ¶ *Deffrre*. s. debeat. Hosti. ¶ *Minorum*. s. clericorum, vel laicorum ad pulsandas campanas vel aliqua alia certa officia similia facienda in ecclesia deputatorum. Hostien.

1 ¶ † QVERITVR primo ibi. *officium*. quæ sunt illa, quæ pertinent ad officium Archi. dicit hîc Hosti. ꝙ illa continentur. xxv. dist. perlectis. circa medium ibi: archidiaconꝰ enim imperat. & c. &. ĩ. c. ad hæc. j. rñs. & § in quadã. & hîc subdit etiam ipse Hosti. ꝙ Archidia. in quibusdam ecclesijs habet de consuetudine certum officiũ & in quibusdam iurisdictiones. ¶ Consequenter ipse dicit: ꝙ ad iurisdictionẽ Archiadiaconi, sicut per varia iura potest colligi multa spectãt. & inter alia septẽ enumerat post Gof. ¶ Primũ est, ꝙ audiat iurgia: vt dicto. c. perlectis versu, solicitudo quoq; paroch. & c. &. ĩ. c. ad hoc. j. rñs. ad fi. de quo ibi dicã. ¶ Secundo instituit. lxiij dist. si in plebibus. de quo dicam. ĩ. eo. cum satis. ¶ Tertio pœnas infligit. ĩ. de pœnis. c. licet. ¶ Quartò beneficijs priuat. ĩ. de præben referẽte. ¶ Quintò obsequia percipit subiectis. ĩ. de excessi. præl. ad hoc. ¶ Sextò perpetuã vicariam & curam. & per cõsequens iurisdictionem ordinariam habet: vt legitur & notat s̃.. cap. proximo. ¶ Septimo corrigit visitat & procurationes recipit, suspendit, excõicat & interdicit. ĩ. e excõmunimus. s. de elec. dudũ. ij. § tandem.

2 &. ĩ. e. c. si Quod dic, vt ibi not. Gof. ¶ † Sed quæ sunt iura quæ faciũt cõtra Archidia. d Host. post Gof ꝙ tria principaliter. primò, quia non instituit. xvj. q. vij. nullus. ĩ c. cum satis. & c. seq. ¶ Secũdo, quia vicarius est. s̃. c. proxi. Et ita Episcopo prohibente non potest aliquid. ff. de iudi. l. iudi. soluit. ¶ Tertiò, quia de paruis & humilioribus tantùm cognoscit maiora enim Episcopo tenetur referre: vt. d. c. perlectis. versu, solicitudo. per quod patet, ꝙ pedaneꝰ est. & per cõsequẽs paruus iudex, aut nullus, seu etiã delegatus: vt. C. de iudi l. ij. & l. fi. Gof. ¶ Sed in predictis non figas pedẽ: qa nõ sunt examinata: sed dicã. ĩ. e. c. vlt. Sup. ibi. *scholarũ*. vel cancellarij, si est in ecclesia. Tan. & Vin vel primicerij. ĩ. de offi. primic. c. vno quod est cõtra & ibi. soluit in gl. fi. & dixi. s̃. c. j. in. j. oppositione. ¶ Et in fi. secundum Tãc. vel loquitur hîc, cum Episcopus est præsens, & mandat hîc per archidianum expediri. Vincen.

¶ SVMMARIVM.

1 *Prælatus habens ex officio depositorum custodiam, cui æquiparentur? Et quatenus teneatur? nu. 2.*

¶ CAP. III.

EA quæ. Casus. Custodia vasorũ eccle. spectat ad archid. *communis*. ĩ. de ver. sig cũiter. & ponit pro pelle, q̃ portat in eccl. ad eleemosinã colligẽdã ¶ Ordinẽ. i. officij. ¶ *Custode*. ergo non debet inde ali. ff. ex. qui. cau. ipo e. l. fulciniꝰ. qđ nõ credo. ĩ. de cẽsi. cũ Apo. Vin. ¶ Opp. primo. Ibi: *negligentia*. qa depositarius nõ tenet, nisi de do. & lata cul. vt. ff. de po. l. j. § fin. &. l qđ Nerua. nisi in certis casibꝰ, qui notãtur. ĩ. de po. c. vlti. Soluit Inno. tribus modis.

1 ¶ † Prima solutio est, quia prçlatus habens ex offi. custodiũ dolo

depositorum, quoad hoc æquipararividetur, non depositario, sed potius tutori, vel curatori, qui præstat dolum & latam culpã & leuem. ar. C. de pericu. tu l. si res. & C. arbi. tu. quicquid vis. Imo subdit Inno. ꝙ vide, ꝙ prælatus de culpa leuissima teneatur. Non allegat, sed potest allegari hoc: quia procurator præstat omnem culpam. C. de procura. l. à procuratore. Et tamen prælatus æquiparatur procuratori. j. de dona. C. ij sed non videtur valere ista solutio: quia solum videtur adaptari ad res propriæ ecclesię. ¶ Secunda solutio Inno est ista: quia illud quod habetur in contrario, regulare est, & verificatur in eo qui recepit depositum absq; precio: quia talis nõ tenetur, nisi de dolo & lata culpa. sed regula illa fallit in casu, in quo depositarius recepit precium pro deposito custodiendo: quia tunc tenetur etiam de culpa: vt. j. de depo. c. vlt. Modo ad propositum: ille, qui dignitatem habet sicut est Archidiaconus cui hoc officium est annexum: vt hic plus videtur habere, quàm pretium. Sed hæc solutio potest faciliter impugnari. Nam aut tenetur Archi. ad custodiam: quia deposita sunt apud eum. Et tunc solutio ista non valet: quia licet ratione suæ dignitatis teneatur suæ propriæ ecclesiæ, non tamen alienæ ecclesiæ deponenti. Aut quia deposita sunt penes ecclesiam suam. & ipse ideò tenetur: quia habet ex officio deposita penes ecclesiam custodire. Et tunc solutio non videtur valere: quia non tenetur nisi vt subrogatus loco ecclesiæ. ergo non tenetur, nisi prout ecclesia teneret quæ pretium non recepit. Nec tenetur, nisi ad indemnitatẽ ecclesiæ, quæ culpam saltem latam dimittendo custodiam suo archidiacono non commisit ergo non tenebitur archidiaconus, si nec dolum, nec culpã latã cõmisit, maximè: quia aut iste Archidiaconus cum aliena ecclesia contraxit, vel quasi recipiendo ab ea depositum: & tunc quia ab ea non recepit pretium, nec etiam dignitatẽ: quomodo vltra dolum & latam culpam teneretur non videtur. j. depo bona fides. Aut cum ea non contraxit nec quasi contraxit: & tunc contra eum non potest agere in aliquo ecclesia aliena, nec propria: nisi indemnitatem: vt dixi. ¶ Tertia solutio Inno. est, ꝙ ista ciminilia non erant deposita, sed in causam pignoris, vel alio modo erãt accepta ab ecclesia: vel ab Episcopo, & apud Archid. gubernata.

1 ¶ † Possum dicere, ꝙ quoad res ecclesię est indubitatum ꝙ tenetur quo ad illas de negligentia. per not. hic per Ber. in glo. iij. ¶ Et idem quo ad aliarum ecclesiarum res, ad quarum custodiam diligentem tenebatur ecclesia, quis postquam illa diligens custodia commissa est archid. ex officio, eadem ratione ipse tenetur ad talẽ diligentiã ꝙ ecclesia sit indemnis. Sed si ecclesia non tenebatur, nisi ad illam cõmunem custodiam, ad quam tenetur depositarius, nec ad aliu tenebitur Archidiaconus per prædicta. Sed nec contrariũ dicit iste textus: imo supponit non in facto, ꝙ talia taliter commissa erant Archid. quo ad eam custodiam. ¶ Et sequitur ex hoc, ꝙ per cõsequẽs de negligentia tenebatur: sed nõ dicit de qua negligẽtia. Vñ intelligo hoc secũdũ naturã cõtractus. In deposito enĩ diligẽtia aliqua requiritur, quæ saltẽ dolũ & latã culpã excludat. Et per cõsequẽs de cõtraria negligẽtia tenetur depositarius. Et text. iste nõ aperit de qua neglígẽtia sed loquitur in genere. Ideo ciuiliter est intelligẽdus: vt. ff. de seruit. l. si cui. ti. gñali. ¶ Secũdo oppo. ibi: *vel quasi per fraude.* qoia oon videtur, ꝙ de fraude commissa per alium ipse debeat teneri: vt. j. de regu. iur. c. non debet li. vj. & C. de inoffi. test. l. si quis in suo ¶ Solõ. dic, ꝙ textus nõ se refert ad cuiuslibet fraudẽ sed se referre intendit ad fraudem, quæ cõmitteretur per illum, cui Archid. custodiam cõmisit. Sic. j. de sta. mona. cum ad monast. in fi. § penulti & ar. ff. nau. cau. sta. l. j in fi. & l. ij. & . iij. j rñs & l. v. § j. & l. licet § j. & l. debet. j rñs. Et pro hec facit. ff. de exercit. l. j § magistrum Cuius materiæ satis appropriatur iste casus: cũ ecclesia dicatur nauis, quæ si turbatur, non periclitatur. secundũ Ambro. xxiiij. q. j. non turbatur nauis sa. ff. de custo. re. l. si rel. non contest. c. j. ad fi Hosti. Et hic fortè verum, nisi communis opinio esset pro bonitate electi per eum vt. j. de pig. significãte. & eius quod no. Inno. j. e. ad hæc § in quadam. super verbo, institutio. in fi. ¶ Quæritur ibi: *collecta.* qd vult dicere hæc litera, & in qua ratione datur? dicit Innoc. ꝙ fortè ecclesia salernitana cuius erat iste Archidiaconus fortè securiorem habebat sacristiam, quàm aliæ ecclesiæ: ideò alię ecclesiæ apud illam sua ciminilia, vel thesaurum deposuerant. Et ideò dicit bene textus, collecta. s. fortè ad custodiendũ. ¶ Et debet Archi. de his reddere rationem. pro eo, quia ad officium eius pertinet cura istorum: vel quia ad officium eius pertinet, vt diligentem curam habeat super omnes prælatos ecclesiarum. qualiter hæc custodiant. Et si Archidi. in hoc inueniatur negligens, ad hoc ipse tenetur, secundùm Inno. nisi contraria consuetudo excusaret. Hosti. ¶ Supple gl. in glo. ij. ibi. *apostolicos.* Exponitur continens pro contento. vnde simiharcha. j. sacrista, vel thesaurarius, custodiens quæ in ecclesia deponũtur. C. de bo. auth. iudi. pos. id ẽd. l. fi. vbi. viros idoneos, œconomos, vel cimiliarchas. &c, Hostiẽ. ¶ Et ibi. *thesaurarum.* vel sacristam. j. de offi. sacri. c. vno. ¶ In glo. *prælatus.* ibi. *negligentia.* vt aliquid addat, per id quod dixerat de leui culpa, videtur hoc intelligẽdũ de leuissima, secundũ Io. And. ¶ Et ibi: *dictum.* vbi de hoc, & . j de sta. mo. cum ad monasterium. in fi. Et propter hoc dicit Inno. j. de elec. querelam. in prin. ꝙ negligentia crimen est io prælato.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Archidiaconus, num de iure cõmuni instituere possit.*

2 *Animarum cura, quomodo distinguatur?*

3 *Archidiaconus aut alius prælatus, præter Episcopum, num ecclesiã, aut prabendam conferre possit.*

4 *Ligandi ac soluendi in foro pœnitentiali potestas, vbi dici possit? Et sub hac curam iurisdict. esse.*

5 *Archidiaconatus de iure communi, vbi animarum cura immineat? & vide nu. seq.*

7 *Archidiaconus de iure cõmuni, vbi sit in dignitate constitutus. Et an ad eundem in parrochialibus ecclesijs & alijs beneficiis animarum curam habentibus, institutio pertineat. nu. seq. Et ibidem triplicem esse: institutionem: de quibus sigillatim nu. 9. 10. 11. & 12 Et num apta sit harum distinctio nu. 13.*

14 *Iurisdictio Episcopalis in territorio, an sit præscriptibilis, & quatenus?*

¶ *CAPI. IIII.*

CVm satis. ¶ Casus. Archidiacon⁹ sine mãdato Epis. curã animarum non committit. ¶ Expone literam. *ad suum.* culpa enim est se immiscere rei ad se non pertinenti. vt. ff. de reg. iur. l. culpa. ¶ Opponitur primo ibi: *consuetudinis.* de. c. vult. s. de consue. c. vult So. dic, ꝙ hic loquitur de consuetudine noo pręscripta, secundũ quosdam: vt Innocen. refert hic.

1 ¶ † Secundò opponitur, quia videtur, ꝙ Archid. de iure cõmuni potest instituere: vt. j. e. c. ad hæc § in quadam & . c. vt nostrũ & ꝙ curam habeat animarũ etiam de iure communi: vt. s. eo. c. j. cum ibi notatis: Et per hoc videtur, ꝙ etiam solutio præcedẽtis. oppõis non sufficiat. Refert Inn. ꝙ Bart. & sequaces sui. s. Io. qui de hoc plenè notarũt in. c. perlectis. xxv. dist. qui tenent institutionem etiam curam de iure cõmuni ad Archi. pertinere: respondere habent, ꝙ Eps in contrarium munitus erat præscripta cõsuetudine, vel priuilegio speciali. ¶ Dicit tamen Inn. ꝙ subaudiat Tã. & Vin. qui hoc negant, non habent necessariò dare illam expositionem de consuetudine non præscripta, pro solutione oppositiõis pręcedentis: sed apud eum plana est litera, prout iacet. Quod intelligit Vin. Hugu. nisi cura ab Episcopo eidem demandetur. Et per hoc respondet ad capitulum, oullus. xvj. qõ. vij.

2 ¶ † PRIMO pro euidentia quæritur, quomodo animarum cura distinguit? Dicit Innocen. quòd animarum cura duobus modis recipitur. vno modo largè pro potestate eijciendi ab ecclesia, & recipiendi in ea, ac etiam corrigendi,

ac puniendi excessus: vt. xxij. dist. § j. Et sub hac cura est excommunicare, interdicere, & extra talia facere quæ sunt ad correctionem morũ: vt ĩ. & elec. dudum. ij. & .s. eo c. j. Et hãc possunt hr̃e Archi. & inferiores prælati, vt ibid. alia. ¶ Alio modo dicit̃ cura animarum strictè, potestas ligandi & soluendi in foro pœnitentia. Et ista non est in aliquo prælato, nisi sit sacerdos: vt. xxj. dist. vj. nono. & .ĩ. de pœni. & remis. vtriusq;. sed hic quæro, vtrum istam curam fori pœnitentialis possit alius dare seu cõmittere quàm sacerdos. Dicũt quidam, ꝙ non nisi ex generali. vel speciali authoritate sacerdotis: vt hîc & .c. illud alle. de generali intelligunt. ĩ. de offi. dele. super eo. & .xxxv. dist. perlectis. Nam & tunc non dicũtur ipsi dicere, sed illi quorũ authoritate datur. ff. de administra. tu. l. ita authẽ. § gessisse. ¶ Verum secundũ Inno. dici posset, ꝙ Archidiaconi & electi confirmati & alij huiusmodi, quãuis non sint sacerdotes, possunt tamen dare ecclesias parochiales sacerdotibus: quia tunc ipsi non dant curam animarum, sed is, cui dant ecclesiam, quãdo fuit sacerdos simul cum ordine hanc potestatem ligandi atq; soluendi accepit. ¶ Sed dic mihi, quomodo hoc, si antequam Archidiac. de ecclesia ꝓuideret prouisus ad sacerdotiũ iam fuerat ordinatus? Respondit Inno. ꝙ bene verum est, ꝙ in hoc casu talis in ordinatione sua in presbyterum non recepit tunc potestatem in hos subditos huius parochialis ecclesiæ, quos modo dat sibi Archidi. vel alius prælatus eidem ipsam ecclesiam conferendo. Nam antequam iste presbyter institueretur in istam ecclesiam, quæ curã habet potestatem in parochianos ecclesiæ istius habere non poterat. Dicit tamen ꝙ iste presbyter in ordinatione recepit generalem ligandi & soluendi potestatem, quam ex defectu territorij & subditorum sine effectu habebat. Sed postmodũ Archi seu alius prælatus huiusmodi ecclesiam sibi conferendo effectum huius potestatis, quem non habebat, concedit: vt. xvj. q. j. ecce. & .c. multu. secundum mentem Inno. qui non loquit̃ ita clarè. ¶ Subdit etiam Inno. ꝙ de vtraq; istarum curarum intelligitur. c. de multa. ĩ. de præb. Super quo vide, quæ notantur ibidem, & per Archi e. ti. super eo lib. vj. & per Gul. in extraua. Io. extra. quia ipse ibi modificat istud dictum. ¶ Sed vt habeas complectè glosas Inno. quæro, nunquid Archi. vel aliꝰ prælatus, præter Episcopum, possit conferre ecclesiam, vel præbendam: Inno. dicit, ꝙ non. Allegat. c. nullus. xvj. q. vij. alle. Et hoc verum, nisi hoc ex consuetudine, vel priuilegio fiat, secundum eum: quo casu oportet intelligere præcedentia. ¶ Verum dicit Inno. ꝙ si ex priuilegio, vel consuetudine hoc faceret: tunc illud tanquam vicarius faceret: vt. j. de offi. deleg. super eo ij. j. de institu. cum venisset. & .s. e. c. j. secundum eum. Quasi velit dicere Inno. ꝙ tunc datio curæ ex generali potestate Episcopi in præsumptione præstita quodã modo vim taciti cõsensus, & quasi cuiusdã donationis hr̃et: vt. ff. de ver. oblig. l. alienationis. Et ita quasi quædam prorogatio cẽseret: vt. ff. de pre. l. sed si manẽte. Tñ si Papa hoc priuilegio Archi. alias non habenti potestatem conferendi, & nouo concederet, censeretur fungi non ordinaria, sed Apostolica potestate: vt. ĩ. de rescrip. cum aliquibus. lib. vj. Et est magnus defectus, quia si vt vicarius cõferret episcopus cum eo in iure conferendi cõcurreret: vt per ea, quæ dixi. s. de offi. Archi. ij. v. q. & alius non concurret. Quod tamen nõ cõcurrat Episcopus isto casu, fa. not. Car. ĩ. de offi. or. cum Episcopus. lib. vj. Vnde dictum Inno. si verum sit, valde notabile est: quia per hoc Epi possent prætendere, ꝙ cum prælatis inferioribus ex iure speciali ius conferendo habentibus concurrerent in eo. Ratio tamen dictæ prorogationis in non habentibus ius vicariatus, non procedit. & alias dictum istud

4 examinabo. ¶ Osti. autem dicit se nõ intelligere ista dicta Inn. nec prædictam eius distinctionem. Dicit enim, ꝙ potestas ligandi & soluendi in foro pœnitentia cura dici nõ potest. ꝓbat hoc. primò, quia hoc nullo iure cauet: secũdo nec est hoc secundũ naturalẽ rõnem. Aliud enĩ est cura, & aliud potestas patet, quia multi habent prædictam potestatẽ, qui non habent curam sicut sacerdotes non curati: & eo. Aliqui habent curam, & non prædictam potestatem: sicut electi cõfirmati & instituti. non presbyter de ætate. & qua. præterea. & de electi transmissa. Prædicta enim potestas est ordinis non iurisdictionis. Vnde nec cura dicitur, sed potestas clauium in ordine sacerdotali recepta, quam nec sacerdos potest concedere: sed tantũ Episcopus: vt probant iura, per Inno. alleg. Et ad idẽ. ĩ. de consuet. ecc. vel alta aqua. Cura verò iurisdictionis est, quam in confirmatione prælatus recipit vt est dictum, & posteà cum ordinatur, datur sibi non cura, quam habebat, sed potestas quam non habebat ligandi & soluendi animas sibi cõmissas: quãuis alij sacerdoti cõmittere possit, vt illas in foro pœnitentiali absoluat: quia committere iurisdictionis est de elec. suffrag. de pœni. & remis. omnis. vbi ipse Hosti. plenè tractat de cura. Et remittit Hosti. ad summam huius ti. & Io. an. ad extrauagantẽ Io. xxij. quia quorundã. ¶ Sed verè magis miror. de Hostiẽ. qui parcat mihi authoritas tanti patris, non impugnat mentem Inno. sed solum in verbis insistit. Dico enim, ꝙ mens Inno. non fuit curam, animarum hîc diffinire de qua diffinitiuè dicemus in c. omnis alle. sed fuit mens eius dare duos modos cognoscẽdi, qualiter beneficio cura immineat animarum, pro eo ꝙ hoc de archidiacona. hîc pricipaliter quærebatur. Et voluit dicere, ꝙ quando beneficium tale existit, ꝙ in subiectos illiꝰ beneficij Rector ipsius exercere habet potestatem ligandi & soluendi in foro pœnitentiali tali beneficio cura dicitur imminere. & idem si sit illa potestas, quã habet exercere in illos ratione beneficij fori contentiosi, sicut est potestas excommunicandi, &c. Nec enim sufficeret illa potestas, nisi competeret ratione beneficij perpetui: vt. s. de fi. pres. constitutus. Et notauit ipse Inno. in d. c. multa. in glo. vult. s. nunquam auth. Dicere ergo, ꝙ mens Inno. fuerit opinari, ꝙ ipsa potestas ligandi & soluendi sit ipsa cura, quæ per ipsam potestatem geritur, & plura alia in se continet, ab ipsaq; excedit, & ipsam excedit. vt habent arg. Hosti. ¶ Quid ergo voluit dicere, cum dixit, ꝙ potestas ligandi est cura? Credo, ꝙ voluit dicere, ꝙ potestas ligandi est ista, per quam cura animarum imminens personæ ratione beneficij principaliter exercetur, & principaliter cognoscitur vnde dicit Henri. hîc fateor, ꝙ scriptum Inno est impropriè loquutum: quia potestas clauiũ non est cura: sed illud per quod, & mediante quo cura exercetur: vt. ĩ. de elec. licet canon, & c. cum ex eo. li. vj. Et ideò dicit, ꝙ quantum ad illud, de quo erat quæstio vtrũ Archi habeat curam: tradit distinctionem Inno. fore verã. Et dicit ꝙ illam satis innuunt ipse Innoc. & Ber. s. de elect. cum in cunctis. § inferiori. & Arch. ĩ. de sen exc. Romana. li. vj. Et ita sentit Henri. ꝙ Hosti. solum quo ad verba Innocẽ. rẽphendit: & ꝓ cõsequẽs malè: quia nec ista loquẽdo impropriatas est tanta, quin similis reperiatur in iure. Dicit enim lex, Seruitus est constitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra naturã subijcitur. ff. de sta. ho. libertas. § seruitus. & tamen videmus glo. hanc exponere, seruitus est constitutio iuris gen. idest constitu iuris gen. est illa per quam introducitur & cognoscitur seruitus. ¶ Item aliud simile dicit lex: iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuiq; tribuens. ff. de iusti. & iur. l. iustitia. in princi. ꝙ beatus Thomas secunda secundæ quæstione. lviij. arti. s. eod. dicit, ꝙ ista diffinitio conueniens est, si rectè intelligatur, non ꝙ iustitia sit voluntas essentialiter. Sed bene causaliter hoc modo quia per iustitiam voluntas efficitur constans & iure suum vnicuiq; tribuens. ¶ Item, non quia virtus iustitiæ sit actus contributionis: quia imò est habitus secundum quem aliqs dicitur operaturus, secundum electionem iusti. secundum philosophum. v. Ethicor. sed pro eo diffinitur tanquam tribuens, quia apud authores consuetũ est, ac habitus diffinire per actus conuenientes propriæ naturæ virtutis deò subdit beatus Thomas, ꝙ sic Aug. super Io. volens describere fidẽ inquit, fides est credere quod non vides: idest per quam credis, quod non vides, verbales reprehensiones, quæ mentem obtenebrant,

obtenebrát, & cófundût, professorib⁹ maximè huius canonicę facultatis grate nó sunt vt. j. q. j. Marchio. ĩ. de verb. signi. c. intelligentia. &. c. preterea. &. c. in his. Quod ipse Host. notat. s. de seruis nó or. cósuluit. Honestius igitur fuisset Host. sapida verba dñi sui ad bonû sensum exponere, quá verbali & perniciosa sophisticatione mordere. Et propter hoc, mortuo ipsius nó obstante, glo. ista Inn. tenetur & allegatur continuo in iudicijs & in scholis.

15 ¶ † VNDECIMO quæritur, vtrum inter subditos laicos diuersorum secularium dominorum, puta diuersorum Regum, aut Ducum, Comitum, vel Baronum, qui propter diuisionem imperij vnum communem dominum non recognoscunt vel si recognoscant, tamen iurisdictiones eorum, quo ad proprietatem, dominium & vtilitatem, sunt diuisæ, habeat locum prorogatio? videtur q sic: quia leges loquẽtes de materia prorogationis, non reperiuntur correctæ. ¶ Pręfatus Io. vacilini tenet contrarium. Ratio sua est quia leges loquentes de materia prorogationis tempore, quo totalis omnium laicorum iurisdictio quo ad proprietatem & vtilitatem erat penes vnum solum: videlicet apud imperatorem, promulgatæ fuerunt, & etiam fundabantur in ista ratione: quia cum iurisdictio & iurisdictionis proprietas, atque vtilitas ad eundem spectarent, quis de ipsius iudicibus causam audiret, minimè refferebat. Sed casu, in quo iurisdictiones quo ad proprietatem, dominium & vtilitatem diuisæ essent non reperitur lege cautum prorogationem posse fieri: quia nec de temp. legum Ciuilium supponebatur iste casus. Imo de iure canonico reperitur statutum contrarium in subditis plurimorũ Episcoporum eidem Romano pontifici subiectorum: pro eo, quia iurisdictiones quo ad dominium & vtilitatẽ inter eos sunt diuisæ: vt prædicto. c. significasti. Quod etiam de iure communi habetur: vt in auth. statuimus. C. de Episcopi. & clerici. Ex quibus iuribus ad casum istum bene arguitur ex identitate rationis.

16 ¶ † Sed qualiter ergo hodie potest locum habere prorogatio iurisdictionis? Respondet, q tunc cum infra territorium eiusdem domini in diuersis locis eiusdem territorij sunt per ipsum diuersi iudices constituti, ordinariam seu delegatam iurisdictio

iurisdictionem habentes: quia tūc ratio legum antiquatum vendicat sibi locum. Item potest alius casus in prorogatione delegati à Principe per. c. quoniam Abbas. c. j.

17 ¶ † Ex præmissis potest solui quæstio, qua quæritur, vtrum iudex possit inhibere subditis ne iurisdictionē alterius prorogent? In qua dixit Pet. φ non. quia nemini est auferendum beneficium iuris: vt. ff. de adop. l. si arrogator. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. l. ij. § dominorum. In auth. de nupt. § si verò Præterea, qui possunt compromittendo iurisdictionem sui iudicis euitare. Patet per prædicta hoc demum procedere, vbi iurisdictiones quo ad dominium, & vtilitatem diuisæ non sunt: secus autem vbi sic diuisę essent ar. eius, φ de prorogatione est dictum.

18 ¶ † DVODECIMO quæritur, quę sunt illa, quæ possunt prorogationem impedire. Cyn. in dicta. l. si quis ex consensu. in. vj. q. dicit post Pet. φ sex. ¶ Primum est compulsio vt. ff. de iudi. l. ij. circa princip. ibi autem restituisset Secundū est error in eadem lege iij. respōso. & l. si per errorem. alleg. Dicam post Inno. in. c. prudentiam. j. eo. Tertium est poenitentia: vt. l. si cum venerit. alleg. Quartum est inhabilitas personarum. C. qui legitimam personam habent standi in iudicio per totum. Quintum est inhabilitas causæ: quia si nec delegari potest, nec prorogari. sed fortè nō est omnino verum. Et patet in his, quæ dixi s. in. iiij. q. Sextum est inhabilitas iudicij, vt dicam in. l. priuatorū Septimū ponit hîc Collect. si tempus iurisdictionis prorogandæ est lapsum. Vt allego extra eum dictam. l. si qua. in fi. & de dam. infec. l. iiij. in prin. & notatur. j. eo. P. & G. & dixi. s. ar. ij. q. v. biduum. Tamē non videtur prorogari, donec tempus lapsum sit: quia ante non habet effectum prorogatio. Et sic procedit quod notat Archid. j. de resti. spo. frequens. lib. vj. dicens φ ante lapsum terminum non potest dici prorogatio: quia quod non est, prorogari non potest. j. de spon impuber. ad dissoluendum.

19 ¶ † DECIMOTERTIO quæritur quæ iurisdictio prorogari potest? Non est dubium, φ potest prorogari ordinaria contentiosa: vt. l. si se subijciant. & l. consensisse. & l. si cum venerit. allegatis. Et delegati. vt dicto. § sed & si iudex. & c. cum olim Ab allegat. Et etiam inuoluntaria in eadem specie iurisdictionis. Et est casus in dicta. l. si se subijciant. secundum vnum intellectum. & ibi notatur in gl. ij.

20 ¶ † DECIMOQVARTO quæritur, Cuius naturæ & qualitatis est iurisdict. ꝓrogata? Cy. post Pet. in dicta. l. si quis ex consensu in. vij q. dicit, φ est eiusdem naturæ & qualitatis, cuius est illa, quæ prorogatur. ar. ff. de pac. do. l. inter. § cum inter. ¶ Ex quo sequitur, φ si non poterat appellari ante prorogat. nec post. Et sicut potuit ante reuocari, ita & post. Imò reuocata delegata. reuocat prorogata. ar. iudicium solui. Et reuocās delegatā poterit de prorogata cognoscere. arg. ff si quis cau. l. pen. scd̄m Pet Licet Iacob. de Are. cōtra, per. l. si quis arbitratu. ff. de ver. oblig. Et sicut ante prorogationē potest appellari, ita post: quia licet approbauerint iudicem, non tamen malam sententiam eius. ar. quod de teste dicitur. C. de testi. l. si quis. Textus videtur. ff. de ap. l. ex consensu facit dicta. l. si quis ex consensu. cum. l. sequenti. quia ibi in Episcopo speciale. Per hoc solutum est ad illud generale. Quod probo, non reprobo. Et coniunge omnino, quantum ad hoc quod scripsi. j. eo. c. si li. vj. iij. iiij. q. maximè in versu Item addo.

21 ¶ † DECIMOQVINTO quæritur Pone ad deter. redeundo, φ delegatus ad certum tempus tulit sententiam infra certum tempus: Nunquid illo lapso potest eā exequi, intelligendo delegato, qui exequi potest: de quo. j. de so. cōpe. si quis cōtra? Hæc quæstio fuit Damasi, quarta in hoc ti. & Venerali. vij. & incipit, Causa fuit commissa Da. Tan. & Bar. Bu. tenent, φ exequi potest. & videtur placere Hosti. j. eod. consuluit vbi dicit φ delegatus vltima die pronunciat, & postea exequitur infra annum. facit. j eo querenti. de app. pastoralis. ff. de testamen. l. hæredes palam. quia non videtur nouum facere, qui iam factum exequitur faciunt notata de rescript. quoniam. lib. vj Hugut. Ioan. & Archid. xxvij. q. j. si homo esset tenent contrarium facit hæc decret. & j. c. consuluit. & c. j. ultu j. c nouit. ¶ Ioan. And concordando dictas opiniões sic distinguit. Aut terminus adijcitur decisioni, vel decisioni causæ, & tūc sit vera opinio prima. quia post illud adhuc superest tempus executionis fiendę sicut in commissione causæ Papa statuisset tempus contestationis, vel conclusionis: quia tunc his expeditis in tempore, adhuc in vlterioribus remaneret delegati potestas. Et secundum hoc, expone sic literam istam *eo transacto.* supp & causa non finita. Vel sic: *eo transacto.* mandato. s. decidendi Et hec opinio tunc maximè vera, quando per executionem, nil aufertur victo. facit quod notatur de app. pastoralis. Et in dicta decre. nouit. super finē. vlti. glos. Aut terminus adijcitur iurisdictioni: & tunc sit vera secunda opinio. Et hoc siue affirmatiuè proferantur verba: vt φ duret iurisdictio vsque ad annum. siue negatiuè: vt quòd non duret vltra annum. Cum enim exececutio sit de iurisdictio. j. eod. si delegatus. lib. vj Restat. quòd iurisdictione finita Paul. in clem. j. de decimis. & Collect. hîc & cum istis sum. De prima parte nostræ decre. expeditus. vide super hoc. H. j. eod significasti ad principiū ij colum. j.

¶ Ad secundam igitur partem nostræ decretalis, accedens. 22 xvj. in ordine quæro, ibi: *eandem inf gis.* † qualiter poenam statutam à iure, potest iudex diminuere, vel augere. Et breuiter de delegato, de quo loquimur solet dici, quòd nec mutatare, nec augere, nec minuere eam potest: quia dispensare nō potest contra ius commune: vt hîc notat Ber. in penult. glos. & Hugut. ij. q. iij. c. infames § notandum. ¶ Sed in ordinatio solet dici, φ si sit talis, qui non possit super illo crimine dispēsare: nec poenam pro illo crimine infligendam mutare minuere, potest: vt. j. de poeni. c. licet. vt ibi notant Ber. Inno. & Hosti. Et ita intelligitur Deuteron. xix. Et homicida morietur, nec misereberis ei. ¶ Aut est talis qui potest super illo crimine dispensare: & tunc si huiusmodi commutationem, vel diminutionem, vel augmentationem, facit causa cognita: & ipse in sententię prolatione hoc potest: vt. j. de raptori. in Archiepiscopatu. vbi de hoc per Henricum in prima distinctione. & c. C. de his, qui not infa. l & si seuerior. & ff. eod. l. quid ergo § poena grauior. Aut eam facit non causa cognita, vel post sententiam: & tunc non potest: vt. ff ad Turpil. l. j. & ff. de iniur. l. diuus. & ad municipa. l. ordine. Et in hac causæ cognitione habetur consyderatio locorum, temporum, personarum, causæ, multitudinis, ætatis & scandali, Nam ex omnibus istis rigor iuris mitigatur: vt colligitur manifestè. j. de sen. excommu. super eod & c. vlti. vbi de hoc. lxxvj. di. tanta. ij. q. iij d § notandum. j. de transac. c. vltim. l. di. vt constitueretur. ff. de poenis. l. si quis aliquid § instrumenta. & l. absentem § fina & l. respiciendum § delinquunt. & ij. q. j. in primis cum multis similibus. ¶ Item causa cognita, & ex prędictis causis & iuribus poterit poenā augmētare. & etiam, quando multis grassantibus exemplo seu vindicta opus est. ff. de poenis. l. aut facta § vlt De quo notatur plenè iij. d § notand. & § poena grauior. & l & si seuerior. alleg. & per Innoc. s. de constitu. c. j. vbi etiam notatur, quòd arbiter leges transgredi potest. per. l qualem alleg. & j. de remis. in præsentia. Et hoc ibi apparebat Hosti. & Compo. prædicta notat Archid. xvij q. j. qui bona § si ergo. In magna gloss. circa. vj. columnam. versu, si autem quis cogitat, & agit, & perficit. versicu. & hæc vera sunt. ¶ Sed parcant mihi Archidi. Henric. & alij sic distinguentes: quia cùm maius sit dubium, qui iudices, & super quibus criminibus valeant dispensare: quàm illud, de quo hic quęritur, ideò sub maiori dubio nos ponunt. Vnde Inno. in dicto c. j. de constit loquitur simpliciter. dicens, quod in ordinarijs poenis, Iudex ex causa, si eas viderit temperandas, eas in sententia & ordinato crimine temperare potest quē sequuntur Hosti. Com.

& Ioan. Andr. Et idem notat Accur. in l. & si seuerior. & § pœna grauior. alleg. de pœni. l. hodie. Et ad Turp. l. j. § j. alleg. Item hoc etiam tenent Cyn. & Butr. in l. & si seuerior. in prima oppositione. & Guill. de Cugno. Petrus Ioan. Nicoti & Bar. in § pœna grauior. & ipse Bartol. ff. ad Turp. l. j. Ratio eorum est: quia ex author. legis habet iudex quilibet ordinarius habens de crimine iudicare, & pœnam infligere, quod in sententia cū causæ cognitione maiorem, vel minorē pœnam, possit imponere. Et ideo, quod facit, legis author. facit. Et si sine causa contra legem, aut aliàs male arbitretur, puniri debet, secundùm eos: si verò pœnam non imponit, sed super crimine pœnam solum pronunciat, lex pœnam imponit. sic intelligitur. ff. ad Turp. l. j. Ex hoc dicunt doctores prædicti, quòd hodie omnis pœnæ etiam ordinariæ, & per leges impositæ, sunt arbitrariæ. sic intelligunt. ff. de pœnis. l. hodie.

23 ¶ † Ex hoc dicebam nuper coram domino vice cancellario. quòd super crimine falsi coram eo cōfessato poterat ipse minuere, vel commutare pœnam, ex causa in sententia sua. Et ista est veritas. quam perpetuò menti tene. Dixi. s. de constitu. c. j. in. ij. oppositione & prima quæstiōe. ¶ Ad textum istum sol. quòd hîc loquitur in delegato, cui nō est data ista potestas à lege. Nec obstat si dicas, quòd talis commutatio, vel diminutio pœnæ est quædam dispensatio contra legem: ergo non conceditur, nisi volentibus dispensare. Respondet enim. la. but. in dicta l. & si seuerior. dicens, quòd non est talis commutatio in aliquo contra legem: quia fit auth. legis. Ex quo infero. quòd dispensatio propriè dici non potest. Hosti. tamen in dicto. c. in Archiepiscopatu. quòd tamen licet iudici vnam causam in aliam commutare, quando hoc facit ex causa, & scandalum non imminet. & vbi procedit ex officio. & sic concurrentibus tribus sic intelligit § pœna grauior. & l. & si seuerior. Secus autem secūdum eum, quādo nō subest causa, vel quādo ab alio accusatur: quia tūc, nec mollior, nec durior infligi debet. C. ne sanctū Bap. reiteret. l. iij. in fi. & C. ad le. iul. de vi publ. l. seruos, q. in fi. Inducit notata in dicto. c. in Archiepiscopatu § j. in princip. quamuis plerumq; de facto contrarium fiat: vt patet in eo, quod notatur de homi. ad audientiam. ad finē. Et concordat quod ipse notat in sua rub. de accusa. § si quis sit effectus & frater Ioan. in Summa confessorum. titu. de raptoribus rubrica de iudicibus & assessoribus. q. cxlvj. vtrū iudex possit pœnam. &c. & Zen. in cle. vna de testa. in glo. penult. Sed salua pace Hosti. § pœna grauior. & c. l. & si seuerior. Indistinctè loquitur. Imo § pœna grauior. ij. Responso loquitur de pœna applicanda parti. Ideo illa iura simpliciter intelligenda sunt prout iacent, videlicet siue ex officio, siue in modum accusationis seu ad partis instantiam ageretur. quia tunc propriè imponitur ordinaria pœna legis. Et est ille modus ordinarius in terminibus procedendi legibus causibus. Maximè magis notus. Nā secundùm legem istud est regulare: quia siue accusatore nemo punitur: vt. ff. de mune. & ho. l. rescripti § si quis accusatorum. Licet fallat in casibus notatis per gloss. ff. ad. l. iul. de Adul. l. ij. § si publico. ¶ Dicere autem quòd leges prædictæ ad casus speciales inquisitionis tantum, & non ad regulam accusationis se referant, esset absonum. & contra. l. Nam ad ea. ff. de legi. quia nō debet ordinaria pœna imponi: nisi cum agitur in modum accusationis. j. de accusa. c. inquisitionis. & c. qualiter. ij. cū vtrobiq; non. Ideo dic, vt suprà. En per prædicta moderare habes, & intelligere, quod no. Thom. ij. secundæ quæstione. lxvij. articulo quarto. Et caue iudex, ne in augendo pœnam sis nimis crudelis, propter id. quod scribitur. Ia. ij. iudicium sine misericordia, ei qui non fecit misericordiam. Et ne etiam omittat pœnam minuere, casu quo minui debet, propter illud quod scribitur Ecclesiastis. vij. & xxiij. q. iiij. nō potest § præcepta. Noli esse nimis iustus: quia iustus perit in iustitia sua. Et quòd non parcat sine causa. iuxta illud Deuteron. xiij. non parcat ei oculus tuus: nec misercaris, & occultes eum: sed statim interficias eum. Loquitur de persuadente seruire dijs alienis & Deuter. xix. morietur, nec misereberis eius loquitur de homicida.

24 ¶ † DECIMOSEPTIMO quæritur, quæ sunt causæ propter quas potest iudex pœnam minuere? Cy. post Pet. in dicta. l. & si seuerior. in prima quæstione. Dicit quod quatuor causæ. Prima propter personæ delinquentis conditionem, vt propter iuuentutem. ff. de mino. l. auxilium. § in delictis. Vel senectutem: vt. ff. de termino. mot. l. ij. vel dignitatem: quia mitius puniendus est nobilis, quàm ignobilis. ar. ff. de pœni. aut facta. § persona. & l. respiciendum § furta. & l. iij. seruorū. & C. de sacro. sanct. eccl. l. iij. Secunda causa est propter ignorātiam. vt. ff. ad leg. Cor. de fic. l. in lege. Tertia causa propter factionē inconsultam: vt propter dolorem repentinum quis delinquit. ff. de pœnis. l. absentem. § vlti. Quarta causa est propter reipub. vtilitatem vt in decursione. vt. C. de decur. l. quandoq;. li. x. & de re mili. l. nō omnis. § vlti. ¶ Sed quæ sunt causæ augmentandi pœnam? dicit Cyn. post Pet. vbi suprà, quod duæ sunt. Prima est delicti atrocitas: vt. ff. de pœnis. l. quædam. & C. de Episcopi. & cle. l. presbyteri. Secūda est delicti frequentia: vt. l. aut facta. in fi. Et subdit finaliter Cyn. post Petrum, quod propterea iuriscōsultus omnes pœnas consyderans, & causas imponendi, dicit hodie eas arbitrarias esse. ff. de pœnis l. hodie. Et sic intelligit Pe. dictam l. hodie. etiam in criminibus ordinarijs, in quibus leges certas pœnas imponunt & ita posse intelligi ibi notata in glos. j. in fi. In qua gloss. in princ. ibi: sed in ipsa sententia ex causa. &c.

25 etiam idē no. expressè, quod Bar. ibi approbat. ¶ † Sed quid si iudex mutat, auget, vel diminuet pœnam huiusmodi sine causa rationabili: Nunquid valet nihilominus sententia ipso iure? videtur quod nō: quia ita demū potest: dummodo rationem non excedat. Et ita si cū causa facit: vt dictū est. Et est textus in dicta. l. hodie ¶ Sed credo contrarium, per § pœna grauior. secundum intellectum communē glosarū & doctorū. Et præsertim Petri. & Guill. de Cugno, qui habet quod sententia ibi lata tā in primo, quàm in. ij respō. valuit ipso iure. & tū ibi grauior fuit pœna imposita, quā imponi deberet. Et propter hoc lex in alio releuat condemnatū: quia tūc infamiam sibi remittit & est ratio huius: quia tunc lata est sententia cōtra ius partis, videlicet accusatoris, vel reipublicæ, cui erat pœna huiusmodi applicāda: vt ff. de publi. l. licitatio § quod illicitè. Non contra ius constitutionis. ar. ff. quæ sen. sine app. resti. § j. Et hoc verū, nisi haberet errorem in sententia expressum: vt ibi, & j. de sen. excom. solet. li. vj.

26 ¶ † DECIMOOCTAVO quæritur, vtrū iudex pro crimine pœnā infligens duriorem, quā sit statuta per legem, &c. sit infamis sic distingue: quia aut hoc facit sine causa legitima: & tūc est infamis. vt. C. ad leg. iuliam de. vj. pu. vel priua. l. seruos, qui. & C. ne sanct. bap. reiteretur. l. iij. in fi. Aut hoc facit ex causa legitima, & cum causæ cognitione: & tunc non est infamis quia tunc hoc facit legis authoritate. d. § pœna. l. & si seuerior alleg. & l. se. ar. C. ad legem. iul. de adul. l. Gracchus. xxiij. q. iiij. qui peccat. fa. no. Ber. Inno. & Hosti. j. de seruis nup. c. penul. & fi. secundū Hosti. hîc, & in. Summa de offi. ord. § quid pertinet. circa prin. ver. solo. &c & de accus. § quis sit effectus. in prin. vbi de hoc plenè. & Archid. xviij. di. propter ecclesiasticas & frater Io. in sum. tit. de pœnis. q. xiiij. & iūge hîc notata Ber. Hosti. j. de pœnis. c. licet.

27 ¶ † DECIMONONO quæritur, vtrum iudex delegatus possit mulctare? Inno. hîc in vltima gl. apertius. j. c. j. & j. c. pastoralis. in prin. super verbo, punire. & Hosti. ibi & j. c. proxi. in fi. & gl. & Tan. j. c. pastoralis. in gl. antepenul. Inno. & Hosti. j. de app. sæpe super verbo, expensarū. & Inn. in dicto. c. pastoralis § pen. & Spe. de cōtumacia. § fi. in prin. & de sententia. § species. vers. est & quarta tenent, quod sic vnde dicebat Inno. in dicto. c. j. quod delegatus & subdelegatus nedū partes, sed etiam extraneos iurisdictionem suam impedientes excommunicare & mulctare potest, si aliter iurisdictionem, suam defendere, vel expedire non potest: vt hîc. & j. c. proxi. & c. ex literis. & j. de pœnis, licet. & ff. de offic. eius, cui mand.

cui mand. est iurisdictio l. fi. & si quis ius di. non ob. l. j. C. de modo mulct. per totum & de spor. l. ij. & quod notat Nouel l. j̃. de app. sæpe. super verbo, expensarũ, vltra modum glo. ¶ Sed Accursio dicta. l. ij. & C. de modo mulct. l. eos. in prin. & Hosti. in summa de re iudi. sub rubr. de mulcta § sed quis possit mulctare. in fi. Pro quibus satisfacit. C. de modo mul. l. ij. & iij. & l. eos. & c. defensi. ciuita. l. defensores. j. & q̃d dicitur in l. ij. C. de spor. est speciale. Eius ratio est secundũ Hosti. ꝙ delegatus Papæ nõ recipit potestatem, nisi censuræ ecclesiasticæ, cuius appellatione non continetur mulcta: vt patet. j̃. de ver. sig. quærenti. Remittit de homicid. c. pro humani. versu, nos tanto. Ergo non mulctabit, nisi rescriptum expressẽ hoc contineat: sicut fit. j̃. de accusa cum dilecti Sed ipse Hosti. s̃. c. j. dicit corrigẽdum quod in summa notauit, & tenet ꝙ ex virtute clausulæ, qua censura cõmittitur, id nõ potest: sed ex virtute commissionis hoc potest, vbi pena nõ est statuta: vt hîc. Et hoc siue pars venire contemnat, siue nõ pateat: vt dicto. c. j. j̃. e. & demũ ad ipsam mulctam extorquendam poterit exercere censuram: vt. j̃. e. præterea. Quod intelligit de parua mulcta & temperata, nõ de magna. Et sic loquitur. l. ij. de spor. Ita distinxit ipse Hosti. in dicto. c. pro humani § nos tanto. gl & sic patet. Et idẽ Nouella hîc, & ibi & Archid. ij. q. vj c. ei qui § diffinitiua. ver. Item cuncta. & j̃. de app. legiuma. l. vj super verbo, sententiam ¶ Vnde per eandem legem dicunt quidam moderni Legistæ, ꝙ delegatus imponit mulctam, sed non tantũ, sicut ordinarius. Et sic concordant illas leges. Et vide ad materiam in spec. de cõtumacia § fi. in prin. & de sen. pba § ij ver. est, & quarta. & ver. sed nunquid secundũ Nouellam. Et versi, si iudices valentes vsq; ad tertiam ad summã mulctare, vltra mulctent, nõ valet in superfluo: sed in alio, quod non superfluit. sed si est. j̃. summam, valet mulctatio pro quo. j. de præbend dilectus filius. j § nos facto. & c. nisi essent. xij. q ij. si quos. & quod legitur & notatur. C. de dona. l. scimus. in princ & s̃. de don. Apostolicę. & d § diffinitiua. versu, itẽ cum certa. alleg. ibi. cum dicit, ꝙ cõtra ius: quasi diceret, non totum est infirmũ. Sed in eo, quod excedit quantitatem præfixam, non tenet. lxxxix. di. indicatio secundũ Lau. hug. Pe. & Archi. & Henricũ hîc, licet Io. ibi contra. vide quæ scripsi. j̃. e. c. j. q. quinta. ¶ Supple glosas. In glo. prima ibi: *Quinquaginta dies*. Et tunc oportet dilationes minui. Inno. ¶ Et in fi. de alijs casibus, in quibus restringitur tempus causę criminalis & ciuilis, remittit Nouella ad notata sua. de indicijs. c. penul. super prin. primæ glos. Materiam autem huius primæ gl. expediui suprà in prima quęstione. ¶ In glo. *ar. quod* in princ huius glosæ materiam expediui. s̃. in secũda quæstione. ¶ Et ibi: solu. secundũ Tan. & idem Inno. ¶ In gl. & ita. in prin. huius gl. materiã expediui suprà in tertia quæstione. & xj. quęstiõibus sequentibus. ¶ In glo. *sicut est*. in prin. Istam gl. quasi ad literã ponit Inno. Et ibi: *&c. quoniam*. vnde dicebat hîc Abbas, ꝙ in citatis contumacibus semper est tertia pœna sed de condemnatis contumacibus intelligitur hæc litera. Et inducit textum. s. ibi *Iudicio*. j. mandato. Huius contrarium videtur innuere Inno fortè vitio scriptoris, secundum Nouellam. Dicebat etiam Pe. ꝙ litera, inuenire, ponebat vnũ modum contumaciæ: litera, *potere*, ponebat alium. Remittit Hosti. ad de cre. quoniam. in fi. ¶ Et ibi: *gratificationi*. Idem notatur. xxj. q ij in summa. & .. xxiij. di fraternitatis. Vel dic secundum Inno. ꝙ dum plures pœnę reperiuntur impositę, ex hoc videtur pœna arbitraria. ¶ Subdit, quòd vbi pœna certi non reperitur, imponi, seu arbitrari debet illa, quæ magis timetur. Idem Ber in fi. huius glo. Et perseuerante contumacia restat pœna. vt. li. non contest. quoniam. de iureiur. ad nostram &. c. debitores. & c. pręterea allegat hîc in prin. gl. &c. ¶ In gl. penul. ibi: *non potes*. Idem notat. Hugu. ij q. iij. c. infamis § non tamd. vbi etiã notat Io. quæ sunt in pœnarũ cõmutationibus attendenda. ¶ Et ibi: *ordinatio*. sub tali, qui. &c. hoc dic. secũdũ Nouellũ, propter notata. j de pœnis, licet. dixi. s̃. in. xvj. & xvij. quęstionibus. ¶ In gl. vlt. ibi § j. Alleg. Hosti. ad idẽ. ff. de vsuris l. mora. de testi. l. quæsitum scio. de ver. ob. l. continuus § ij. de iniur. l. sed si vnius § ait prætor. de transact. c. fi. remittit de ver. sig. quærenti. de homic. per humanũ. versu, nos tantò: quod dicam de dolo. & contumacia. c. finem. super vlti. glo.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Principali concesso, accessorium concessum esse intelligi. & qualiter concessa intelligantur, quæ ad illud sequũtur. nu. 3.*
2 *Accessio ad principale triplex.*
4 *Principali concesso, qualiter concessa ea, per quæ peruenitur ad illud?*
5 *Prohibito aliquo, qualiter prohibita intelligãtur, quæ ex illo sequũtur? Et qualiter prohibita per quæ peruenitur ad illud? nu. seq.*
7 *Principalis ac annexorum, an idem sit iudicium? Et quando principale adnexa ad se trahere dicatur?*
8 *Citatus, personaliter nõ cõparẽs in specie de qua hîc, an sit excõicãdus?*
9 *Iudex pro contumacia trina, vel vna peremptoria, an posset, debeat non comparente excommunicare?*

¶ *CAP.* V.

PRæterea. ¶ Cas. Per simplicem commissionem causæ potest delegatus citare, cõtumacem punire, & reliqua facere quę spectant ad causam. Ponit casum ipsius respõsionẽ, & respõsionis rationẽ. Secũda. ibi: de hoc tibi. Tertia ibi: *quia* ¶ Expone literã, *delegato*. à nobis. ¶ Nõ ordinario. j qui ordinarius nõ existit. Et ideò dicit, quia cõstabat, ꝙ ordinarius hoc poterat. iiij q. v. c. vno. Lau. & xj. q. iij. nemo. & c. certũ. xxiiij. q. iij. de illicita ff. si qs ius. di. non ob. l. vna in princ. ¶ *Cogere* per cẽsurã ecclesiasticã. Et dicas, ꝙ sic Hosti. ¶ *Aut damnare*. si in expensis condẽnando, vel mulctãdo. Et dicas ꝙ sic. vt. j̃. Hosti. ¶ *Seueritate*. Ac si dicat ex potestate censuræ ecclesiasticæ, nõ punit in expensis, nec mulctat: sed ex virtute seueritatis ecclesię, vel iurisdictionis cõmissę hoc põt, secundũ Hosti. De hoc. j c. proxi. in fi. ¶ *Non obstante*. expressè. ¶ *Mandatũ*. Papæ habet mãdatũ delegati, aliàs non essent cõtumaces. Gos. & Pet. *quod causa principalis*. *Committitur*. etiã simpliciter: vt est dictũ. *Plenariè recipit*. per quod videt posse mulctare. de quo. s̃. c. proxi. in vlt. q. Et videt ex hoc simplici cõmissione delegatũ plus posse, quã ex expressiõe clausulæ. Cõtra dictores & c. De hoc de ver. signi. quærenti. Et est simile. de dona pastoralis. ¶ 1 Primò nota, ꝙ cõcesso principali, cõceditur accessoriũ. Concordantię sunt in prin. vlti. gl. Ber. Cui cõcordat Inno. Cõtra q̃d opponitur de iuribus cõtra hoc allegatis in prin. dictæ glos. Solue, vt Ber. in. d gl. & etiã dicit Nouella, ꝙ ibi speciale est in odiũ dolosi. ¶ Ecce 2 vt clarius videas aduerte: quia triplex est accessio. Quia vna se habet per modũ sequelę, seu cõsequentiæ. Alia se habet per modũ præcedentiæ. Alia se habet per modũ cõnexionis necessariæ. ¶ Quo ad primã accessionẽ datur ista regula: quia cõcesso aliquo, cõcessa etiã videntur omnia, quę sequunt ex illo. Ex ista sequi videt hęc regula: videlicet, ꝙ cõcesso antecedente, cõsequens cõcessum esse videtur ¶ Quo ad secundã accessionẽ datur secunda regula, ꝙ cõcesso aliquo, cõcessa videntur ea, per quę peruenitur ad illud. Ex hac etiam sequi videtur ista, ꝙ cõcesso cõsequenti, cõcessum videtur etiã antecedens. ¶ Itẽ cõtra habemus duas alias regulas negatiuas. Vna est in ordine tertia. ꝙ prohibito aliquo prohibentur illa, quæ sequuntur ex eo. ¶ Ex qua, ista regula etiam inferri videtur, videlicet ꝙ prohibito antecedenti, consequens etiam prohiberi videtur. Alia est in ordine quarta, ꝙ prohibito aliquo, prohibita sunt illa, per quę peruenitur ad illud. ¶ Ex qua etiam ista regula sequi videtur: ꝙ prohibito consequenti, antecedens etiam prohiberi videtur. Et notantur prædictæ quatuor regulæ, per Inn. & Pet. ff. de iure. omnium iudi. l ij. quæ incipit, cui iurisdictio super glo. De primis duabus regulis Henri. formauit vnam distinctionem. j̃. de accusa. ex parte. ij. distin. ij. Sed parcat mihi: quia illius membra posuerat gloss. in dicta. l. cui iurisdictio. Quo ad accessionem autẽ tertiam, datur regula quiota, effectũ bimembri, videlicet, ꝙ idem est iudicium affirmatiuũ

videlicet & negatiuum, de principali & ſuis connexis.

3 ¶ † In primis igitur, Ad primæ regulæ verificationem accedamus, & quæramus qualiter conceſſo aliquo, conceſſa videntur omnia, quæ ſequuntur ex illo. ¶ Et hic diſtingue ſecundum Petrũ, vbi. s̃. Addendo tamen plura ad dicta ipſius quia. Aut quæritur de illis quæ conſequentiam habent neceſſariam ad cõceſſum: & in illis dicta regula tenet: vt. ff. de accuſ. & obliga. l. obligationum ferè. § placet. & ar. C. de rei ven. l. ij. facit. ff. de leg. j. l. ſi fundum. Fallit ſecũdum Henricum, vbi ſuprà in caſu, in quo concedens non eſſet illud conſequens ſpecialiter conceſſurus: vt. ĩ. de pœnit. c. ſi Epiſcopus. § j. li. vj. & de regulis iuris, in generali. li. vj. ¶ Sed iſta fallentia minus eſt larga. Ideo reſtringe eam ſecundum caſum, vnde ſumitur, ad illud conſequens inueriſimilis conceſſionis, quod non potuit veriſimile prouideri. vel ad illud quod non eſt ex communi conſequentia, ſed per accidentia caſus, cõſequens eſt. Si enim ſciens talem aliàs abſolui non poſſe: ſi concederet videretur ſuper hoc diſpenſare & ſi non in vnum dictæ conſequentiæ & regulę primæ, in vnum tamen antecedentiæ & regulæ ſecundę ar. ff. de excuſa. tut. l. idem Vlp. in in ſi. cum ſi. Imo nec propria eſt dicta fallentia. quia non de acceſſorio in conceſſo, ſed de comprincipali caſu, non incluſo loquitur. ita ꝙ in quantum differt iſta materia à materia regulę in generali: in tantum differt iſta fallentia à regula noſtra. Ideo non videtur bene ad propoſitum applicata. Et intelligo prædicta de habentibus conſequentiam neceſſariam ſiue proueniat huiuſmodi conſequentiæ neceſſitas à propria verbi ſignificatione: vt. ff. de ali. leg. l. legatis. Siue à natura rei: vt. ff. de act. empt. l. fundum & l. fundi. ¶ Aut quæritur de illis, quæ non habent conſequentiam neceſſariam ad principale conceſſum: & tunc aut loquimur de his, quę ſequuntur ordinatè: aut de alijs. ¶ Primo caſu: aut eſt eadem ratio concedendi vtrumq;: & tunc regula tenet: vt. ff. quéad. teſta aperi. l. ij. § inſpectio. Ad id idem facit, quod notat glo. C. ad ma. l. Macedoniani. dicens, quòd pater ponens filium in ſcholis ſibi libros emere tenetur. ¶ Secundo caſu, aut loquimur in conceſſionibus ſtricti iuris: & tunc regula non tenet. s̃. de offi. proconſ. l. ſolent. in prin. & quæ notat Inno. ĩ. e. ſignificaſti. gloſſ. vlti. verſ. Item ſecus. & ver. ſequenti. Item non credimus Et Ber. & Hoſti. ĩ. e. ex literis. & ſpe. de officio delegati. § ſequitur verſo, ſed nunquid poteſt libellum.

¶ Aut loquimur in conceſſionibus largè interpretandis: vt in conceſſionibus principum, & vltimarum voluntatum: & tunc ſtat regula: dum tamẽ, illud ſequens ſit acceſſorium ad principale conceſſum: vt. C. de bo. va. l. ſi quando. li. x. Sed forte ibi eſt caſus ſpecialis: vt ibi no. Ber. de Dio, per eandem viam facit. ĩ. de cenſi. c. perpetuò. de priuileg. c. licet. § cum conceditur. li. vj. ¶ Aut loquimur de his quæ non habẽt inter ſe conſequentiam neceſſitatis, nec etiam ordinis. Et in illis non tenet regula: ſed habet locum alia contraria regula: quia cauetur, Nun probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit ab eſſe. de qua. C. vnde cogna. l. non ob hoc.

4 ¶ † SECVNDO quæro de ſecunda regula, quæ habet, ꝙ conceſſo aliquo, conceſſa videntur ea per quę peruenitur ad illud. Qualiter verificetur? Nã dicit Ia. de Ra. prima facie, videtur reſiſtere principijs Logicorum. Nam licet antecedens inferat conſequens, non tamen econtra. ſequitur enim: homo: ergo animal. Sed non ſequitur. Animal: ergo homo. Verum ſecundùm Petrum vbi ſuprà, quantum ad hoc diſtinguere potes, additis primo membro & paucis alijs: quia aut ſunt talia antecedentia, ſine quibus etiam commodè poteſt expediri conceſſum. & tunc illa non videretur conceſſa. Et ſic procedat dicta allegatio Logic. &. C. de proba. & loca. & cõduct. l. ad probationẽ. & ĩ. de pręben. non poteſt. li. vj. ¶ Aut ſunt talia, ſiue quibus non poteſt expediri cõceſſum abſolutè, vel ſaltem commodè. Et tunc, aut quæris de Impoſſibilitate, aut de incommoditate. Si verò ſunt talia ſine quibus ſimpliciter eſt Impoſſibile expediri conceſſum: ſubdiſtinguit Petrus. Aut illud, ſine quo non poteſt aliquo modo explicari, conceſſum, eſt tale, ꝙ non poteſt comprehendi ſub conceſſione primò facta: & tunc non videtur illud conceſſum: vt. ff. de exhibi. l. gemma. ar. ff. man. l. diligenter.

¶ Aut eſt tale, quod bene poterat comprehendi, &c. licet non dicatur expreſſè, ¶ Et hic ſubdit Pet. quod aut illud, quod conceditur de iure ſpeciali, conceditur. Aut de Iure communi. Primo caſu, non tenet regula: nec videtur illud concedi. Inducit. ff. de offi. pręto. l. Barbarius. Secundo caſu, videlicet cum de iure communi fit conceſſio principalis id eſt non contra iuris communis regulas: & tunc aut illud ſine quo &c. eſt tale quid, quod non conſueuit concedi & tunc illud non videtur conceſſum: vt. ff. de offic. eius, cui man. eſt iuriſdictio. l. j. in prin. ſic poteſt procedere. c. ſi Epiſcopus. § j. allegatis. & in auth. de teſtib. § ſi verò ignoti. & in auth. de exhi. re. § ſi verò. Aut erat tale quid, quod conſueuit concedi. & tunc tenet regula. Sic intelligit. l. cui iuriſdictio allegatam. & l. j. § ſi & l. ſi. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdictio. Sic poteſt intelligi iſta decre. & ĩ. eo. prudentiam. § vlti. & c. ex literis Patriarchę. & c. ſuſpicionis. & ĩ. de ſen. ten. excom. quoniam. lib. vj. Et quod notat Ber. ĩ. c. ſignificaſti. in gl. penult. & Hoſti. ĩ. eo ex literis & Archid. ij. q. j. ſicut gl. quæro, pone. Super quo tamen vide Nouellam in dicto. § vlt. & Laur. in Cle. iudices ĩ. eod.

¶ Sed caue, & hoc intellige ſanè, videlicet in caſu, quo eſſet illud tale, ſine quo &c. Sublatio impedimenti extrinſeca nõ comprehenſi ſub verbis, ſi illud ſciuit concedens tempore cõceſſionis: quia ſi illud neſciuit. illud non videtur conceſſiſſe, nec tollere voluiſſe, quod ignorauit. ar. inſtit. qui ma. non po. § j. qui. da. tu. teſt. po. in princ. C. neceſſarijs hered. inſti. l. vlti. & dicta. l. idem vlp. in fin. & de re iudi. l. quidam conſu. in fi. à contrario dictarum legum. & ar. ff. de iuriſdictione. omnium iudi. ſi per errorem. & de inoffic. teſta. l. mater. Et hoc intellige in ſequenti membro fortiori ratione repetitũ.

¶ Si verò antecedens erat tale, ſine quo conſequens conceſſum poterat expediri: ſed non commodè, ſeu ita cõmodè, ſicut in illo, &c. Et hic ſubdiſtinguit Pet. quia aut conceſſio facta æquè propriè, poterat reſpicere illud antecedens, ſicut conſequens conceſſum expreſſè. Et tunc regula tenet: vt. ff. de procura. l. ad rem. & l. ad legatum. Aut verba conceſſionis non poterant æque propriè reſpicere, &c. Et tunc aut loquimur de conceſſionibus ſtrictè interpretandis. & tunc nõ tenet regula. ſic intelligit Pe. gl. quæ eſt. ff. de procur. l. ſi defectus. § qui ad communi diuidundo. quæ hæc ibi notare videtur. Et eſt ſecundum eum, lex expreſſa ſi ſubtiliter inducatur. ff. de procur. l. non ſolùm. in prin. ¶ Aut quæritur de cõceſſionibus, que largè habent interpretari: & hic ſubdiſtinguit Pet. quia aut quæritur. Nunquid illa videntur conceſſa, ſine quibus ille cui ſit conceſſio commodè non poteſt gaudere conceſſo. Et tunc regula tenet: vt. ĩ. de vſur. l. ſi ante.

¶ Aut poteſt ſine illis commodè gaudere conceſſo, ſit non ita commodè, ſicut ſi &c. Et tunc regula ceſſat: vt. ff. de ſeruitu. vrba. pręd. binas ædes. in fin. & l. Olimpico. & de vſufruc. l. damnas eſto. ſecundùm Pet. Et licet poſſem circa ſingula magis inſiſtere cauſa breuitatis omitto. ¶ Tertiò ad tertiam accedens regulam, quæro qualiter aliquo prohibito, cenſentur prohibita ea, quæ ſequuntur ex illo. Et hic Pet, vbi ſuprà diſtinguit hoc modo. quia aut cõſequens eſt tale quid, quod non poteſt ſtare antecedente prohibito de iure: & tunc ſtat regula: vt. ff. de dona. inter virũ. l. iij. § item ſciendum. Et hoc verũ de iure cõmuni: quia de ſpeciali poſſet valere cõſequẽs. & c. vt. l. Barbarius. all. ¶ Aut põt ſtare cõſequẽs &c. Et tũc, ſi cum effectu valere poſſit ſine antecedente, non ſtat regula: vt. ff. de acquir. po. l. iij. § vir vxori. niſi prohiberetur antecedens propter turpitudinem ſuam. ff. de pac. l. iuriſgẽtium. § ſi ob. maleficium. & C. de inuti. ſtipul. ſi ex dolo. ¶ Si verò conſequens non poteſt valere in effectu ſuo antecedente non valente. licet bene poſſet valere ipſo iure: & antecedens iure cõmuni erat prohibitum, ſtat regula, vt dicta. l. iuriſgẽtium. § & generaliter. & C. de legib. l. non dubiũ. vbi principaliter

paliter tangitur hæc materia. Sed si iure spile est antecedens prohibitũ, hoc casu non stat regula: vt. C. si aduer. vendi. pig. l. j. & authen. sacramẽta puberũ. C. si aduers. vendi. licet Doc. cõiter intelligãt eam in phibitiõe iuris cõis. Pet. ¶ De hoc tñ dic, vt notaui. j. de regulis iuris. c. cum q̃d prohibet lib. vj.

6 ¶ Quarto accedo ad literam quartam, quæ habet, φ prohibito aliquo, prohibita sunt illa per q̃ peruenitur ad illud vt hic distinguit Pe. vbi suprà, hoc modo: quia aut inter ista is modo prouenit eis cõsequẽtia, necessaria, hoc modo, qa non potest perueniri ad consequẽs, nisi per huiusmodi antecedens. Aut solùm ordinata hæc est: quia non põt ordinatè aliis peruenirí ad illud. ¶ Secũdò casu, si ratio prohibendi vtrunq; est eadem, tenet regula, per l. oratio de spon. vbi materia. & ad hoc sed semper allegatur. Sed si non est eadem, secus: vt. ff. de rit. nup. l. si quis officium. & C. de nup. l. qui cõtra mand. ¶ Primo casu, videlicet, cum est tale antecedens, sine quo non põt perueniri ad cõsequens prohibitũ, aliquo modo: & tunc si illud consequens iure cõmuni prohibitum erat, stat regula: vt. ff. de pac. l. quod dictum. Et idem etiam si esset priuileg causę cõcessum in rem: vt. ff. de re. iudi. l. inter partes. C. de viu. rei iudi. l. si. in si Sed si iure spãli prohibitum esset, tũc secus: vt. ff. de re iudi. l. si. si. deiusso. & pro so. l. si verũ. circa prin. Petrus. vide q̃d dicã. j. de proc. tuę in. xvj. qõne.

7 ¶ Quinto ad quintam regulam accedamus, quæ habet, φ idem est iudiciũ de principali & annexis. Et hic recipe glo. Ber. hic positam, & eam mẽti tene: quia semper allegatur, & approbatur: quia aut sunt talia annexa annexione inseparabili: & tunc est idem iudiciũ de eisdem. Imò tunc inutile vtile ad se trahit: vt. l. j. § Trebatius. ff. de aqua quo. & esti. no. j. de regulis iuris vtile. lib. vj. per Ioã. And. & ibi cõcor. & per Car. Dy. & Bar. Aut sunt separabilia: & tunc aut est eadẽ ratio concessionis, vel phibitionis vtriusq;: & tunc stat regula affirmatiuè, & etiã negatiuè: aliàs non, vt hic in glo. & iunge notata. lxxxj. dist. si quis. fa. Et dicã plenius. j. de consti. trãslato. quia ibi magis propriè cadit materia. &. j. de iudi. quãto. & de donat. inter virum & vxo. e. de prud. Et hoc in equè principalibus Sed vbi vnũ est principale, & alia accedũt, regulare est φ principale trahit ad se accessoria & annexa. j. de consecr. eccle vel alta. c. vno. l. vj. Et magis dignũ in dignũ: vt. j. de præben. si cui, de cano. eo lib. Et maius ad se minus ff. de sena. l. indignus. & de seruis expor. l. cui patro. Sed dicam de hoc. j. de deci. ex parte. Et coadiuuare etiã potes ex membris quatuor præcedentiũ qõnum. ¶ Et caue, quia prædictas quinq; distinctiones nõ examinaui, & hoc facere nũc omisi propter laborẽ, & materiæ onerationẽ. Sed dicam de his singulariter in alijs locis, qui occurrent.

8 ¶ Sexto ibi: *egere, vt contumaciam, vt veniat: aut damnare si non venerit.* Quæritur de vna qõne, de qua statim per vnum dominũ Cardinalem sum consultus. Pe. decanis Valuacen. domino nostro Papæ exposuit multas graues iniurias illatas si bi per quendam in persona, & in bonis. & per hoc obtinuit per dominũ Cardinalem super hoc cõmissarium sibi datum citari, vt veniret in propria ad præsentiã dicti cõmissarij sup his personaliter rñsurus. & citatus sic ad certam diem ad dicendum contra cõmissionem hmõi: & successiuè ad singulos actus gradatim, vsque ad sententiã inclusiuè. Ille in termino citationis ad dicendum cõtra cõmissionem personaliter non comparet. Petit decanus, φ ille excommunicetur Dicit Cardinalis, φ primò debet dari libellus citato ad dicendum contra, quã dicendum pro decano videtur facere iste textus quia delegatus citatum potest damnare, si non venit. Audiẽtia palatij Apostolici tenet contrarium. ¶ Ratio huius est duplex Prima ratio est: quia pars non potest ex ista contumacia aliquod iustum interesse prætendere ergo non potest petere. φ pœna sibi ex ea infligatur. Patet consequentia. ff. si quis vocatio non ser. l. ij. § fi. cum concor. ibi signatis. & quod notat Inno. j. de pœnis calũniam. Et patet antecedens, quia non prætenderet pars interesse in hoc, φ isto termino nõ satisfacit. Aut quia super prin. ipali in isto termino non respon.

dit, vel libellum offerendũ super hoc recipere non potuit. ¶ Primum non potest dici: quia aut cõquerimr pars: quia non comparuit citatus contra cõmissionem exceptiones oppositurus. Et hoc non potest allegare: quia contra se faceret. Aut quia non cõparuit in cõmissionem & iudicem conclusurans, & hoc nõ: quia absq; hoc idem habet Nam lapso peremptorio ad dicendum contra cõmissionem, omnes exceptiones sunt exclusæ. j. de excep pastor. ¶ Et nec secundũ, videlicet de libelli rñsione dici potest: quia nemo tenetur, nec potest respõdere libello nõ oblato, & etiam si tunc offerret, deberet habere inducias deliberatorias: vt in. q. iij. c iudex § offeratur. Et ita incontinenti respondere non tenetur.

¶ Nec tertium dici potest: quia ad recipiendũ istum libellũ offerendum non erat iste terminus assignatus. Et quia idem poterit obtineri dando illum iudici & citando partem non comparentem per audientiam ad respondendũ illi: vt practica habet & ita si bene vides, nihil deperit aduersario.

¶ Nec obstat si dicis, φ si cõparuisset personaliter in termino ad dicendum cõtra cõmissionem, fecisset eum arrestari donec respondisset libello, vel interrogatorijs: quia cõtumacia valet arrestũ: quia si non cõparet in termino ad respondendum libello ita excõmabitur, ac si præsens recessisset contra arrestum. Nec obstat si dicis, φ si cõparuisset psonaliter fuisset captus & incarceratus: qa istud est interesse nimis extrinsecum: ideò nõ considerandũ. ar. ff. de act. emp. l. exẽpto § cũ per venditorẽ. & quia ad hoc citatus non erat. & etiam quia citatio psonalis de per se incarcerationẽ non infert. Nec obstat iste textus: qa reffert an quis citetur, vt veniat respõsurus coram ordinario demãdæ sibi porrigendæ p libellum, ad cuius instãtiã citatus est, vel cõtẽtus in cõmissione inserta cõmissiõe delegati, cuius copia mittatur in citatorio. An verò citetur cũ insertione cõmissionis pro parte delegati vt veniat dicturus contra cõmissionẽ. & post modum ad singulos actus processurus successiuè, etiam vsque ad sententiam inclusiuè. de quo casu secundo nos nunc loquimur. ¶ Nam primo casu, si nõ comparet, potest excõmunicari: vt. ff. si quis. in ius voc. non ierit. l. ex quacũq; alleg. & hic. Et est ratio: quia tunc ad respondendũ certo termino citatus est. & in illo termino si præsens esset, per eius responsionem veritas haberi posset ad litis huiusmodi abbreuiationem & partis expeditionẽ. ergo & iudi. & partis tunc illud interest. ¶ Secundo casu, in quo sumus, dico contrarium per rationem prædictam. & maximè, quia cõsuetudo palatij, quæ est optima legũ interpres, vult φ termini isti ad dicẽdum contra cõmissionem & ad respõdendum libello, non inculcentur. ar. s. de consue. cum dilectus. ff. de legati. l. sed si de interpretatione ¶ Secunda ratio & in ista cõmuniter domini auditores se ex magna quadam æquitate fundare solent, quia per iudices calumnijs & malicijs hominum occurendum est. j. de diuor. c. quanto. & ff. de rei vendi. l. in fundo. Modò ita est, φ plures trahunt illos, contra quos nil habent quæstionis, solùm vt illos illaqueant in censura. s. de rescrip. c. fi. post modum contra eos nil agentes, nisi ad hoc, vt illi ad redimendum se ipsos pro sua absolutione obtinenda eis aliquis propinent Item plures multa inserunt incommissionibus ad effectum obtinendi solum citationes personales, qui post modum non agunt: nisi super merè ciuilibus, & talibus, propter quæ non esset concedenda citatio personalis, & tamen delegatus nil debet facere vltra, contra intentionem delegãtis: vt. s. de rescrip. super literis. ad fi. Cum ergo hæc sæpe contingant præuideri & remediari debent ar s. de seruis nõ ordi c. j. vt per hoc arctetur actor, citationis impetrator ad persistendum in libello dato vt. C. quomodo & quando iud authen. qui semel.

9 ¶ Facit φ iudex pro cõtumacia trina vel prima perempto ria excõmunicare possit: tamen ad hoc non arctatur. Imò honestum est, φ expectet aliam ad cõtumacis maliciam conuincendam: vt. ff. de iudi. l. & post edictum &. j. eo. consuluit. ergo fortius in hoc casu potest expectari noui generis citatio: cum sit dubium, an prima contumaciam inducat.

Item pro hoc facit, ꝙ nullus procurator in audientia præsumeret petere in citatione simplici contra cõtumacem, cuius nec procurator comparet in termino ad dicendũ contra cõmissionem, excõmunicationem, donec cõtumax esset in respondendo libello Ergo nec hîc. Antecedens habet consuetudo & obseruãtia p̃dicta palatij iure & ratiõe quod dixi fulcita & ab omni æuo seruata, tenet: quã ex eo, quia citatus ad p̃sonaliter comparendũ, non in plus tenetur, quã alius: nisi in hoc, ꝙ primus p̃sonaliter tenetur, & aliter põt per se, vel per alium cõparere ¶ Imò plus volo te scire, ꝙ Auditor nec primum, nec secundũ excõmunicare debet, donec viderit libellum. Et si dubium aliquod habet probabile, donec cum aliorum duorum Coauditorũ suorũ cõsilio, ille fortè deliberauerit respondendũ: quia si non est libello respondendũ, ergo pars hoc videre non tenetur. ar. eorũ, quæ dixi & allegaui in prima ratione, & quæ notat Innoc. j̃. de dilati. præterea.

¶ Supple glo In glo j ibi: *expressus*: potestate citandi, vel in contumacem animaduertẽdi. In gl. vel ibi: *certa res*. Et est speciale in odium dulosi Et ibi: *contrarium*. Et adde quod notat da regulis iuris accessoriũ. lib. vj. ¶ Et ibi *me* vbi de hoc. Et ibi: *regula*. Et est simile. j̃. de præben. c. antepenulti. lib. vj. ¶ Et in fi. adde quod notatur. lxxxj. dis. si quis sacerdotum secundùm Nouellam.

¶ SVMMARIVM.

1 *Iudices tres sunt à Principe delegati: vnus ad actoris, alter ad rei petitionem, tertius verò ex officio, an hi sibi, vel alijs partibus inuitis vicissim subdelegare possint.*

2 *Princeps causam criminalem committit, num huiusmodi commissarius vices suas committere posset?*

3 *Causæ meri & mixti imperij delegabiles omnes.*

¶ CAP. VI.

Qvamuis. ¶ Breue est. Expone. *committitur.* per Papã. *Apponitur.* in literis commissionis super hac clausula, q̃ sequit. *Committere.* & tunc non posset ferre vnã sententiam pro se & aliam pro collega, secundum Vinc. Ad hoc de elec. c. penul. § porrò. lib. vj. ¶ In prima glo ibi. *committere.* vel credebat, ꝙ ambo simul deberent cognoscere. j̃. eo. causam matrimonij Host. Sed satis ambo, pcedunt, dum vnus procedit cum subdelegato, vel subdelegatione collegæ. secundùm Nouellam.

1 ¶ † Iuxta præsentem decretalẽ subijci possunt duę quæstiones, quas Cyn mouet. C. qui pro sua iurisdi. iudi. da. po. l in causarum. q. iiij. & v. Prima sit ista. Pone tres sunt iudices delegati à principe, vnus ad petitionẽ actoris: ali⁹ ad petitionẽ rei, tertius ex officio, sicut fieri solet in audientia cõtradictarum. ar. ff. de iudi. l. obseruandũ. Nunquid isti sibi inuicem, vel alius possunt subdelegare inuitis partib⁹. Dicit Cyn post Pe. ꝙ si datus ex officio cõmittit vices suas, datio ad instantiam rei valet: tamen poterit recusari, vt suspectus, per. l. apertissimi. C. de iudi. Nec aliud dicũt. Et idem notat Hosti. quo ad hoc. j̃. eo c si in gl. ij. Goffredus verò, qui vt intellexi, fuit audientiæ literarũ cõtradictarũ. dñi Papæ auditor, dixit in Summa eo. tit. § potest delegari. ꝙ duo dici ad instantiã partium possunt cõmittere iudici electo à curia, sed non econtra, videlicet ꝙ electus à curia non posset cõmittere alteri de electis à partibus: sed bene ambobus simul, vel extraneo: vt videtur causa suspicionis. Dicit Collect ar. ꝙ nõ videt dubiũ hîc, nisi de suspitione prædicta: cum hoc habeat delegatus principis à lege, &c. per istam decre. quæ loquitur distinctè. ¶ Sed ego video aliud dubium. Nam non licet vni parti inuita altera à communi conuentione recedere. C de acti. & obli. l. sicut. Cum ergo partes in audientia prædicta concordauerint super iudicibus certo modo, contra id. quod pars voluit contra ire non potest: vt. l. quod in diem. ff. de aqua plu. ar. Sed non obstat, quia licet partes ex sua conuentione aliàs ligarentur, ipsum tamen delegatũ ligare non possunt: nec beneficiũ iuris sibi auferre: vt regula. indultũ. cum concord. Sic igitur simpliciter cum opinione pe. & Hostien. & per illam modifices dictum Goffred. & sic erit clarius.

2 ¶ † Secunda quæstio est. Pone: Princeps committit causam criminalem. sicut potest: vt notatur. j̃ eo. super quæstionũ & plenè per Archid. s̃. eo. ti j. licet. lib. vj. Nunquid iste poterit committere vices suas glo. in. d. l. in causarum tenet ꝙ sic per illam. l. Et eodem modo facit ista Decre. Sed Iaco. Pe. & Cy. in eadem leg tenent contrariũ. Nam sicut ille, cui est commissum merum, vel mixtum imperiũ à lege, nõ potest illud delegare: vt ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. l. j. in prin. & ar. C. de pœ. iudi l placet. Sic nec ille, cui commissum est à Principe: quia eadẽ est causa vtrobiq;, videlicet causa electæ industriæ & maioris fiduciæ, quæ de talibus personis habetur, siue à lege, siue à principe eligantur. Nam ex magnitudine rei commissæ, præsumit maior fides, & maior electa industria: vt. C. de sum. Tri. Epist. inter. hîc & in fi. Nec obstat generalitas legis in causa allegatæ, & istius Decre. quia restringitur ad causas delegabiles secundũ eos. ar. ff. de muner. & oner. l. vt gradatim. § j. Collec. idem dicens, quasi expressum. s̃. eo. si pro debilitate. in fi. Et pro ratione prædicta inducit. c is, cui. j̃. eo. lib. vj & c. quoniã Abb. j̃. eo.

¶ Sed verè ego fortè dubito. Nam ratio prædictorũ Doctorum non habet locum de iure isto, saltem in totũ. Nam † 3 cõmunis opinio Canonistarum habet, ꝙ omnes causæ meri & iusti imperij, sunt delegabiles: vt scripsi in. d. c. licet. in secunda opinione. Dicam in. c. in Archiepiscopatu. j̃. de rap. vbi materia traditur per Doct.

¶ SVMMARIVM.

1 *Delegati sententiam cui exequatur, & ad quẽ executio primum pertineat? Et num delegatus ordinarium ad sententiam suam exequẽdum appellare queat. nu. 2 q.*

3 *Delegatus si mandati formam excedat, aut iurisdictione abutatur, noluitue ius reddere, aut alioquin delinquat, nũ ab ordinario coerceri possit? Et quid in casu negligentiæ? nu. seq.*

5 *Delegatus, num brachium seculare inuocare possit?*

6 *Delegatus pro executione, de qua hîc, an possit bellum indicere?*

7 *Delegatus, an in possessionem custodiæ causa mittat? Et quid de possessionibus secularibus & immobilibus laicalibus? nu. 8.*

9 *Ægidius Bellemera leg. Iubere. Aurelia est commentatus.*

¶ CAP. VII.

¶ Expone literā *Reseruata*. Secus ergo si totū cōmisisset. *Interposita*. ad nos. ¶ *Non tenens*. quasi dicat ad te, non ad nos. Debuit appellari Gos. vide notata Archi. ͠j. e. si delegat. li. vj. ¶ *In glo*. j. ibi: *Ecclesiasticus*. q̄d dic, vt. ͠j. de rescrip. statutū § in nullo li. vj. Hosti, remittit. s̄. eo. si pro debilitate.

¶ CAP. XIX.

REl atum. ¶ Casus. Per litis contestationē initiatur negotium. Abbas.

¶ Expone literā. ¶ *Obitum*. Non pōderamus ergo scientiā, sed mortē. De hoc. ͠j. c proxi. ¶ *In morte*. aliâs siue in & melius. Hosti. ¶ *Ante litem contestatā*. Supple. vel citationē per. c. sequēs. *Delegauerat*, secus in legatis: qa ordinarij sunt. Et in inquisitorib' hæreticę prauitatis, & in executoribus gratiarū. ͠j. li vj. de offi. leg. c. ij. de hæret. ne aliqui. & j. c. sup gratia. de auditoribus curiæ. notatur in Cle. auditor. in. j. gl ¶ *Procedendū*. si de hoc excipiat, secundū Gof. & de hoc. ͠j. de testi. c. cum venisset. ¶ Supple glosam. ¶ In gl. j. ibi: *mandator*. Et dicūt quidā legistę, ꝙ in delegato à Principe, mandatū morte Principis non expirat, etiā re integra. Colligentes hoc ex. l. ff. de iurisdictione omniū iudicū Et quia exponētes quod ibi dicit principaliter. i. à principe Gof Sed Accurs. ibi contra. Et ibi: *secundū Canones*. Et hanc opinionē etiam tenebat Martinus: de quib' legibus notat in prædicta l. & qa in glo. penul. ¶ Et fertur, ꝙ Azo. qui tenebat primā opinionē instructus per quēdā Canonistā in iudicio. induxit contra Ber. hanc decre. cōtra quē, cum fuisset inducta decre. sequens fuit confusus. ¶ Vnde fertur eum dixisse. gratū & relatum, faciūt me vituperatū. Nihil dicā hîc: qa materiam est in. c. sequēti & plenius in c. licet vndiq;.

¶ SVMMARIVM.

1 *Impetrans, si moriatur, an ius impetrati ad successorē transmittat?*

2 *Iudiciarum petitio, & productioni, siue allegationi facta renunciatio, an sufficiat vt appellationi renunciasse videatur? Et quid si ddatio petita nō sit obtenta, an pariter renunciasse appellationi videatur? nu. 3. & adde. nu. 4. in alia specie.*

5 *Iurisdictio officialis Episcopi, vel vicarij, an Episcopi morte expiret?*

¶ CAP. XX.

GRatum. ¶ Casus. Si delegatus citauit ante mortē delegātis ꝑpetuata est iurisdictio & appellationi renūtiat, qui coram iudice à quo appellauit, litem ꝓsequit.

¶ Cōmunis diuisio. Secunda ibi: nos aūt & quælibet subdiuidit in duas. ¶ Expone literā. *edicto*. olim citatiōes fiebāt p edicta descripta in albo ꝓtoris, vel alio eminenti loco. hodie fiunt p executores, vel nuncios spāles mathen. de litigios. § omnē verò. collec. C. de præscrip. xxx an. sicut in rem. & l. cum & l. cū notissimi. Hos. & vide Nouel de so. cōpet. si quis cōtra. super gl. hoc ideò. ¶ *Procedere*. & respōdetur, ꝙ sic. ¶ *Testes*. super principali. Super hoc vide notata Io. de ap à iudice. li. vj in. iij glo. ¶ *Publicari*. & respondetur, ꝙ sic citatione facta. & dixerunt Tanc. & Gof. ꝙ hæc decretalis posterior corrigit præcedentem.

1 ¶ † PRIMO quæritur: ibi: *obitum*. Quid si Prælatus impetrans sit mortuus? respōdet Inn. aut ꝓpositione impetrauit & ante mortem agere incępit. Et est tale quòd potest ad successorem transire, & tunc hæres, vel successor complere poterit. C. de testa. si pater. Si nō incepisset ante mortem, secus. in dicta. l. si pater. &. l. si quis filium. & l. sancimus § vlti. eo. ti. ¶ Aut impetrauit noie ecclesiæ: & tunc etiā si citationē non obtinuit: aliâs vel negotiū cœpit ante mortē: tamen successor aget ar. s̄. eo. qm̄ Abbas. ¶ Et est hoc verum

etiam

si expressum esset nnmẽ psonæ. Et etiã si nullo modo citatus erat reus: cum cõueniretur successor. j. de so. compe. si diligẽ ti. Vide quæ scripsi. s. eo. quoniã in prima oppositione. Nouel. remittit ad notata sua. j. de re. iuris, is qui in nis in Mercur. ¶ Et Henricus hic infert quæstiones quas Nouella ponit in regula, inspicimus. sed ibi dicam.

3 ¶ † SECVNDO quæritur ibi: *inducias*. Vtrũ istorũ quodlibet s. induciarũ petitio, & productioni, siue allegationi renuntiatio sufficiat ad hoc, vt renũciasse videatur appellatiõi. Inno. dicit, q sic. ¶ Dicit Hosti. idem, si coram eo, vt coram iudice, aliquid egit. de offi. delegati, insinuãte. inducit notata de re iudi. inter monasteriũ. ¶ Nouella remittit ad notata in c. solicitudinẽ. in glo. no. secundũ. Henric. distinguit. ¶ Aut procedens coram iudice ignorabat appellationem, fortè per suum procuratorẽ interpositam. Et talis per hoc non renunciat appellationi interpositæ. Et fortius neq; illato grauamini, à quo nõdũ fuerat appellatum: neq; appellationi interponendæ quia nemo renunciat iuri sibi cõpetere. Notat glo. in authẽ quomodo oportet Epos § igitur. Et probat textus. ff. de transact. l. cum Aquiliana. ¶ Aut scit sibi grauamẽ illatum: aut appellationem interpositã: & tunc si non in eadem, sed in alia causa processit coram eo adhuc sibi non nocet: vt j. de app cum teneamur. ¶ Sed si in eadem causa, renunciat tunc appellationi iam interpositæ: vt hîc. Et ita potest intelligi absolutio: sed non appellationi interponendæ: quia iudicium redditur in inuitum: vt ff de verb. oblig. l. inter stipulantẽ § j ¶ Vnde ante appellationẽ est iudex suus cõpetens: sed non post. ita notat Innoc. j. de re iudi. quo ad cõsultationem in glo. quæ incipit quasi, per hoc. Et Ab. & Hosti. ibidem. & Hosti. & Io. j. de testi. significarũt. Consuluit tamen protestari q saluum sit ius appellãdi. per. l. si quidẽ. C. de except. & j. de testi. præsentiã. Accurs. tamen cõtra in. d. l. absolutionem. Cui tamẽ Nouel. respondet. j. de ap. c. vlt. lib. vj. distinguẽdo inter petentem procedi, vt renunciet. per dictã glo. Accurs. Et iussui iudicis parentem: vt nõ renunciet per prædictã ar. j. de reg. iur. quod quis li. vj. ¶ Vnde primũ sicut petitio induciarũ. in. l. ad solutionem est merè volũtariũ, & superacuum: cum habuisset inducias iuris: vt d. c. quo ad consultationẽ. & ff. de re iudi. § si quis condẽnatus. & erat talis petitio directè contraria appellationi interponendæ. verum quia Docto. nostri non prosequũtur, hic non insisto.

6 ¶ † TERTIO quæritur ibi: *postulauit*. Quid si pars petit dilationem, sed nõ obtinet: nũquid appellationi renũciet? videtur Collec. q non quia nõ renũciat, qui offert se velle procedere coram iudice: nisi sequatur cognitionis & receptiõis, seu cautionis effectus. Inducit sequentem literam ibi: *& demum &c.* ¶ Item inducit finem literæ: quia dicit secundùm. *ea quæ præmissa sunt*. More Scæuolæ loquendo. Item inducit lec. & nota. Hosti. de eo, qui mittitur in poss. cum venissent. ¶ Sed contrariũ mihi apparet verius. Et colligitur ex dictis Inno. s. q proxima in prin. per quæ respondetur ad primam & secundã inductiones Collectari. & de notatis Hosti. videbitur in dicto. c. cum venissent. quia dubia sunt. ¶ Facio enĩ magnam differentiã, an agatur solum de colligẽdo tacitum consensum postulãtis ex ipsa postulatione. Nam tunc non requiritur postulationis effectus: cum postulatio ipsum declarat sufficient. Ideò dicimus, q in forma hodierna, siue expectans sibi de vacante beneficio prouideri: siue prouisionẽ factam acceptat per hoc declaratur animus suus, quòd acceptare intendit: vt cle. cum ei, quem in fi. cum ibi notatis, de concel. præ. An verò agatur de effectu alio expostulata consequendo: & tunc si natura rei hoc exigat, requiritur effectus ff quod quisq; iuris. l. j. in fi. ¶ Modò ita est, q cõsensus tacitus ex postulatione collectus, est causa proxima & immediata renunciationis, de qua quæritur, vt legitur & notatur in dicto. c. solicitudinem. ¶ Sed fortius opponitur de Cle. gratiæ. de rescrip. vbi loquitur in tacita renunciatione: vltra postulationem requiritur assecutio. & vltra quod sit pacifica Sol quædam est tacita, vera, certa atq; propria: vt quando aliquis facit actum cõtrarium & incõparabilem primo iuri quia lex præsumit, q cum duo contraria simul valere non possunt: quis faciendo volendo valere vnum de contrarijs, alteri tacitè renunciat. ff de acquiren. hæredi. l. illud. Et ista est ratiò responsi huius decre. & c. solicitudinem. quia cum appellatio legitima suspendat iurisdictionem iudicis, sic q non potest ea pendẽte procedere, si procedit petit, facit actũ ex intentione contrarium. Et ideò renũciat: vt dicta. l. absolutionem. ¶ Alia verò est renũtiatio tacita, nõ vera, propria, neq; certa: sed fictione iuris interdicta: vt si habẽs gratiam ad curatum, assequi possit pacificè simile beneficium, quod forsam vellet cum gratia recurrere maximè donec de gratia prouisus esset Verum, quia illa volũtas temporanea inhonesta est: vt. ff. de adop. l. quæsitum. Et patet ex notatis Inno. de rescriptis. in nostra. Ioan. quantũcunq; voluntatem habeant, lex fingit tacitum consensum, & renuntiationem inducit, vt in contrario.

4 ¶ † QVARTO quæritur. Pone. indicta mihi purgatione recipio terminũ ad ipsam præstandam: nunquid videor appellationi interponẽdæ renũtiare? dicit Collec. q non. Sed tetigi in. ij. quæstione. ¶ Insistit etiam Collec. circa notata Hosti. in. d. c. quo ad consultationẽ. ¶ Et quãtum ad hoc, an per mortem delegantis ipso iure, vel ope. exceptionis expiret iurisdictio. remittit ad Collecta sua. in. c. cum venisset.

5 ¶ † Tractatq; etiam vtrum iurisdictio officialis, vel vicarij expiret ipso iure per mortẽ Episcopi, etiam re non integra, Et dicit, q sic. De quo dixi de offi. vica. c j. lib. vj. vbi per Cardi. & in Cle fin. de procura. vbi per glo. ordinariam & s. de offi vica c. sua.

¶ Suppleglosam In glo j. ibi: *Exceptiones*. etiam declinatorias j. de re iudi. inter ¶ In glo. ij. ibi: *certus*. idem Inno. Hosti. Et in fine s. id quod habetur j de præb. dudũ. lib. vj. Sed leges contrariæ nõ obstant: quia loquũtur in mãdato, quod est bonæ fidei: iurisdictio aũt delegati stricti iuris est, & etiã mandatũ procuratoris expirat morte domini: licet ipse procurator ignoret, durat tamẽ actio. ne decipiatur ingnorans: vt ibi. & poterit repetere expensas & interesse. ff. mandati. l. si præcedente. & l. inter cceteras. j respõso. Hosti. ¶ In glo. vlti in fi cõtra, de eo. qui mittitur in pos cum venissent. Dic vt ibi. Et de hoc, vt. s. de cõstitutionibus. cum accessissent.

¶ *SVMMARIVM.*

¶ CAP. XXI.

PRudentiam. ¶ Casus. Secũdùm Nouellam. ¶ Si causa cõmittitur tribus delegatis cum clausula: ꝙ si non omnes. priusquã appareat de impotentia, vel voluntate tertij, duo procedere nõ possunt, & nil agitur, si procedũt. Et idem in duobus datis cum clausula. s. ꝙ si ambo. ¶ Si verò reus coram delegato citatus obijcit excommunicationem actor quam non probat ĩ. debitum tempus, audietur actor. ¶ Si verò probat, delegatus absoluat actorem: si excommunicatus est propter causam sibi cõmissam. Si propter aliam, nec est de casibus reseruatis Papæ, ad eum, ad quem spectat, illum remittet: qui si non vult absoluere, delegatus absoluet. & absolutus super eo de quo erat excõmunicatus coram excõmunicatore parebit qui si malitiam adhibet delegatus de caus. cognoscit.

¶ Diuide literam in duas partes principales. Secunda ibi: *serta.* Prima subdiuiditur in tres partes. Nam primò format duas quæstiones: quarũ secũda ibi: *& si citatus.* Secunda illas soluit ibi: *in hoc autem.* Tertia addit ibi: *adiicimus.* Quartò prorogat decisa ad casum similem, ibi: *idem quoq;.* ¶ Secũda pars principalis subdiuiditur in duas: qa primò ponit principalem quæstionem, quam soluit ibi: *hanc dubitationem.* Secundò ponit incidentem quæstionẽ, ibi: *si verò.* Quam soluit ibi: *in quo casu.* Et hanc decretalem more meo diuisam legam per §. singulares.

¶ Prudentiam. ¶ Expone literã hui⁹ principij vsq; ad §. adijcimus. quod principium primò legamus. ¶ *In formam.* i. edoceri. Pet. & Ab. ¶ *Nihilominus.* i. non obstante absentia tertij ¶ *Necessario.* ita, ꝙ non veniens constituatur cõtumax. ¶ *Et si,* secunda quæstio. ¶ *A pluribus.* scilicet ab omnibus. ¶ *Vt solet fieri.* Cõsideratur, quod fieri solet. Nam & si malũ sit, quãdoq; solet excusare. De hoc de tempor. or. c. ij. Hosti. *Sententiæ calculo.* i. finali, vel diffinitiua sententia. Hostien. ¶ *Non posse.* vel nolle. Et hoc addere ĩ. c. proxi. ¶ *Non poterit.* vide no. in glo. Io. ĩ. eo. si contra vnum. in glo. benedicit. Et super ea. *Procedere.* Ergo nec citare: vt in glo. ij. & vlt huius partis. ¶ *Nihil.* ergo ille actus nõ perpetuat iurisdictionem. de hoc. ĩ. eo. cum plures in vlti. gl. Io. li. vj. ¶ *Egisse.* Supple. ꝙ hæc non fuit intentio delegatis: cum plures iudices, vt sequitur. ¶ *Confirmatur.* aliâs roboratur. ¶ *Citra forum.* Nota æquiparari citra & contra sicut & alibi contra & præter. de elect. si cui. lib. vj. ¶ Inducebat Hostien. illud deuteronomij. xiij. in prin. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino: non addas quicquam, nec minuas. Vide simile in Nouella de cele. missa. cum Marthæ super glo. ij. iudicare, id est procedere. AEgidius.

¶ Primò opponitur ibi: *teneatur.* quia hîc fit vna quæstio, ad quam non respondetur. Et ita superfluè in procemio huius compilationis. Vide Ber. in gloss. ij ¶ Marcat Innocen. quosdam dicere Papam huic quæstioni nõ respondere, prout habent oppositum. & quòd illi de suo facto respondent: quòd citatus per duos de tribus delegatis, venire debet. ar. C. de author. præstanda. l. fi. ¶ Saltem allegaturus priuilegium fori. ĩ. de app. comparati š. de rescrip. super literis. ff. de iudi. si quis. ¶ Sed Innocen. hoc non credit Innoc. dicit, quòd Papa quæstioni satisfacit & respondet. Et hoc declarat in effectu sicut Ber. in dicta. glo. ij. pro eo, ꝙ citatio requirit causæ cognitionem: vt. e. induciæ. §. spacium. in. q. ij. Et ideò sine tertio per duos decerni nõ potest. ¶ Sed Inno. non placet hoc vltimum dictum: quia § spacium loquitur de dilatione danda ad testes recipiendos: nõ de citatione alia, quæ bene fit sine causæ cognitione.

1 ¶ † Et ideò subdit aliã rationem, quare duo sine tertio citare non possunt: quia isti tres non habent separatim iurisdictionis exercitium: sed omnes tres simul & non separatim mulctare, citare, iudicare, excõmunicare, vel in possessionem mittere possunt, quamuis prædicti propter odium contumaciæ, dicãt duos sine tertio posse procedere. & malè Allegatur. ff. de re iudi. duo ex tribus. quæ tamen intelligitur si non est ibi clasula, ꝙ si non omnes. ¶ Et ex hoc infert Inno. ꝙ citatus non tenebatur comparere. cum certus est, ꝙ duo tantum citant. ¶ Et hoc verum. nisi fortè ipsi duo citantes, in citatione exprimant, ꝙ ideo duo tantum citant, quia tertius excusauit se. ¶ Hoc enim casu dicit Inn. se credere, ꝙ debet venire citatus: vt veritatem sciat & ius suum allegetur. ĩ. de dila. prætereà & ff. in ius. voc. vt eant, aut satisdent.

2 ¶ † Sed nunquid est verum ꝙ semper in dubio citatus venire debet: vt dicunt prædicti alij? respõdet Inno. ꝙ non. Nam si diximus, ꝙ vbicunq; est, vel esse potest dubium, venire debeat citatus. ergo semper venire debet: quia semper esse potest dubium, ꝙ sit delegatus à Papa vel Imperatore: quod tamen tantum generaliter dicere, esset absurdũ, secundũ eum. ¶ Dicit ergo, ꝙ tunc tantum tenetur ille ire quando citans de cuius iurisdictione certum est citatum nõ esse, de iure cõmuni ponit in sua citatione causam citationis & iurisdictionis: puta, quia delegatus sit, vel quia cum tres sunt dicãt duo, ꝙ tertius se excusauit. Nam ex dictis huiusmodi fit res dubia, saltem aliquam causam dubitationis facit expressio talis: vt. C. quibus ad libertatem proclamare non licet. l. iij. ¶ Quando autem actus aliâs est iudex citati: tunc licet citatus possit elidere eius iurisdictionem, per priuilegium: tunc ire tenetur dictum priuilegium allegaturus. Et sic intelligitur lex si quis ex aliena, secundũ eum. Remittit Nouel. ad notata sua. ĩ. de dilationibus. c. ij. in glo. sic habes in princi. Sed illa sunt notata ipsius Innoc.

3 ¶ Secundò opponitur ibi: *per certum nuncium.* quia videtur ꝙ quantum ad hoc, nuntio credendum non sit. in glo. Ber. quid sit certè. ¶ Dicit Inno. ꝙ quantum ad hoc sufficit nuncius quilibet: dummodo sit certè fidei, & sibi credi debeat. xcvj. distin. nobilissimus. & maximè si sit seruiens notus & discretus. Et est ratio Inno. quia de absentia tertij nõ est magnum periculũ in vno termino & ideò leuior probatio sufficit: Imò plus dicit Inno. ꝙ etiam fortè sufficiunt argumenta probabilia tantum: vt. š. de cleric. peregri. c. j. & . ij. ¶ Idem Gof. dicens, ꝙ sufficit certus nuntius sine literis. Probat per textum: dum dicit: *literatorie.* quia sine nuntio literæ per se sufficerent: dant tamen consilium, ꝙ iudices mittat ad eum nuntium suũ, ad hoc videlicet secundũ Innoc. vt respondeat ille tertius si impeditus est: vt. ff. cõmodati l. eum qui. vlti. & l. sequenti. & . ff. de re. eorum, qui si tu. vel cu. sunt. l. magis puto. § illud. Melius est enim ad eum nũtium mittere, quã periculo reuocationis in lite procedere. š. c. sanè. i. Et notat Gof. & Vin. casum, in quo creditur nuncio nõ iurato. Et pro hac parte facit, quod notauit Io. xviij. dist. placuit. in glo. ij. licet Ber. hîc contra. in glo. prædicta. ¶ Sed quid si probet alia partium non fuisse suum nũcium? respondet Innocen. ꝙ cum sit negatiua, probari non potest. ff. de probat. ei, qui. Dicit tamen hoc verum directè. & quòd si indirectè eam probaret, deberent duo tantum citantes supersedere in processu.

¶ Tertiò opponitur ibi: *non ostenderit.* quia mirum videtur quare hîc requirantur, vel certi nuncij, vel excusatores literatorie,

ratorij, vel aliæ probationes: quia ex quo non est præsens, cõstat φ non potest, vel non vult interesse. Et sic videtur etiam, φ sine probationibus procedere possunt: quia verbũ nequiuerit sub se etiam continet verbum voluerit. ĩ. §. proxi. & qui certi sunt, certiorari non debent. ¶ Prosequere & solue, secũdùm Inno. vt Ber. in glo. *videtur quòd non*. vel dic secundùm Inno. & melius. vt dicto. §. adijcimus in glo. sua, quæ incipit ex hoc loco quã infra summabo. vnde dicunt Vin. & Hosti. φ ista consequentia nõ est bona: Absens est: ergo nõ potest, vel non vult procedere. qa possum esse, φ diem assignatam eo inconsulto ignoraret. ĩ. c. proximo vel oblitus esset.

¶ Sed dicit Nouella, φ hoc vltimũ parum valet: quia idem dici posset de tertia, vel centesima citatione. vnde dicit, φ cõmuniter seruat hæc obiectio. inducit. ĩ. c. proxi. Et dicit simile, φ de electione dicitur. s̃. de electione, qđ sicut. Licet quidam dicãt aliud in electione porpter periculũ moræ. Quæ ratio hic cessat. ¶ Item quãdoq; in vno solo remanere põt electio: vt notatur de postula. c. ij. Non capio dicta notabilia in hoc, quod dicit, φ cõmuniter seruatur hæc obiectio quia si intelligitur de principali obiectione, quã feci, obstant sibi glo. & dicta Doct. & notata sua, super regula, eum qui. Si intelligat de alia obiectione, non video, φ multum faciat ad propositum. & fortè liber meus corruptus est.

¶ Expeditis oppositionibus ad quæstiones accedo. & aduerte: quia prima glo. Inno. est interlinearis, & tres sequẽtes sunt in oppositionibus expeditæ. ¶ Ideò sequens glosam Inno. ordine suo expediam per quæstiones.

4 ¶ Ideò ad quintam glo. accedẽs, quæro primo ibi: *canonice*, qualiter canonicè constare potest? ¶ Alio modo ad hoc dicit Inno. φ per testes deponentes cum infirmũ, vel captiuũ, vel missum vltra mare: vel in aliam longam peregrinationem, vel infamem, vel aliâs impeditũ de iure: vel de facto. s̃. de rescrip. sciscitatus. Nec obstat iudicis absen. in hac cognitione, dum partes sunt præsentes secundum eum. Et idem Ber. super verbo canonicè.

5 ¶ † SECVNDO quæritur. Pone, φ tertius absens verè impeditus est, sic φ procedere non potest: sed ipsi duo præsentes nesciunt & procedũt: nunquid valet eorum processus? Refert Inn. quosdam dicere, φ non. ar. ĩ. eo. ann. super Abbatia. quia nõ seruato ordine processerunt. ij. q vj. eo, qui. §. diffinitiua. ¶ Subdit, φ alij contrarium dicũt. Nam ex veritate casus positi, constat, φ iudices erant propter conditionẽ oppositam, φ si non omnes &c. ergo tenet processus ipsorũ duorum. ¶ Ex quibus dicit Henri. Inno. tenere, φ processus valet: licet Inno. loquatur determinatè nec in perona sui: sed solùm opiniones referendo. Dicit etiam Innocen. ĩ. in glo. *cum verò*, in prin. vbi dicit. φ duo bene habent iurisdictionem sine tertio: sed ligata est, vt procedere non possint sine tertio: nec tenent processus eorum: nisi prius recipiat siue veram, siue falsam excusationem tertij, vel nisi aliâs constet de eius impotẽtia, &c. ¶ Sed salua pace eius intelligo illud, nisi constet. s. tempore processus. Et ita nil ad propositũ. vide ar. in. c. cum plures. glo antepenul. ¶ Nouella verò in. d. c. eum qui. intelligendo quæstionẽ in impedimento, de quo constat ex post facto. distinguit inter impedimẽtum, cuius existentia sine ope exceptionis, impedit φ indistinctè facit valere processum: quãquam iudices illud ignorant tempore processus, siue illud impedimentũ sit perpetuũ, siue temporale, inuitabile tamen: quia hic non est prorogatio iurisdictionis sed probationis remissio. ar. viij. dist. veritate. Et sic procedat prima opinio. ¶ Et impedimentũ, in quo necessaria est exceptio: nil quod est solùm incõmoditatis, vel voluntatis, quib9 casibus dicit nõ valere processum. Et sic procedit opinio secunda, & dicit φ patens est ratio huius. Nam cum de primo impedimẽto oportet cõstare per exceptionẽ propositam & probatã. Ante propositionẽ & probationẽ censetur cessare impedimentũ. Et per hoc respondet ad. c. si contra vnum. Et idem rectè cum est impedimentũ incõmoditatis: quia tunc non ex incõmoditate, sed ex excusatione extat cõditio: vt. c. citatus. Et ideò sub delegat, & subdelegatũ collegę teneretur recipere. ĩ. c. coram. ¶ Et idem in impedimẽto voluntatis: quia de illa oportet constare per contumaciam requisiti non venientis: vel per hanc partem resistentiam.

¶ Sed in primo membro indubitatũ est de existentia conditionis impedimẽto probato. Et procedit illud maximè collegis scientibus impedimentũ: sed illis ignorãtibus, vel dubitantibus, idem. ar. ff. de manumis. vindic. l. iiij. & quod notat de biga. nuper. Et probat ratione. Nam si veritas præfertur cõtra regulam, fauore sententiarũ & processuum, fortius vbi fauor & regula simul concurrũt. ¶ Nec obstat. ff. de acquirer. hæredi. l. ventre. & l. qui in aliena. §. j. & de condi. & demon. l. multum interest. per ea, quæ notantur in dicto. §. j.

¶ Item, quia hæreditatis aditio plus respicit ann. institu. de hære. quia. & dif. ad finem. ff. de acquirẽ hæredi. l. is qui putat. Sicut econtra in matrimonio. ĩ. de spon. tua iurisdictionis aut exercitium plus respicit factũ: dummodo iure subsistere possit. ¶ De impotentia aũt collegæ absentis apparet, quando se absentauit ad partes valde remotas: nec tunc est necessaria illius vocatio, seu requisitio: cum nõ possit cõmodè requiri. xxij. q. ij. facit homo. s̃. de elec. qa propter. Et qa per hoc parcitur partium laboribus & expensis. ¶ Item φ p hoc lites citius finiũtur, quorũ vtrumq; gratum est iuri. Pro hoc faciunt iura, quæ loquntur de prouincia. s̃. de elec. corã. ĩ. de maio. & obed. c. fi. de dolo. cum olim. iij. q. vj. c. vlti.

¶ Inducit pro Nouel. c. præsentata. de testi. licet videatur contra: quia propter longam absentiã collegæ impeditur processus. sed id, quia in compromisso non erat clausula, φ si nõ omnes &c. ¶ Sed ipse Henric. inducit sic, φ ibi æquiparatur mors vnius & longa absentia alterius. Sicut ergo non requirimus mortuũ: ita nec absentem. Fa. etiã. c. quãuis. ĩ de procur. lib. vj. ibi aut in longum pereginari. & sepul. c. vlti. & C. de app l. post. Et hoc tenet etiam. glo. Io. ĩ. eo. si contra vnũ lib. vj. Et cõcordat notat. Card. eo. tit. cum plures. super verbo impediri. Henric. nihil de suo ponit. ¶ Collec. verò hîc improbat prædictã distinctionẽ, & Nouel. per textũ istum distinctè loquentẽ, & per. c. si is, cui causa. ĩ. eo. lib. vj. vbi impedimento, licet temporali ineuitabili, tamen & absq; ope exceptionis impediente, prouidet textus per modum casus cuiusdam specialis, innuẽs φ sit in contrarium ius commune: vt. ff. de mancipa. l. j. in fi.

6 ¶ † Et pro opiniõe. Collectarij, allego primò & videt, φ ille, qui non põt actum gerere, nisi sub certa qualitate, vel conditione, si ignoret illam existere, & gerat actum, eius existentia non obstante, nõ valet actus. patet in testante. ff. de testa. l. de sta. & dele iij. l. j. In adeunte maximè si conditio facti est: vt ff. de condi. l. multum. Et conditionẽ purificante, quæ potestatiuè est. in. tit. l. ij. & de acqui. hæredi. l. sed & si de sua. §. j. Et repudiãte. eo. tit. is, qui putat. Et in tutore, qui se tutorem ignorãs agit, vt tutor. ff. de eo pro tu. vel cura nego. ge. l quæro. ¶ Modò non poterant duo procedere sine tertio, nisi concurrente certa qualitate, & in euentum certæ conditionis. s. impedimenti collegæ absentis. Igitur. Et facisit notata in cle. ĩ. de procura. super verbo, receptis per glo & puri. & Nouel. de procura. is qui. lib. vj. super verbo, receptum. & per Compo. de elec. statuimus in glo. quare quis. in fi & Spec. de procur. §. j. vesu, sed quid si procuratorũ. & Io. Cal. de probatio. post cessionem. super verbo, assumpsit. Sic nec delegatus potest ante præsentationẽ rescripti. de app. super eo ij licet iurisdictionẽ habeat. ff. de iudi l. cum furiosus. Et fa. extraua. Bonifac. iniunctè. Nec. sufficeret rescriptũ probare per testes sed cõmunem opinionẽ, quã recitat Nouel. de priuileg. cum olim. j. ad finem. j. g o. ¶ Item videtur textus in dicto. c. si cõtra vnum. vbi non sufficit existentiam impedimenti, vel suspitionis: sed requirit pronũtiatio. sic eo. tit. c. iudex. in prin.

¶ Sic nõ sufficit appellationis existentia legitimitatis: vt de principali cognoscat. de app. vt debitus de for. compe. Romana. j. responso. ¶ Nec existentia deuolutionis, vt inhibeat de app. Romana. §. si verò lib. vj. ¶ Nec existentia puri reces-

fus &c. de elec. quamuis. &c. c. prouida. lib. vj Sic de supplen.
negl. præla. c. fi. eo. tit. ¶ Sic nec existentia dispensationis in
casu capituli, ordinarij. § in conferendis. de offi. or. li. vj.
¶ Sic nec existentia confiscationis de hæretic. cum secundũ
in fi. iunctis de homi. pro humani. eo lib. Et ideò iura, quæ
requirunt causam rationabilem requirũt & manifestam. ĩ.
de offi. or. irrefrag. § centum. & c. conquerẽte. de vita. & hon.
cleri. monasteria. de censi. cum Apost. § prohibemus. de sen.
excõi. sacro. Et videtur text⁹ in. c. sciscitatus. inquantũ ibi re
petitur verbũ, constiterit. ¶ Item, quia ibi ponitur determi-
natio, dummodo: iuncto. eo. tit. super literis ibi: delegatus.
¶ *Postquam super hoc facta fuerit fides*. Et patet ratione. qa aliàs
iudicium esset in pendenti. contra l. non quicquid. & l. non
quemadmodũ. ff. de iudi. Et eadem ratione non valet in iu-
dicijs procuratoris reuocatio non intimata. ĩ. de procura. mã
dato. licet in extraiudicialib⁹ secus. ff. de manumis. vindicta.
l. iiij. de præb. dudum. in fi. lib. vj. ¶ Et hanc opinionem in-
distinctè tenet hîc Ber. in glo. ij. & Hosti. hîc dicens consen-
sum, vel taciturnitatem partium nihil operari. ¶ Item hæc
opinio alia ratione probatur. Nam quicũq; iudex dat⁹ igno
rat illud, ex quo principaliter iurisdictio, vel iurisdictionis
exercitium sibi competit, non põt procedere, vt iudex: nec
valet quod facit, vt notat Gul. de Cu. ff. de offi. pro consul. l.
obseruare. & Barto. in l. multũ interest de condi. & de mon.
alleg. per. l. multi. l. quæro allegatas. & per dissolutionem di-
ctæ. l. multum interest. ad. l. si quis extraneus. § fi. & l. qui in
alienam. § j. & l. hæres institutus. in fi. & l. sed & si de sua. ff.
7 de acqui. hæredit. ¶ † Et ex hoc infert Bartol. in dicta. l. mul
tum. ꝙ si iudex pronunciabit contra aliquem tantũ contra
contumacem: cum ipsius cõtumacia nõ esset iudici nota, li-
cet in veritate esset contumax, non valet processus, qui illud
principale, propter quod pronunciandi ius habebat, ignora
bat. Et dicit, ꝙ ita tenet Innoc. j. c. cum cõtingat. super verbo
iustè & dicit, ꝙ de hoc est casus in. l. hæc autem. § j. ff. ex quib.
cau. in pos. eatur. ¶ Et ideò dat cautelam iudicibus, ꝙ ipsi in
sententijs, quas proferunt contra contumaces inferat: visis
citationibus de eo factis, & eius contumacia. De hoc tamen
videtur in. d. c. cum cõtingat. Modò constat ꝙ existentia cõ-
ditionũ, est causa principalis, p quam duo sine tertio ex for-
ma rescripti iurisdictionem, seu iurisdictionis exercitium
nanciscũtur. ¶ Item. dñs Paris. reprobat distinctionem Io.
And. de qua suprà alia ratione: quia aut attẽditur sola veri-
tas existentiæ cõditionis clausulæ: Aut attenditur sola pro-
batio eiusdem existentiæ. Si primò, tunc cum in omni cõdi-
tione veritas existentiæ præcedat regulariter probationem,
prout ipse Paris. diffusè exemplificat, & declarat per omnia
membra distinctiõis singulariter discurrẽdo. Quod obmit-
to: cum videatur mihi magis labriosum, quam subtile. Sequi
tur, ꝙ idem iuris est quo ad hoc in omni condictione dicen
dum. Fallit in exceptione suspitionis: quia eius probatio.
imò potius pronunciatio iuxta ea quæ scripsi. ĩ. eo. si contra
vnum. lib. vj. iudicialiter parit istud impedimentũ. Et ideò
suam probationem gerit secum. In quo etiam paris. cum Io.
And concordat. Secundo casu ruit viribus primũ membrũ
distinctionis. Io. And. ¶ Et vltra dicta Paris. declarata, di-
co, ꝙ nec potest dici, ꝙ in vno genere cõditionũ sufficiat ve-
ritas existentiæ, & in alio illius probatio requiratur. Prima,
quia huius ratio nõ apparet. Secundò, quia idem verbum in
eadem oratione relatũ ad plura. vniformiter referri debet: vt
ff. de vulg. sub. iam hoc iure. C. de impu. & al. sub. l. quãuis. Et
vide Paris. ĩ. eo. cum plures. vbi vide quod de hoc ibi scripsi
in quæstione octaua.
8 ¶ † Quid dicendum? certè ex iuriũ Doctorũ contrarietate
tremulus factus sum nimis. ¶ Verum ad præstandum mate
riam studiosis inquirendæ veritatis, quã fortè non valeo ap-
præhendere per me ipsum, sic distingo: quia aut duo iudices
sine tertio procedentes credunt tertium impeditũ: & ex ista
causa dicunt se velle procedere. & ex ipsa procedunt. & tunc
valet eorum processus, etiã si non constet: ꝙ planè facta fuit
fides eis de impedimento collegæ: dummodo hodie constet
de impedimento prædicto. Aut non credũt, & eligunt: nec
ex ista causa solùm procedunt sed ideò soli procedũt: quia
credunt hoc eis licere ex forma rescripti. & tunc non valet
processus etiam si de hoc constaret qualecũq; impedimen-
tum foret. ¶ Primũ patet: quia quando opinio cum veritate
concordat, veritas debet suum effectum operari. Et ideò si
contra aliquẽ verè infamem in modum accusationis tanquã
contra infamem procedatur, valet processus: licet prius non
fiat fides de infamia: vt tenent Hosti. Pe. & Ab. ĩ. de accu. cũ
oporteat. & c. qualiter. & Spec. de inquisitione. § nunc tra-
ctemus. versu, nunc autẽ scias. quod habet locum etiam in de
legato: dum pars non resistat. de accusa. c. ij. lib. vj. Sic etiam
si conseruator non volens cognoscere, nisi de notorijs si sen-
tentiam tulit, super offensa tanquã super notoria, valet, si con
stet nunc, ꝙ tunc notoria esset: licet tunc de notorietate non
constaret: vt notat Inn. ĩ. eo. c. j. lib. vj. Sic etiam iustificatur
reuocatio attentatorũ ex veritate causę appellationis, de qua
constat post reuocationẽ: vt patet ex lectis & notatis, de app.
non solùm. lib. vj. ¶ Sicut iustificatur sentẽtia diffinitiua ex
nouis probationibus. C. de temp. or. l. per hãc. ¶ Nec obstat
Cle. appellanti. quia ibi est casus specialis. ¶ Possunt induci
exempla de impedimẽto reseruationis de præb. si postquã.
& c. si beneficia. lib. vj. ¶ Et impedimẽto perpetuo matrimo
nij. de eo, qui duxit in matrimoniũ. c. ij. Et de hæresi paterna,
quæ licet ignorata, facit filiũ sui iuris. de hæreti. c. ij. in fi. li.
¶ Sed quia multum nõ vrgent, nõ est in eis multum assisten-
dum. ¶ Sed probo potius, quia si procurator verus credẽs se
esse procuratorẽ, agat, & ad agendum admittitur sine produ
ctione mandati, si post sententiam constet de procuratorio,
propter veritatis & opinionis concursum, valet processus. Et
ita vidi plures determinari in consilijs Rotæ, & seruari de fa-
cto. ¶ Imò plus voluit Inno. ꝙ idem esset, si procurator non
foret tẽpore processus? dummodo dñs ipsum sciuit: et agere,
& non prohibuisset: si de hoc constet, etiam post processum:
vt ipse notauit. ĩ. de rescrip. ex parte. Ergo idem fortius, si in
veritate mandatũ expressum habebat: quia nõ minus debet
operari expressum, quã tacitum: vt ff. loca. qui ad certum.
¶ Et ꝙ credulitas sola sufficit. l. ij. in fi. cum ibi notatis. ff. de
condi. & de mon. Nam si sola credulitas sæpe contra verita-
tem operatur: vt. ff. de offi. pręto. l. Barba. & ff. de iniurijs. l.
eum, qui. § si iniuriatum igitur fortius hoc, cum veritas cum
opinione concurrit. & si reperitur contrarium in casibus,
dicas illos speciales.
¶ Secundum autem membrum prędictæ distinctionis, quo
cauetur, si duo delegati procedẽtes absente tertio, verè impe-
dito, non credũt hoc impedimentũ: nec eligunt ex ista causa
procedere: quia credunt hoc eis licere ex forma rescripti: non
valet eorum processus, etiam si hodie constet de impedimẽ-
to, qualecunq; etiam fuerit. Patet ex allegatis ad partem istã
quæ fortiter vigent, vt mihi apparet.
¶ Sed vltra hoc, id ratione confirmo. Nam si iudex volens
vno modo procedere, & alio nõ velit procedere modo quo
potest, sed intendat procedere modo, quo non potest, volun
tate & possibilitate sibi inuicem cõtrariantibus, nullus est
processus. ĩ. eo. cum super. Modò ex forma rescripti impe-
dimento cessante, non possunt duo soli procedere, licet habi
to respectu ad conditionis existentiam, procedere possint.
9 ¶ † Sed qualiter constabit in dubio de credulitate & modo
procedendi prædicto? Puto, ꝙ de modo procedendi consta-
bit ex forma processus: quia si exprimunt in processu impe-
dimenti, seu conditionis existentiam, præsumam ꝙ hic ex-
primunt, vt ex illo processum causent & iustificent, & suam
iurisdictionem fundatam declarent. Nam præsumant tunc
in dubio, ꝙ eligant modum procedẽdi, per quem processus
valeat, & non per ea, vt. ff. de testa. mili. l. si miles. Et per id,
quod notauit Inno. de præscrip. cum ex offi. in glo. no. quod
post prin. ¶ Item ex hoc eodem præsumam credulitatem:
quia non præsumitur, ꝙ quis promat verbo, quod non
non

non agitauerit: vt. ff. de supell. lega. l. Labeo. Nec mendacij præsumptionem admittam: cum sit calũniosa damnata. ar. eorum, quæ scripsi. s. de stru.

¶ Sed pone, ꝙ ignorantes apponunt in processu conditionis existentiam tanquam veram: vt in casu, in quo si vera sit, valeat processus: nunquid si vera est, valeat processus?

¶ Iste punctus dubius est, tamen prima facie puto, ꝙ non: quia nemo potest facere sine mẽdacio & dolo, ꝙ leges nõ habeant locum in sua dispositione: vt. ff. de leg. j. l. nemo igitur. Nec cum mendacio: nec cum dolo. Cum ex mendacio & dolo plusquam ex veritate non debeat reportare. ff. de do. l. j. ¶ Modo ita est, ꝙ ignorans illud, per quod iurisdictio, vel iurisdictionis exercitium sibi competere debet, non potest procedere per superius allegata. Et quia sic totũ iudiciũ esset in pendenti, & excõmunicationes in suspenso: quod esse nõ potest: vt. l. non quemadmodum. iunctis notatis Inno. in. c. præterea de app. alleg. Sed ista ratio vltima non vrget: quia conditio præsens, vel de præterito non suspendit. ff. si cer. pet. l. cum ad præsens.

¶ Sed quid si sciant, & non exprimunt in processu: & de is constat? puto, ꝙ processisse tunc dicãtur meliori modo, quo possunt: per. l. si miles. & dicta notata Innoc. in dicto. c. cum ex offi. ¶ Sed quid si non exprimit, nec apparet ꝙ sciuerint, vel ignorauerint? Certè tunc præsumam, ꝙ ignorant, ar. regulæ, præsumitur. Vt quia præsumit, ꝙ si sciuissent, dixissent de decimis ad audientiam. ¶ Fa. quia dum quis simpliciter actum gerit, quem non dicit se velle gerere nomine alterius, censetur gerere nomine proprio. Pro quo allego textum. ff. iudi. solui. l. iij. § sed & quod de tutore. vers. sed si quid.

¶ Et quod notat. ff. qui sat. cog. l. penul. § tutores. in glo. pe. ar. ff. de nego. gesto. l. qui aliena § ij. & manda. l. Pompo. & quod ibi notatur. per glo. & quod notat. Bar. ff. de ope. no. nun. l. j. § nunciatio circa prin. ij. collec. ver. quæro, nunquid procur. si nunciat. ¶ Sed quid si hoc casu vult pars, pro qua processus facit, probare, ꝙ tunc scirent: nunquid audietur? Puto ꝙ sic, per ea. quę dixi. s. iij. q. ¶ Sed qualis tunc erit probatio sufficiens? dico, ꝙ quæcunq; instrumentorũ, vel testium, per quam aliâs legitimè constet de aliquo modo, quo scire verisimiliter debuerit: quia sufficit hîc qualitercũq; scire. ff. de peti. hæredi. l. item veniũt. § à quo & ff. de acti. emp. l. j in fi. & de amis. tu. l. quidam decedens. § ex quo. s. de offi. deleg. cùm contingat. cùm ibi notatis. in glo. j. & super ea. p Nouellam. de coniugi. seruo. proponit. cum ibi notatis in gl. ij. de sen. excõ. inquisitioni. cum ibi notatis in glo. ij. & fi. & per Car. de excep. pia. super verbo ipsius lib. vj. ¶ Et puto ꝙ non oportet hoc casu probare notitiã certitudinalẽ. sed sufficit probare talem, quę ad credulitatem verisimiliter inducere possit. Et pro hoc. ff. de acqui. hæredi. l. cum quidã. § quod dicitur. ij. ¶ Et patet per iura & glosas suprà p me proxi allegatas. ar. C. de rei ven. si fundum. Fa. quod cum fal. tu. l. si id in quit. Nam facilis est pręsumptio, quę illicitam rem excludit: vt. ff pro so. l. merito. & de dona. inter vir. & vxo. l. Quintus. ¶ Sed nunquid supposito, ꝙ duo procedẽtes sine tertio, dicant in processu tertium impeditum: an admittetur probatio partis in contrarium: puto ꝙ sic, quia nõ est expressum, ꝙ præsumptio pro actione eorum faciens sit iuris & de iure. ¶ Imò puto ꝙ per contrarium præsunptionem tollitur secundùm notata Innoc. de eo, qui furtiuè ordines suscepit. Innotuit. ar. ff. de in integ. restit.

¶ Hijs expeditis, ad contraria respondetur. & primò ad id, quod dicitur de impedimento. quod opem exceptionis non requirit. ¶ Dico enim, quòd salua pace Nouellæ, non videtur ponderandum aliud impedimẽtum, nisi istud: quia quod impediri non potest, nisi in euentum conditionis. exceptionis oppositæ ante euentu huiusmodi, non impedit: vt ar. ff. de condi. & de mon. l. allegata. & de ver. signi. l. cedere diem. Et plus vrget ratio hîc, quàm ibi: cum hîc nulla suspẽsio poni possit.

¶ Præterea non aduertit Nouella ad rationem textus & legum: vnde ipsa ratio sumpta fuit. quia ratio huiusmodi consistit solùm in ignorantia eius, ex quo iurisdictio ipsa, seu ipsius exercitium competit & supponit ratio ipsa, ꝙ competat. sed competere ignoretur. Dicere ergo ꝙ sit facienda differentia: an ipso iure non competat: an verò cõpetat, sed exceptione tolli possit: non congruit rationi prædictæ.

¶ Præterea de differentia inter impedimentũ voluntatis, & & alia impedimenta, non capio quantum ad hoc: æquiparentur. j. § proxi. ¶ Et quia ratio vtrobiq; est vniformis, videlicet ignorantia duorum, qui soli procedunt.

¶ Preterea non capio quid velit dicere Nouella de impedimento incommoditatis: cum nihil addat ad impedimẽtum voluntatis. Hæc igitur distinctio magistralis, quæ sine textu processit silere potest. ¶ Ad alia responde per te ipsum, reliqua prosequar, si occurant in. c. cum plures. allegato.

¶ Ex hijs inferuntur decisiones multarum quæstionum.

¶ Primò, si tribus deputatis executoribus ad gratiam pauperis purificandam, duo soli purificauerũt, quid iuris? respondeatur per præmissa. ¶ Item quid si executor gratiæ Apostolicæ prouiderit, literis non præsentatis, vtrum valet prouisio? patet etiam responsio ex præmissis.

¶ Aduerte tamen, quia domini auditores hodie tenẽt, ꝙ nisi opponatur & probetur ꝙ sciuerit se esse executorem, executor, qui prouidit: stabitur prouisioni pro eo, executio gratiæ est fauorabilis, & præsumitur quis diligens in his, quæ pro se ad magnam eius vtilitatem faciunt: sicut ob id præsumitur facta acceptatio infra mensem. j. de concess. præb. quia cunctis. Et quia præsumitur quilibet fidelis in officio sibi cõmisso, maximè extra iudicialiter. ar. eorum, quæ notat Inno. de fi. instru. c. cam re in fi. penul. gl. & Compo de elec. statuimus. col. iiij. ver. Item quæritur. & Nouel. de proba. post cessionem. super fi. primæ glo. & post expeditionẽ glo. in versu, expedit. Et fa. s. de renunci. in præsentia. cum concordantijs ibi signatis. ¶ Et ex differentia ista, quæ est inter iudices iudicialiter procedentes & deputatos extra iudicialiter ad certa officia exequenda, oritur vniuersitas inter dictum supra proximum, & id quod scripsi, supra. ea. q. versu, *sed quid si non exprimunt, nec apparet*, Nam pro eo, ꝙ iudicibus à iure specialiter iniungitur, ꝙ omnia gesta sua redigi faciãt in scriptis, per duas personas notabiles, aut per notarium publicum: præsumitur contra eos in his, quæ ex eorum processu in scriptis non apparent. quod sic non est in alijs. ideò &c. Et patet ex lectis & notatis. j. de proba. quoniam contra falsam. ¶ Imò plus dico, ꝙ auditores reputarent materiã contrariam obiectiuam, prout esset: nec in contrarium de facili quem audirent.

¶ Sed quid si quis instante parte, quæ intenderet eum executorem nominare in causa, quæ hîc committitur arbitrio partis, prouideret: nunquid valeret prouisio? communiter hodie tenent, ꝙ non & credo ꝙ bene. ¶ Et primò, quia ante confessionem literarum, scire non potest aliquis se esse exsecutorem in illis deputatum: vt de se patet. Et sic. s. de iudicibus ignorantibus allegata vendicant sibi locum.

¶ Secundò, quia nec ante confectionem literarum competit iurisdictio, cum ex literis detur. Et quia incertum est ante earum confectionem quis erit in eis deputatus? non plus de præsenti insisto.

¶ Sed qualiter respondetur ad textum istum, & ad. c. sciscitatus? respondeo, ꝙ ista cap. referunt se. ad diligẽtiam, quam tenetur facere collega impeditus ad sui excusationem: ne de inobedientia redargui possit.

¶ Item & ad informationem faciendam, ipsis duobus iudicibus præsentibus impedimentum collegæ ignorantibus, & parti illud allegãti credere & petenti procedi assentire recusantibus. ¶ Sed si ipsi iudices duo etiam parti asserenti bona fide crederent. & ex hoc procederẽt parte alia non contradicente: crederem valere processum, per prædicta; dummodò opinio cum veritate concurrat: vt prædixi in. s. not.

¶ Tertiò intrando sex glo. Innocen. quæ est super verbo

12 *constare*, & incipit: *quæritur cui debet*. principale † quæro, cui debet constare de executione collegæ absentis? & de hoc per Bernadum in glo. quid sit. ¶ Dicit Innoc. cum Bernardo, ꝙ duobus iudicibus citatoribus, fides fienda est: vt. l. ne satisdatio. ff. rem ra. ha. & ĩ. de ver. sig. cum olim.

¶ Et est ratio Innocen. quare ad iudicium. partis reæ non est hæc dubitatio sopienda? quia periculosum esset hoc ex persona rei metiri. ff. de iudi. l. solemus.

¶ QVARTO quæritur, Supposito, ꝙ duo processerunt absente tertio, & nõ impedito, nec legitimè excusato, reo tacẽte, vel non appellante: nũquid valet processus? ¶ Sed vt hoc melius videat, quæro de aliquib⁹ particularibus q̃onibus.

13 ¶ † Et primò quæro, nunquid lite cõtestata & pendente potest pars adhuc excipere de absentia tertij. Et nũquid si tunc exceptum fuerint tenetur actor probare veram esse excusationem illius tertij collegæ absentis. ¶ Dicit Inno. in vtroque ꝙ sic. Allegat. ĩ. eo. cum in iure. & de proba. quoniam contra. Et iuxta hoc pone ꝙ ante litem contestatam: de huiusmodi absentia iam fuisse dubitatum & exceptum per partem ream, & per actorem legitima illius excusatio allegata: & diffinitum per iudices illos duos, scilicet excusationẽ veram esse & legitimã, ipsosq; duos procedere posse: ꝙ ab ipsis duobus, qui sic pronunciarunt, non fuit appellatũ nũquid p hoc talis diffinitio trãsit in rem iudicatã, post ea de hoc nec quæri, nec excipi possit? ¶ Dicit Inno. ꝙ sic. Allegat. ĩ. de re iudi. quod ad consultationem. vbi est textus secundùm eũ, ꝙ talis interlocutoria trãsit in rem iudicatam.

¶ Sed pone ꝙ de hoc ante litem contestatam non fuit obiectum, nec iudicatum: sed vtraq; sciens excusationem nullam subesse legitimam: coram istis duobus iudicibus solis litigare consensit, non obstante absentia tertij: Nunquid valebit processus de consensu amborum partium per eos factus?; Dicit Inno. primò, ꝙ sic: inducens ad hoc istud argumentum quia etiam iurisdictio est penes duos tantum, sicut ex tenore rescripti apparet, licet elidi possit per exceptionem.

¶ Sed si reus nesciens veritatem huius, vel credens eum legitimè excusatum, cum in veritate non esset: non valeret tunc processus illorum. Et posset adhuc reus de non legitima excusatione excipere. Et probat hac ratione: quia error tam iuris, quàm facti impedit iurisditionis prorogationem: vt. ff. de iudi. l. consensisse. ¶ Et sic intelligitur quod in principio huius quæstionis principalis suprà dixi. ¶ Refert tamen Inno. quosdam dicere, ꝙ error iste non impedit iurisdictionẽ istorum duorum: quia semper eam habebũt, etiam si nec expressè, nec tacitè partes aliàs in eum consentirent: licet cum primùm sciuerint, possint petere illud reuocari, & etiam appellare, si non reuocetur. ar. ĩ. eo. cũ olim. ¶ Nunquid est ergo hoc verum, ꝙ isti duo iudices possint sup isto articulo, videlicet, an tertius collega sit legitimè impeditus, vel excusatio eius vera & rationabilis diffinire? Dicit Innoc. primò secundùm quosdam, ꝙ sic Allegat. s̃. de rescript. super literis & ĩ. de ap. cum parati ¶ Alij verò dicunt, vt ipse refert, ꝙ non per ipsos duos, imò per arbitros esset hoc diffiniendum. Allegant. ĩ. de ap. cum speciali. ¶ Sed dicit Inno ꝙ ista decret. non facit ad propositum: quia casum specialẽ ponit in suspicione opposita cõtra delegatũ. Et est ratio illius casus. Nam nil grauius est, quàm coram iudice suspecto litigare. iij q. v. quia suspicio. Et qui est suspectus in principali, & in accessorio. ĩ. eo. suspicionis. ¶ Alij dicunt, vt etiam Innoc. refert: qa ista sententia interlocutoria, qua pronũciatur tertium collegam legitimè esse excusatum: vel ipsos duos sine tertio procedere posse, nihil facit in hoc casu. Nam si postea constet de veritate contra. videlicet. impedimentũ non fuisse legitimũ, nulla est: & tunc nulla apparebit sentẽtia, tãquam lata ab his, qui iudicandi potestatẽ sine tertio nõ habebãt. ĩ. de offi. iudi. c. vlti. Ratio qa debent de isto articulo, sicut de alijs, omnes tres cognoscere, non duo tantum vt notatur. ĩ. eo. cum sup.

¶ Subdit finaliter Inno. ꝙ primi tenentes sententiã per istos ferri potuisse, & illam in rem iudicatam transire posse: Respondet sic ad obiecta. s̃. proximè. Et videtur Inno. ꝙ isti bene respondent. ¶ Dicunt igitur, ꝙ ipsi duo tantũ. etiam sine collega, habent iurisdictionem ad cognoscendũ. s. an sit legitimè excusatus absens: cum aliàs non possunt procedere in principali causa. ar. ĩ. eo. § proximo. & melius. s̃. eo. causam matrimonij. nisi. s. prios quæstio ista emergens diffiniatur: vt notatur. s̃. de elec. cum inter. R. Nec obstat cum dicitur ipsos tres cognoscere debere: quia illud loquitur, quãdo ois sunt, vel possunt esse præsentes. Sed hæc sunt impossibilia, vt tanquam absentis admittatur excusatio, & tãquam præsens cognoscat. ¶ Subdit tamen Inno. ꝙ si duo præsentes iudicarent, ꝙ tertius absens de cætero admittẽdus non esset nõ pre iudicaret: qa hoc non esset, neq; principale, neq; accessoriũ. Dicit tamen, ꝙ si tale quid obijciatur, propter quod debeat à iurisdictione perpetuò remoueri, fiet: vt notatur. s̃. eo. cum super. secundũ Inno. ¶ Vnde secundũ cõmunem intellectũ vult dicere Inno, in effectu, ꝙ processus parte non cõtradicẽte habit⁹, coram duobus tantũ, propter partis prętẽsum impedimentũ. tertij, seu prętensam legitimã excusationẽ ipsius valet: licet nõ ita fuerit in veritate. & ꝙ de hoc potest quandoq; excipi lite pendente: quoq; de exceptione huiusmodi cognoscere possunt, & diffinire duo soli. & ꝙ eorũ sententia super hoc lata. si ab ea non appellet transit in rem iudicatã: sic ꝙ posteà de hoc nõ poterit excipi. ¶ Sed Hosti. tenet contrarium premissorũ, dicens ꝙ processus duorum. nunquam valet, si in veritate tertius nõ fuit impeditus Et dicit ꝙ non curat alia iure allegare: nisi solũ textum ¶ Nec obstat secundùm eum, ꝙ hoc ipso. ꝙ nil opponitur. videtur iurisdictio prorogata in. q. vj. pulsatus. ff. de iudi. l. ij. *Quia licet id sit verum* in ordinaria iurisdictione delegata, tamẽ iurisdictio nõ prorogatur etiam expressè. ĩ. eo P. & G. & secundũ eum latius dicam. & videtur placere Ber. in fine. suę glo. ij.

¶ Et hoc verius puto. Nam si diceres duos tantũ, quãtũ ad hoc liberam eo expeditã iurisdictionem habere: aut hoc diceres ex forma rescripti cõditione circumscripta. aut ex cõditionis existentia. Aut ex prorogationis natura: Aut ex cõnexitatis sequela: sed nullum horũ potest dici. Igitur.

¶ In glo.iiij.ibi: *procedere*. Et est simile.ff.de condi.indebi.l. Iulianus.de peri.& commod.rei vend.l.necessario.§.in ita.cũ ibi notatis. ¶ Et ibi:not.quod dic,vt.j.de rescrip.statutum. §.insuper.lib.vj. Et in satre facit ad ea,quę notantur de elec. cũ inter vniuersas.in gl.vnde vocari. ¶ Sed ratio,quã ponit gl.de expensis nõ placuit Hosti.dicenti,ꝙ per eã sequit ꝙ si prius satisfaciat iudici de expensis,nõ tenetur venire. Et sic nec Papę obedire. Nã & si eas possint,adhuc nõ est locus,ubi fuit necesse. ¶ Sed eis factis,ex quo ad locum veniũt,per pignora,vel alio modo sibi poterũt prouidere Hosti. ¶ In gl. *per hoc*. ibi: *primo*.modo secũda. ¶ Et in fi.s.e.super eo. ¶ In gl.*fecun* ibi: *hominum*.maximè arbitrorũ: quia vt plurimum sunt assumentiũ cõpatres & amici. Et est ratio.sec.dũ Host. quia boni prætoris est lites dirimere.ff.si cer.pe.l.quidã. Sed si arbitrari dissentiant in sentẽtia,neutra valet.lo delegatis secus:quia pôt delegans,quã voluerit approbare.j.de re iud. c.fi. Et ibi: *innotuit*. &.c.j. ¶ In gl *quod enim*. in fine.prouerb. xv.dissipantur cogitationes.vbi non est consiliũ.& vbi sunt plures consiliarij confirmantur.& prouerb.xxiiij.Ibi salus, vbi multa consilia.

¶ SVMMARIVM.

1. *Clausularum Si non omnes potueritis,aut volueritis interesse: & Si non potueritis,quæ nam differentia?*
2. *Iudicibus pluribus si quando rescribatur,an quilibet tur [illegible] in solidum habere dicatur?*
3. *Item vsusfructus num diuisibilis sit?*
4. *Clausula,Si non omnes potueritis mandatum exequi,duo exequantur &c.si in rescrip.apposita sit,qua potestas duobus data intelligatur. Et quid si unus solus de tribus partibus non contradicentibus, procedat:an valeat processus? n.seq.*

Adiicimus. ¶ Expone literam. *adjicimus*. respõsioni scilicet prædictæ. ¶ *Eam*.s.causam.vel commissionem. Aliàs.*ea*.s.quę mandantur. ¶ *Noluerit*.& se excusat quare non possit.secundum Gof.vel secundum eum duo non procedent,si constat tertium posse & nolle interesse,per decreta.suscitatus.de rescript.sed aliter.dic,vt statim subdam.

1 ¶ †PRIMO intro glosam magnam Innoc.quæ est super verbo,*noluerit*.& incipit,*ex hoc ca*.. Et quæro quid plus importat ista clausula. Si non omnes potueritis,aut nolueritis interesse.quam illa,vbi tantum ponitur,si non potueritis respondet Inno.ꝙ differentia istarum clausularum colligitur suprà,de rescri.suscitatus. quia in primo casu,qui est dicto c.suscitatus.

¶ Refert tamẽ Inn. alios ponere aliã differẽtiã inter clausulas supradictas: qa dicũt, ꝙ vbi est tãtũ nequiueritis nõ possunt procedere duo, nisi absens se excusauerit, per nunciũ: vel p literas de volũtaria, vel necessaria causa absentiæ, vel per testes probata fuerit. ¶ Dicunt tamẽ, ꝙ nec sufficit, nec necessariũ est per testes probari voluntariã: quia satis præsumitur volũtaria, ex quo nõ est præsens oportet, & sufficit tantũ probare necessariã causam absentiæ. ¶ Sed attende, secundũ istos: qa nõ quelibet causa absentię dicit necessaria, nec sufficiẽs: Imo circa hoc distinctio est habẽda. ¶ Pone enim, ꝙ ꝓbat pars absentem pati dolorem capitis, vel aliquã infirmitatẽ similẽ, aut tertianã, vel modicã passionẽ, vel similia nõ sufficit: quia & si hodie nõ possit interesse cras poterit: vt. s. c. proxi. & ff. de iudi. si longius. & de vara nn. l. penult. & s. de voto, quod sup. ¶ Sed si esset ibi vtrũq;, videlicet, ꝙ si nõ potueritis, vel nolueritis, etiã tertio se nõ excusante, & nõ receptis probationibus super longa, vel breui necessitate, poterunt procedere. Nã ex quo non interest, certũ est, ꝙ aut nõ vult, aut nõ potest interesse. & habẽt argumẽtũ per se, in dicto. c. sciscitatus. Refert etiã Inno. tertiã opinionẽ aliorũ, qui dicunt, ꝙ si vtrũque sit positũ tamen nõ procedent, nisi tertio excusato: quia potest esse ꝙ interesse posset, & vellet: sed terminũ obliuioni dedisset. Et sic quasi vtrobiq; idẽ dicũt. ¶ Et subdit Inn. hæc verba: *& hoc credimus de facto tenere*. ¶ Ber. s. de rescrip. sciscitatus. dicit illam per istã correctã per omnia, & ꝙ necessarie est prius constare de impotentia vel voluntate collegæ. Et si aliter procedat socius, nil aget. Prima opinio placet Innoc. Hosti & Na. de dicto Ber. videtur infra.

2 ¶ † SECVNDO propter dicenda, quæritur continuãdo dictã gl. Inno. vtrũ quãdo scribitur pluribus iudicibus, quilibet eorum iurisdictionem habet insolidũ? ¶ Dicit Inn. ꝙ sic, siue cũ clausula hac, ꝙ si nõ omnis siue sine illa clausula, scriptũ fuerit. Probat, qa iurisdictio res est indiuisibilis, sicut seruitus vsusfructus ius patronatus, & reliqua iura. ff. de seruitu. l. viæ. de religi. & sump. fune. l. si sepulchrum ad legat. fal. l. l. j. §. vsusfructus.

3 ¶ † SED quæro, nunquid licet ius sit indiuisibile, eius tamen vsusfructus recipiet diuisionem? ¶ Respondet Inno. ꝙ vsus & fructus seruitutis prædiorũ & hmõi iuriũ indiuisibiliũ, etiam est indiuisibilis: nisi quo ad iurisdictionem delegatã aliud cõtineat forma mãdati: sicut est hic quãdo mãdatur iurisdictio cũ clausula, ꝙ si nõ omnes possunt exequi mandatũ, ꝙ duo exequantur: quia tũc vsus, seu exercitiũ iurisdictionis diuiditur in certũ euentũ, certo modo: vel nisi quo ad seruitutes prędiorũ, partes post ea inter se diuidãt vsum, quod eis licet, quãdo tantũ eorũ vtilitas attenditur: vt. ff. de arbi. l. itẽ si. §. fi. & l. seq. & ff. de re iudi. l. ex tribus & l. viæ allegat. & ff. de vsusfr. l. quotiens. §. j. Et de iur. pa. l. querimoniã. vbi de hoc notatur. ¶ Subdit tamen Inn. nõ tamẽ est sic in iurisdictione, & in alijs iuribus vniuersitatis: quia illa nõ est penes singulos, sed penes collegium tantum. xij. q. ij. § qui manumittitur. Et hanc opinionem credo veram, ꝙ quilibet habet iurisdictionem insolidum, non in istis iuribus indiuisibilibus datur ista regula. ꝙ ius indiuisibile in pluralibus competens: vel plures eorum cuilibet, & contra quemlibet competit in totum; vt patet ex lectis & notatis. ff. de verbo. obl. l. ij. § ex hijs. & l. iiij. § Cato. & l. stipulationes nõ diuiduntur. eo. ti. Et est ratio: quia pro parte nõ possunt competere, cum diuisionẽ nõ recipiant: & per consequens partes nõ habeant: nec plures personæ secũdũ veritatẽ naturæ possunt facere aliquod vnũ. ¶ Et ita fateri oportet, ꝙ vel cuilibet insolidũ vel omnibus simile, nec alicui per se tali aliquo modo, talia cõpetant. Et hæc est ratio, quare philosophi dicũt anima humana, quia spiritus simpliciter est & indiuisibilis, tota est in toto corpore, & tota in qualibet parte. Sed nõ sic dico de vsu, q cõcernit exercitiũ actuale: qa oportet, ꝙ fiat p omnes simul seu vice omniũ. iuxta c. si. j. de re iudi. li. vj. Et hoc est, quod voluit Inn. dũ dicit, ꝙ vsus est indiuisibilis: nisi aliud habeat forma mãdati. Et hoc de. ij. notab. ¶ Visis pręambulis prędictis subijcio quęstionẽ, de qua latè tetigi. s. in prin decre. maximè in. v. q. & de qua hi pluries hic remitũ: & quã prolixè prosequitur Inno. hic.

4 ¶ † Pone ergo ꝙ scriptũ est tribus, cũ clausula. ꝙ si nõ omnes potuerũt exequi mãdatũ, duo exequant, quòd duo; corã duobus ꝓcessum sit, & ꝙ tertius nullo modo sit excusatus: quòd duo; ille tertius volebat & poterat interesse & etiã de excusatione, vel impedimẽto ipsius. illi duo cognouerint. Nunquid his suppositis valet processus illorũ duorũ? dicit Inn. ꝙ sic: etiã si ambæ partes, nõ altera tãtũ ignorabãt ius, credẽtes ꝙ duo tãtũ ꝓcedere possent, tertio nõ excusato, licet volẽte ꝓcedere, & siue ignorabat vtraq; earũ factũ. s. quia credebat quælibet earũdẽ tertiũ esse excusatũ legitimè cũ nõ esset: dũ modo nihil exceptũ fuerit cõtra eos: vel si exceptũ fuerit nõ tamẽ fuerit appellatũ. ¶ Et hanc conclusionem satis mirabilẽ probat Inn. per proximè dicta in quæstiõe præcedenti. Nam ex prędictis apparet quod duo tantum etiam sine cõsensu partium in negocio sibi commisso ex tenore mãdati, habent iurisdictionem & iurisdictionis exercitium, siue vsum in aliquo casu, vel sub cõdictiõe. s. si tertius nõ põt interesse. igĩ si ipsi aliàs ordinatè ꝓcesserint, tenet ꝓcessus eorũ, & trãsit in rẽ iudicatã, si nõ fuerit appellatũ: qa talis poterat esse, ꝓcessus secũdũ tenorẽ mãdati, q nõ est cõtra ius scriptũ: sed cõtra ius litigatoris tantũ. Et ideò tenet quicqoid faciũt: vt. ij. q. vj. diffinitiua. ¶ Itẽ hoc probat per reductionẽ ad inconueniẽs: quia si cõtrariũ diceretur, absurditas intollerabilis sequeret. Vt pone: Mandatur iudici sub hac forma: si talis probauerit talẽ rẽ sibi deberi cõdemnes reũ. Iste condemnat reũ intentione nõ probata cõtra ius litigatoris, & formam cõmissionis. Dices tu talem commissionẽ non tenere? absit vt dicto. § diffinitiua. ¶ Non enim iurisdictio, seu conditio mãdata est, sed eius exercitiũ vnde fortè secus secundũ eum, si iurisdictio ipsa nõ solùm eius exercitiũ, sola conditione communi mãdaretur: quia tunc satis dici posset secundũ eum, ꝙ nõ haberent iurisdictionẽ, nisi cõditione extante: quia cõmissio, vel delegatio non est in iudicio, sed extra. Fa. s. de app. ex parte decani. & de hoc no. eo. ti. cum plures. li. vj. in vlt. gl. Ioan.

¶ Et quia multa cõtraria prædictæ cõclusioni obstare vidẽtur. Inno. consequenter ad eorũ dissolutionẽ accedit. Et primò ad. c. cum dilecta. s. de rescrip. respondet, dicens: ꝙ ordo ille erat de substantia mãdati, & studiosè seruari mãdabatur nõ in fauorem partiũ, sed in fauorẽ ecclesiæ. Et ideò remitti nõ poterat adhuc iste ordo conquiritur de excusatiõe collegæ absentis non studiosè seruari mãdatur: nec attenditur ibi: nisi fauor partium. ¶ Secundo ad l. cedere diẽ. ff. de verb. signi. Respondet dicens, sed primò inducit eam hoc modo: ibi dicitur, ꝙ quando aliquid sub conditione debetur, non cedit dies debiti, nisi conditione extante. ergo non cedat potestas suam iurisdictionem exercendã: nisi primò extiterit conditio scilicet ꝙ tertius nõ poterit interesse: cum hoc exercitium eis sub conditione mandatũ sit. Vnde ipse soluit dicens ꝙ lex illa loquitur in hijs, quæ fiunt extra iudicium.

¶ Sed in iudicio, si mandatur aliquid fieri sub conditione, etiam nõ existente cõditione tenet, quod fit: dummodo partes non contradicant, sicut apparet in iudicio appellationis emissæ ante sententiam. Nam iudex illius nõ debet de causa principali cognoscere nisi iusta probetur causa appellationis & tamẽ partes, si noluerint omittere causam appellatiõis & procedere in principali bene possunt: vt. j. de ap. cordi li. vj. Remittit nouella ad notata sua. j. eo. Pet. & G super vlti. gl. Et ad hoc adduxit argumentũ absurditatis de qua. s. dixi.

¶ Tertio opponit. de. l. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudi. & de leg. j. § j & ij. ff. de iudi. vbi dicitur, quòd non tenet processus iudicis, in quem concessum est per errorem, vel facti, vel iuris. Sed suprà in casu nostro contrarium diximus igitur.

¶ Solutio secundum eum, illæ leg. loquuntur, quãdo ignorans ius, vel factum facit eum iudicem alicuius personæ, qui non est suus iudex.

¶ Sed quidam dicunt secundùm Inno. ꝙ duos, imo singulos iurisdictionem habere. ¶ Sed quarto opponit, quia sic, tunc hoc esset per modũ cuiusdam prorogationis, videlicet iurisdictionis de casu in casum: quia vsus iurisdictio. qui erat cõditionalis, quo ad exequendũ mandatũ, erit purus ergo debet hîc esse consensus ex certa scientia, & non per ignorantiã quia sic est in alijs prorogationibus. ¶ So. secundũ quosdã, qui ponunt differentiã inter prorogatiões de persona ad personã & de casu in casum, seu de tẽpore in tẽpus, seu de re ad rem: dicentes, ꝙ vbi fit prorogatio de persona ad personam, necessariũ est, ꝙ ex certa sciẽtia, & nõ p errorẽ iuris vel facti fiat prorogatio. Et hec ratione allegata: quia qui primo non erat suus iudex, modò fit suus iudex. ¶ Sed si fit prorogatio de tẽpore in tẽpus seu de casu in casum, vel de re ad rem: tũc valet totus processus etiã si ignorans ius vel factũ etiã tacitè prorogauerit: vel si nõ excepit. ¶ Sicut est videre in alio casu: puta si litigatur corã iudice excommunicato, tenet quicquid fit coram eo, si non excipitur: dummodo nõ sit publicè excõmunicatus, quasi tũc secus. Quod dic secũdũ eũ: vt. ĩ. de re iudi. ad probã. ¶ Aliud simile ponit: qa quicquid fit corã iudice, qui põt recusari, tenet. ĩ. de excep. c. fi. & . ĩ. c. cũ olim. ¶ Item ponit aliud simile: quia tenet quod fit cum procuratore milite antequã excipiatur. ff. de procur. l. filius §. vetera. ¶ Fatetur tamen Innoc. ꝙ si post litem contest. quãdocunq; peruenerit ad partem causa, quare poterat iurisdictio declinari, ꝙ bene poterit eã post ponere: sed tamẽ nõ reuocabunt prius facta: vt. ĩ. de excep. pastoral. c. fi. ¶ Subdit postea Innoc. aliam solutionẽ aliorũ, ad oppositionẽ quartam proximè præcedentem: dicens, ꝙ alij dicunt, & forte melius, ꝙ prorogatio iurisdictiõis nunquã valet sine cõsensu tacito, vel expresso, qui cõsensus nũquid põt esse, vbi est error iuris, vel facti. ff. de iurisdictione omnium iudi. l. si per errorẽ, & de iudi. l. ij. §. j. & . ij. allegatis. Et probatur tali ratione, quia non est prorogatio, nisi augeatur iurisdictio per cõsensum partiũ tãtum: sicut est videre in prorogatione de persona ad personã, vbi augetur iurisdictio super persona, super qua primò nõ habebat. ¶ Itẽ in prorogatiõe de re ad rẽ, seu de quantitate ad quantitatẽ, vbi augetur iurisdictio super re, vel rerũ quãtitate, super qua primo iurisdictionem non habebat. ¶ Idem in Prorogatione de tẽpore ad tẽpus: quia ibi augetur iurisdictio in tempus, in quo primo non habebat iurisdictionem à iure, vel ex tenore mandati sibi directi, datur ꝙ in hijs prorogationibus tale iurisdictionis augmentũ, solummodo per voluntatem ipsarũ partiũ. Voluntas autẽ non est, vbi est error: vt prædictũ est. ¶ Sed in præsenti casu, vbi scribitur cũ dicta clausula, duo habet iurisdictionẽ in negocio cõmisso p vim rescripti, etiã si partes nõ cõsentiant ¶ Et hæc solutio omnino placere videtur Inn. ¶ Sed quintò opponit, videlicet cõtra solutionẽ suprà proxi. quia cõsyderata cõditiõe apposita, & forma, rescripti, videtur ꝙ imo. isti duo nõ habeãt iurisdictionẽ, nisi in casu, videlicet, qñ nõ põt tertius interesse. ¶ Respõdet Inno. dicẽs, ꝙ hoc falsum est: quia imo bene habet iurisdictionẽ etiã si tertius nolit interesse. Verũ ex quo est ibi clausula, nõ habent vsum iurisdictionis in cõtradicẽtes. Et ideò in dicta iurisdictione prorogãda nõ est necessarius cõsensus: sed sufficit sola omissio, vel negligẽtia ꝓponẽdi exceptionẽ hãc: vos duo nõ potestis procedere. quia tertius põt, & vult interesse. Licet in prorogando iurisdictionem, quam nõ habet, sit necessarius cõsensus partiũ, sine ignorãtia iuris, vel facti. Periculosius enim est iurisdictionẽ ꝓrogare, quã vsum. Et ideò plus ibi exigitur. ¶ Sextò contra dictã conclusionẽ opponit Inno. de. c. causam. s. eo. de. l. duo ex tribus. ff. de re iudi. ¶ Sed secũdũ eũ patet solutio ex præmissis & qa ibi nõ erat præsens clausula & ideò nõ valebat sententia duorũ: nisi sciẽter prorogarẽt iurisdictionẽ eorũ. In isto ergo casu, nõ debẽt partes prorogare iurisdictionẽ. sed sufficit, vel sciẽter, vel negligẽter executiõe omittere sibi cõpetentẽ. ¶ Et adducit casus similes. s. inductos ad similẽ deductionẽ, dicens: ꝙ hoc idẽ etiã dicitur in alijs casibus supradictis. s. vbi omittit exceptio recusatiõis, vel excusatiõis: qa iudex, qui posset recusari ita habet iurisdictionẽ sup recusantẽ, nisi excipiat. si ut cõtra aliũ. ¶ Itẽ per exceptionẽ excõicationis partis, vel exceptionem procuratoris militis nõ augetur, vel diminuit iurisdictio iudicis, cõtra quẽ nihil proponit: sed cõtra partẽ tãtũ. ¶ Subdit, ꝙ hæc plus placẽt sibi, quàm quod dictum est in alia gl.

5 ¶ † Sed quid si vnus solus de tribus procedat partibus non cõtradicentibus, valet ne processus? ¶ Videtur, ꝙ sic per prædicta: quia iurisdictionẽ habet in ꝑsonas litigantes. Et hoc quidã fatentur dicẽtes, ꝙ in hoc est differẽtia: an duo, vel vnus procedit: quia qñ vnus solus procedit, potest excipi, ꝙ nõ procedat, etiã si vnus, vel ambo detineãtur legitimo impedimẽto: quod nõ est, quando duo procedunt. ¶ Subdit Inno. ꝙ alij cõtrarium dicunt. s. ꝙ nõ valet processus corã vno habitus, nisi ex certa sciẽtia partes prorogauerint iurisdictionẽ ipsius: quia singuli sint iudices, & singuli habeãt iurisdictionem, nõ tamẽ singuli habẽt sup has personas, sed solũ tres, vel duo, qñ est ibi clausula: nisi detur eis de cõsensu partiũ tacito, vel expresso, non ignorantiũ ius, vel factũ ¶ Itẽ ille solus in illo casu tantũ habet exercitiũ iurisdictionis. ¶ Inno. nõ eligit partẽ, sed puto, ꝙ secũda opinio sibi placeret: quia satis elicitur dictis ipsius. Nam quo ad vnũ solum perinde est, ac si dicta clausula nõ esset opposita: & tamẽ si nũ esset apposita, nõ valeret processus in aliquo casu. vt. c. causam. & . l. duo. proximè allegatis. Et ita videtur sentire Inno. in solutiõe. vj. oppositione suprà proxi. Imo ex eius dictis satis cõuincitur, ꝙ nec prorogationi locus esse põt: quia aut prorogaretur iurisdictio. Et hoc non: quia illã habet vnus in totũ, & tamẽ prorogatur secundũ eũ. ¶ Aut prorogaretur vsus iurisdictionis. Et hoc, quia in nullo casu, vni soli cõpetit ille vsus, secũdũ eũ. & probatur. s. proxi. per. c. causam. Et tamen prorogatio requirit præexistẽtiã in eo, in quo fit prorogatio rei quæ prorogatur: vt patet ex his quæ legũtur & notantur in dicta. l. si se subijciant. Et ista placent Hosti. & Nouellæ, licet prædictas deductiones nõ ponat. ¶ Dicunt etiã Hosti & Nouella, ꝙ principalis cõclusio Inno. quã dixi. s. mirabilẽ non est vera. ¶ Dicunt enim ꝙ apposita etiã clausula, de qua hic, nullo modo valet processus, etiã per duos habitus: nisi tertius fuerit excusatus vel aliàs de impotentia ipsius constat canonicè vt. s. in prin. decre. versu. In hoc aũt casu. ¶ Vnde & si procedunt, irritus est processus, qui habitus est contra formã legis animatæ idest Principis, & cõtra intentionẽ suã: vt patet. ĩ. eo. versu illa quippe. & præcedẽti ¶ Multò fortius igitur est irritus processus quã si cõtra legẽ scriptã procederet. vt patet. s. de rescript. cũ dilecta. in fi. ¶ Aliud qñ in fauorẽ partiũ, qa huic renũciari põt. Verũ ipsi dicũt, ꝙ hæc forma nõ omnino in fauorẽ partium apponitur, quæ plerũq; ꝓpter pluralitatem iudicum impediũtur & vexantur laboribus & expẽsis, sed potius hoc in fauorem rei publicæ prouidetur, & ad roborationem iudicij stabilitur. ¶ Vnde nec trãsgrediendum est vllo modo, sicut expressè legitur & notatur in dicto versu illa quippe. ¶ Et sic conditio illius clausulæ, ꝙ si nõ omnis &c. etiam iurisdictionẽ afficit in hoc casu: ita, ꝙ processus duorũ nullo modo valet, nisi ipsa existẽte vt dicta. l. celere dñe. Secus tamẽ esset secũdum eos, si cõditio in fauorẽ tantũ adijceretur: vt puta mandatũ est iudici, ꝙ si talis probauit talẽ rem sibi deberi, eam adiudicet. Hæc enim conditio iurisdictionẽ non afficit, sed ius litigatoriũ tantũ respicit. vnde & si ipsa nõ existente fiat adiudicatio tenebit sententia, tanquã cõtra ius litigatoris nisi fuerit appellatũ: vt dicto. §. diffini. ¶ Io. verò de Lignano ponit vnã distinctionẽ, quæ colligit ex dictis Inno. qa aut conditio apponitur iurisd. dationi: & tũc sit vera opinio Hosti. ¶ Aut exercitio. Et tũc aut clausula conditionis cõcernit tũ fauorẽ litigantiũ: vt est illa, quæ sibi probauerit rẽ esse suã: vel sibi deberi adiudicet & tũc, quia illi põt renũciari p partes, procedit dictũ Inno. ¶ Aut non concernit principaliter fauorẽ partiũ: vt est illa, si deliquerit, puniantur vel si est doctor, beneficium, sibi conferat. Et tunc, quia illi renunciari non potest per partẽ, habet locũ dictum Hosti. ¶ Sed quid ad propo-

ad propositum? Restat enim ahuc videre de clausula. de qua agitur an sit adiecta iurisdictioni, vel exercitio, & an partiũ, vel publicũ fauorem cõcernat. ¶ De primo Ioã. de ligna cũ Inno. concordare videt, q̄ nõ adijcitur iurisdictiõi, sed exercitio. ¶ De secũdo cũ Host. discordat, & dicit q̄ in fauorem partium principaliter est opposita: & sc̃dm Hosti. in fauoré publicũ. Et inducit simile. ff. sol. matr. l. j. Et ideò dicit, q̄ per partes renuntiari potest.

¶ Ego verò credo opi. Hosti. veriorem per ea, quæ notãtur ꝫ. eo. cũ plures. lib. vj. in glo. vlti. Io. & per fundamenta contraria fundamentis Inno.

¶ PRIMO recipiamus fundamentum principale ipsius: quod est istud. Quia clausula non est opposita iurisdictiõi, sed exercitio. & ideò duo iurisdictioné habent, &c. Do eñ tibi cõtrarium fundamentũ, quod ita reddit nullum, quod agitur defectus vsus, vel exercitum, seu ligamen iurisdictionis respectu illius vsus vel exercitij, sicut effectus ipsius iurisdictionis. Et patet in eo cuius iurisdictio est suspensa per appellationem. ꝫ. de sent. excõ. per tuas. & c. licet. lib. vj. & eo. titu. c. pastoralis. § verum. in fin. Vel per inhibitionem: vt. ꝫ. de dolo. & cõtu. in fi. cũ ibi notatis per Inn. sicut videmus in quolibet presbytero nõ habente territoriũ, neq; plebem: qa quilibet talis habet potestaté clauiũ: sed ligatã respectu vsus & exercitij, propter defectum plebis & territorij: & tamé nõ valet, quod facit etiam in cõsentientes: vt. ꝫ. de pœ. & remiss. si Episcopus. § nulla quoq;. lib. vj. Sic videmus in minore & prodigo. quorũ potestas ligata per dationem curatorũ. Et ideò nõ valet ipso iure, q̄d agũt ff. de de verb. obli. is cui bonis. &. C. de in integr. restit. si curatorem. ¶ Sic videmus, q̄ si ius præsentandi sit penes verum patrimoniũ, & possessio illius iuris bona fide, penes aliũ, nõ tenet præsentatio facta à vero patrono ꝑpter defectũ exercitij: vt patet ex lectis & notatis Inn. ꝫ. de iure patro. cũ ecclesia. & . s. de elect. cũ ecclesia. Modò cõstat, q̄ causa simul pluribꝰ deleg. soli, omnes simul habent exercitiũ iurisdictionis. Et si singuli iurisdi. habeãt, ligata est adeò, q̄ quicquid faciunt separatim, etiã in nõ cõtradicentes, nullũ est ipso iure, vt. s. eo. cãm matrimonij. cũ cõcordãtijs. Et si clausula de qua hîc agitur apponaẽ licet aperiat iurisdictioné, tollat impedimétum ligaminis, & tribuat iurisdictioné: hoc tamé totũ facit clausula, sub cõditione existentis impediméti tertij. Igitur pendente cõditione, adhuc nec iurisdictio aperta est, neq; ligamen eius dissolutum: neq; exercitium datum: vt. d. l. cedere dié. &. ff. de cõdi. instu. l. ij, qui & de cõdi. & demõ. l. legata. & insti. de verb. obli. § ex cõditionali. Ita q̄ videẽ de hac. q. casus in. d. c. cãm. inducendo per modum. s. proxi. Facit pro prædicta rõne: quia vbi eadé ratio, ibi idé ius. s. de transac. c. ij. ¶ Sed eadé ratio est indefectu iurisdictionis & exercitij per pdicta: & tñ fateñ hoc cũ cõditio adijcitur iurisdictio. igitur id fateri debẽt cũ adijciẽ exercitio. Nec obst. quod dicunt maiorem esse defectũ iuris. quã solius exercitij. ¶ Cum defectus solius exercitij sit sufficiens causa nullitatis, etiam de processu, quod ageret in volétes, vel non cõtradicentes: vt. d. c. causam. ¶ Aut enim te fundas in efficacia iurisdictionis exercitio carentis: & hoc nõ potest dicere, propter prædictã rationem, & prædictũ cap. cãm & dicta. l. duo ex tribus. Aut te fundas in efficacia cõditiõis in clausula adiectæ: & hoc nõ potes: quia cõditio ante suam existétiã nullã efficaciã habet. vt. l. ei qui. l. qui hæredi. l. legata. l. cedere. & § ex cõditionali alleg. deinde subsequitur. ꝫ.

¶ SECVNDO recipio fundamẽtum Inn. Dicit enim q̄ aliud in extraiudicialibus, aliud in iudicialib. & q̄d nisi aliud esset in iudicialibꝰ absurditas sequereẽ: vt pote, si mãdaẽ rem adiudicari actori si ꝓbauerit &c. Et miror verè de tali fundaméto, & porrò cõtrariũ fundamentũ videlicet, q̄ cõditio apposita in rescripto iudiciali per cõmittenté, adeò rescriptum informat q̄ q̄cquid et cõtra cõditioné & eius formã nullum est ipso iure. Et de hoc reputo casus expressos. ꝫ. eo. venerabili. de resti. spol. Pisanus. de elect. ꝓuida. & c. quãuis. lib. vj. & de rescrip. cũ dilecta. Nec video rationé diuersitatis, quãtũ ad hoc inter mãdata extraiudicialia in quibus dicta regula indubitanter vẽdicat sibi locũ: vt. ꝫ. de pręb. cui de nõ. li. vj. & cle. cũ ei, qui. in prin. & de rescrip. c. susceptũ. cũ si. Et iudicialia, quæ nõ minoré requirũt examinationé: vt. c. iudicanté. Sed vt pateat rñsio ad absurditaté Inno. Tu distingue: qa duplex est, ꝓpria informãs, videlicet & suspẽdẽs. Alia est impropria non informãs, nec suspendẽs, sed solũ amouẽs. de prima loq̄mur, & loquunẽ iura proxi. alleg. De sc̃da loquiẽ absurditas Inno. & lex muto. § sub cõditione. versu, hãc aũt. ff. de tutelis propriè auté debet sumi verbũ in dubio: vt. ff. si ager vectig. vel emphiteo. pe. l. j. in fi. cũ. l. sequen. & vt intelligas tunc est cõditio impropria & admonitoria solũ. Quãdoq; fit de eo. q̄ per prius tacitè subintelligebaẽ, & eo modo quo subintelligebatur, vt probat § sub cõditione allegatus. &. ff. de cõd. & demõ. l. cõditiões. quę extrisecus. Et faciũt optimè notata in glo. Io. c. ij. lib. vj. in glo. pen. & de spõ. c. vno. in gl. vlt. e. lib. modo ad propositum in illa forma, adiudices rem actori, si eam ꝓbauerit esse suã: subintelligebaẽ nec alio mõ exprimiẽ q̄ subintelligebatur sicut in tutoris datione illa cõditio, si satisdederit. Et ideò nõ facit cõditioné ꝓpriã admonitioné tñ vt § sub cõdi. alle. Sed de clausula, de qua hîc agitur, cõditio nõ subintelligebatur: vt patet in. d. c. cãm. Nec obst. c. cordi. quia iudex ibi procedens in negotio principali de consensu partium, articulo appellationis omisso, est Papa: cuius iurisdictio ligari vel impediri, seu ipse eius exercitio carere nõ potest. Vnde, vt ibi latius prosequar, secus esset in alio iudice appellationis: puta in archiẽpo, qui nõ est iudex in principali nisi ex euentu articuli appellationis videbitis etiã. ꝫ. de appe. vt debitus. Nec q̄d dicit de processu habito corã excõicato iudice: imò facit pro. Nam si publicè est excõicatus: quia caret exercitio propter suspensioné iuris, nõ valet processus ipsius secundũ Inn. etiam in volẽtes in. d. c. ad probadũ. Et si est occultus, valet: quia etiã talis habet exercitiũ. ar. eiusdé. c. ad probandũ à cõtrario. &. viij. q. iiij. c. oñne. nisi excipiatur, vt Inno. dicit. Verum de exceptione ꝓcurato. In milite & alijs similibus casibus, nõ est quęstio, quia sola appellatio à tali exceptionis repulsiõe debito modo exercitiũ iurisdictionis tollit in casibus illis. & hoc de secundo notabil.

¶ TERTIO recipio tertium fundamentũ, q̄d habet clausulam de qua agiẽ, appositam esse in fauorem partium, & illi renũtiari posse per partes. Et pono contrariũ fundamentũ videlicet, q̄ dicta clausula per delegaté censeẽ apposita in fauorem publicũ: videlicet ipsius delegationis, & ipsius delegãtis: vt per eum cõmissum negotiũ sue iurisdictionis magis expeditè procedat sc̃dm Hosti. Et censetur quidem cõditio apposita per dñm in re propria: q̄d licet: vt. ff. de pac. l. in traditionibus. Et obs. forma mandati studiosè apposita cui partes renuntiare possunt: vt. d. c. cũ dilecta. vt patet in. d. c. si cui de non. ꝫ. de præbẽ. lib. vj. Tangã fortè latius in. e. cum plures. & hoc de tertio notab.

¶ QVARTO mouet quęstioné: quã disputat Nouel. io regula mutare. lib. vj. in Mercurial. an duo tertiũ, qui noluit venire posteà pœnitẽté teneneanẽ admittere. & remittit ad notata Card. de rescrip. si pro eo. ad collecta sua. de cõdi. appositus. verũ. in e. ¶ Mouet etiã, an delegatus cũ tali clausula, subdelegare possit: de quo per archidi. & Card. eo. tit. si cõ ira. ¶ Mouet etiam q̄õné Nouel. in regu. eũ q. certus de qua dixi. s. Sed quasi nihil addit in effectu: nisi quod. s. de eo recitaui. ¶ Hen. verò. intrãs materiã arbitrorũ in fi. distinctionis, tangit materiã. c. fi. ꝫ. de arbi. lib. vj. De qua ibi dicã, & q̄õnes Nouel. in regu. ratũ. Et aliqua de prædictis ponit in modũ distinctionũ. quę. s. latius in modũ disputationũ extitit ꝓsequutus. vide quę dicã. ꝫ. c. seq. in. j. q. ¶ Item qualiter delegatus cum dicta clausula cõmittere pót, q̄d hîc notat Coll. ¶ Tangunt Archi & Card. ꝫ. eo. si cõtra. lib. vj. ibi dicã de hoc, & de quibusdã alijs tactis hîc per Collectarium.

¶ Supple gloss. In glo. *& hoc absq;.* ibi, *periculo graui.* ꝫ. de do. ad Apostolicæ. versu, vnde cum graue. cum cõcordã. Alias vix cessat excusatio, cũ vix reperiatur aliquis, qui non sit cur-

ca singularia negotia aliqua otulũ occupatas. Hosti. ¶ In gl. postquã. ibi: *constiterit*. Idem Host. & Abb. In gl. *imo puniẽdus* in fi. Hosti. remittit ad summã. eo. tit. § q̃ sit eius officiũ. ver. su, sed p̃ quẽ arguere. vbi videas, alternatiuè tñ ibi dicit per ordinariũ suũ, rõne prelati illũ posse argui & puniri. Remittit Nouella ad notata sua de rescri. c. super vlti. glo.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Processus virtute literarum ab excommunicato obtentarum, an valeat? nu. 10.*

2 *Exceptio dilatoria si est proposita, an processum principalis negotij suspendat?*

3 *Ord⁹ in probation. super except. dilato. recipiendus quisnã seruãdus?*

4 *Absolutionem iuxta ecclesiæ formam impensam valere. Et quid si contra iuris formam? nu. seq.*

6 *Delegatis quatenus se iurisdict. siue in accessorijs, siue in principali negotio se extendat? nu. 7. & 8. Et quod stricti iuris sit. nu. 11.*

9 *Causæ deuoluendæ mirabilis modus.*

12 *Delegatus confitentem actorem se excõicatum esse etiam parte id obijciente, nisi absoluere debeat? Et quid iudex ipse opponat. & quid si processum vsq; ad sententiam, fuerit actum ad reuocationem totius opponatur? ibidem.*

13 *Processus prætextu excõicationis, qualiter reuocari possit?*

14 *Rescriptum ab excõicato impetratum qualiter nullum reddatur?*

15 *Excõicatus, quod possit super appellatione à se interiecta. qualiter intelligendum. & quid de commissione impetrata per eundem.*

16 *Excõicatus si literas impetrarit, quibus vtilitatis aduersario aliquid inferri potest, an impetrante inuito illis possit aduersarius vti & quid si de cõi partium consensu impetrata sint? nu. seq.*

18 *Excommunicationem actori reus semper opponere potest.*

19 *Præscriptio an aduersus actorem currat, quo tempore ab reo ipsi excommunicato obijcitur. & an interim ipsi reo præiudicetur? numero sequenti.*

21 *Testes intra terminum producens, si post terminum dicat se huiusmodi probationes casu amisisse: an rursus admittendus sit ad amissionem, vel exceptionem probandum?*

22 *Probationes de actis esse.*

23 *Absolutio de qua hic, an in appellationis causa locum habeat?*

24 *Denuntiationem probare, vt quis excõicatus dicatur notorius, an sufficiat? Et quid de fama, aut infamia, an satis probare illas sit: vt quis excõicatus habeatur? nu. 25.*

26 *Delegatus abs qua excõicatione absoluere possit? Et quid de hæretico occulto? Item quid de excõicato nõ ipso iure, sed alio modo vt hic? numer. 27.*

28 *Legatus, an possit excommunicatum per Apostolicum delegatum absoluere? Et quid de delegatis inferiorum? nu. 29.*

30 *Delegatus Archiepiscopi secundum formam de qua hic, quos absoluere queat? & quid de delegato ordinarij inferioris à Papa? nu. 31. Item an delegatus possit excommunicatum à suo delegante absoluere? Et quid si delegatus functus officio, aut delegationis tempus lapsum sit, quis absoluet. nu. 32.*

33 *Delegatus habens de excommunicationis causa inquirere, an debeat aliquos vocare, & quos? & qualiter tum procedet huiusmodi delegatus? nu. 34.*

35 *Absoluendi potestatem, qua parte dat. § hic, Sexta. an Apostolicis quoq; delegatis gratiam specialem det?*

Sexta. ¶ Expone literam. *Obijcit.* f. de excõmunicatione actoris. ¶ *Offendiculo.* i. impedimẽto ¶ *Ex confessione.* facta ad interrogationem aduersarij. Et idem si timens de conscientia sua spõte cõfiteretur: alias ex officio iudicis repelleretur, secundũ Inn. *Excõicationis.* f. maioris: quia minor nõ sufficeret ad exceptionẽ. j. de excep. à nobis. Et intellige de superuenienti. impetratore literarum: quia precedens nõ sufficeret. s. de ęta. c. cũ bonę. j. de probat. c. possessionẽ. C. de preci. impe. offerendis vniuersis. Inn. *non velit.* non dicit, nolit. q̃d denotat expressum cõtemptũ: sed nõ velit, donotat simplicẽ presentis tẽporis negationẽ: quasi velit, sed nõ modo, sed'm Vinc. De hoc etiã de dolo, finem. *Iustam.* idẽ si iniustã sed'm AEgi. *Debet.* non dicit decet. Hosti. *Formã.* j. de verbo. sign. ex parte Inn. ¶ Caue tñ, quia excõicatũ pro re iudicata non absoluet, nisi satisfactione præmissa. j. de verb. sig. ex parte. Collect. Absoluit nisi in casu. j. de sent. excõ. nuper. *Excõicatis.* siue nominatim, siue sub generali clausula, siue etiam sine clausula: ita q̃ participãtes etiã sint excõicati. *Ritu.* i. iuxta formam ecclesiæ absoluant. Inn. *Libere.* i. nõ obstañ. excõicatoris cõtradictione. *Reseruatur.* j. de sen. exc. significauit. cõquesti. & c. nuper tua. Inn. *Explorari.* i. discutiendo declarari. Hosti. i. enucleati, manifesti & clari. Abbas. *Principale.* i. principalis causa. s. eo. quæsitum. & c. præterea. ff. de iurisdict. om. iudi. l. iij. *Accessoriũ.* i. absolutio. Inn. sine qua principalis causa nõ procedit: vt in gl. *Ab ijs.* f. delegatis. Inn. in defectũ excõicatorũ: vt præmisit. *Absoluunt.* actor istius cãæ: licet forte in alia fuerit reus. *distulerunt.* j. terminũ, ad hoc assignatũ. *Delegati.* principalis causæ, qui absoluerunt.

1 ¶ †PRIMO not. ibi q̃ ab excõicato impetrante, & processus habitus per easdẽ, valent: nisi per exceptionẽ processus elisus fuerit: vt hic. aut per inhibitionem iudicis impeditus. j. de except. c. fin.

2 ¶ †SECVNDO nota, q̃ si exceptio delatoria est pposita, suspẽditur processus negocij principalis, & statim cognoscitur de eadẽ: quodq́; accipiens, nisi statim vel in termino assignato probauerit, repellit, ita q̃ per perẽptorium ipm excludit. Sic. j. de resti. in integ. coram. & de excep. pastoralis.

3 ¶ †TERTIO not. in ver. *cæterũ.* q̃ in probationib⁹ sup exceptione dilatoria recipiẽdis, seruãdus est vous legitimus ordo. Et ita per consequẽs litis contesta. præmitẽda: vt hic non cõtesta. per totum.

4 ¶ †QVARTO not. q̃ nõ valet absolutio, nisi sc. sm formam ecclesiæ sit impẽsa. De quo. j. de sen. exc. cũ desyderas. & c. venerabilibus. § vbi aũt. lib. vj.

5 ¶ †QVINTO not. econtrario, q̃ absolutio impẽsa per iudicẽ delegatũ cõtra formã iuris valet. Dicit eñ prio text. simpliciter, q̃ absoluere põt, licet statim subdat, q̃ debet ad excõicationem. remittere. Et sic de. v. notabi.

6 ¶ SEXTO not. q̃ licet delegatus habeat iurisdictionẽ in accessorijs, sine quibus, nullo modò põt procedere, nõ tamẽ in ijs, per quæ magis expeditè procedere posset: quia si excõmunicator vult absoluere sibi remittit. Allegat ad hoc Inn. s. de elect. venerabilem. Et tamẽ magis expeditũ esset negotium. si absolueret per se ipsum.

¶ SEPTI. not q̃ nõ refert an patẽter q̃s recuset facere an differat p̃ malitiã: q̃a vtroq; casu ptãs deuoluit ad delegatũ.

¶ OCTAVO not. q̃ nedum in voluntarijs. Imo in necessarijs reseruata, à generali regula censentur excepta. de peni. c. ij. lib. vj. Et hoc facit. q̃ auditor Papæ nõ prouideat de beneficio, quod declarauit, si sit Papæ dispositioni reseruatum ar. de elect. si tempore. lib. vj. Cuius contrariũ palatiũ tenet. Dicam in Cle. auditor. de rescrip. ¶ Item facit, q̃ vicarius epi nõ possit instituere presentatũ: nec amici per Epm renũtiationibus ex causa permutionis cõferre beneficia renũtiata cũ permutantibus. De primo dicam in. c. j. j. de restitu. lib. vj. & de secundo. in. c. licet. de rerũ permu. eo. lib.

7 ¶ †NONO not. q̃ explorati iuris est delegatũ causæ principalis in accessorijs iurisdictionem habere.

¶ DECIMO not. formã iuramenti, quam prestare debet absoluendus: quia debet iurare q̃ stabit mãdatis ecclesię. Sic. j. de ap. ad hæc. ij. Alibi dicit iurandũ, q̃ parebit iuri. de ver. sig. ex parte. j. in fi. Gof. Sed eadem est mens, & semper intelligitur de mandatis licitis & honestis, secundũ, Hosti. qui remittit de offi. Arch. c. fi. Et idem notat. j. quod met. cau. c. j. in. iiij. glo. & de sent. excom. ex tenore.

¶ VNDECIMO not. q̃ licet delegatus causæ principalis habeat iurisdictionẽ in accessorio, non tamen habet maiorem. quàm requirat ipsa accessio, seu ipsius principalis negotio. Et ideò licet absoluat cautione de parẽdo iuri super causa excõicationis, illud tamen ius reddere nequit.

¶ Duodecimo,

¶ DVODECIMO not. ꝙ potestas delegati taliter est restringẽda. ꝙ nõ absorbeat ordinariã potestatẽ. s. e. sup eo.

9 ¶ †DECIMOTERTIO not. mirabilẽ modum de uolutionis, ꝙ quia propter malitiosam dilationẽ excõicato ris, deuoluitur potestas cognoscendi de causa excõicationis adlegatũ causæ alterius. de quo. j. dicam.

¶ VLTIMO nota, quòd qui in vno grauatur, in alio releuatur. Ista enim est causa secũdũ Collect. quare dicit̃ hęc causa istius tertij accessoria in hoc casu, secundũ opiñ. Inn. & Hosti. de qua dicã. j. in vlti. oppositione.

10 ¶ †Opponitur cõtra primum notabile: quia videt̃ ꝙ literæ impetratę ꝑper excõicatum cũ processu habito per eas, nullę sint ipso iure. arg. s. de rescri. dilectus. de æta. & qual. cũ bonæ. j. de ap. pastoralis. De hoc vide in gl. Ber. quæ incipit & in causa. Inn. & Ber. variãt, & maximè Ber. propter ootata in. c. pia. & finaliter videt̃ Inn. in opinione ꝙ literę & proces sus valent nisi exceptio vel inhibitio impediuerit. Hodie tamen expeditũ est hoc, per. c. ipso iure. j. de rescrip. lib. vj. De quo tñ Henr. ponit hîc vnã longã dist. quã omitto: quia dicã in proprio loco, remittens de his ad dicenda in. d. c. ipo iure.

¶ Caue ne dixeris istũ. § correctũ: quia saluat̃ in casu in quo rescripti impetratio excõicationẽ pręcessisset. & sic etiam intelligit Ber. istũ. §. ¶ Quęrebat hîc Gos. an valebant literæ inquisitionis impetratæ ab excõicato. de quo videas in. d. c. ipso iure in glo. antepe. aliâs in glo. quã si. Io. in fine.

¶ SECVNDO cõtra tertiũ notabi. opponit̃: quia videt̃ ꝙ super exceptionibus, super quibus versatur solũ iudicis officiũ incidẽter, nõ sit libellus necessarius nec etiã cõtestatio litis: vt. j. de offi. iudi. c. ij. ¶ Soluere potes, sicut Ber. in glos. ex hoc loco. Et idẽ notat Inn. j. qui filij sunt legi. c. lator.

¶ Dicit Host. ꝙ si proponit̃ exceptio ante litẽ contest. necessaria videt̃ litis cõtest. cũ aliâs regulariter nõ valeãt testes produci: vt. c. qui. vt lit. nõ cõte. Nisi forsam casus occurreret, in quo sequi posset prolixitas: nisi testes reciperent̃, lite nõ contest. j. de app. interposita. Et idẽ Lau. j. de app. c. fi. in Cle.

¶ Sed si ꝓponat̃ post lit. cõte. stat cũ Ber. ꝙ nõ sit tũc necessaria litis cõtesta. quia aliâs tot essent litis cõtestationes quot exceptiones ꝓpositæ: quia etiã litis cõtestatio facta in negotio principali, est sufficiẽs fundamentũ, quo ad oĩa sequentia. s. de elect. dudũ. ij. § tandem. j. de lit. cõtest. c. vno. Iudex tñ ex officio exceptioni propositę faceret responderi: vt. ff. de interroga. acti. l. vbicũq;. Et sic dicit iotelligenda notata per eum in summa. do. excep. § ij. sub. § hoc de dilatorijs. ver. quid si qs impetrauit. & ver. seq. ¶ Quę oppositio videt̃ Inn. securior in. d. c. lator. ¶ Dicit tñ Henr. ꝙ opinionẽ Ber. & Inn. credit posse substineri de iure: Tum quia in qualibet causa sufficit vna cõtestatio, vt iuribus allegatis. Tũ quia nullo iure cauet̃ ꝙ processus oõ teneat in his exceptionib⁹ dilatorijs & emergentibus cõtestatione omissa. Et qđ nõ est sanctorũ patrum &c. ij. q. v. cõsuluisti. s. de trãsla. c. ij. § sed neq; in fi. Tũ quia lites sunt abbreuiandę, quantũ fieri põt cõmode. j. de dolo, fine Fa. notata. in. d. versu, quid si quis impetrauerit. Et hoc est de iure verũ: q̃a iudicis officiũ etiã ante litis cõtesta. negotij principalis incidenter tñ intentatũ litis cõtestationẽ nõ requirit: vt. c. ij. § j. de offi. iud. alleg. ¶ Modò exceptiones declinatorię nõ cõpetũt iure actionis, sed per officiũ iudicis, & incidenter, licet cõiter ante litẽ cõtesta. expediant̃. ¶ Igitur litis cõtestationẽ nõ requirunt, per quam decretalẽ sedam clarè apparet ꝙ totus titu. ille. vt lit. nõ cõte. intelligitur de ijs quę iure actionis, seu per officiũ iudicis principaliter intentatum & etiam modum negotij principalis agitantur Et hoc absq; scrupulo teneas. & ita vbiq; seruatur.

¶ TERTIO cõtra sextũ notabile exponit̃, & videt̃, ꝙ delegatus non teneatur partẽ corã eo litigantem ab ordinario excõicatã ad ordinarium pro absolutione, seu pro causæ cognitione, pro qua excõicatus est remittere. imò, ipse de illa cognoscere debeat, & posit: vt. s. de rescrip. ab excõicato.

¶ Sol. dic. ꝑ Inn. ꝙ hæc decret. loquitur quãdo super excõicatione nõ sunt principaliter literæ impetratæ: sed super ipsa procedit delegatus: vt super accessorio. Vnde licet habeat potestatem absoluẽdi, nõ tamẽ examinãdi: sed vbi super absolutione litera principaliter impetratur: tũc delegatus pãtem habet nõ solũ absoluẽdi, sed etiã causam audiendi & diffiniendi. Et sic loquit̃ decr. ab excõicato. secundũ Inn. Sed contra. j. proxi. § dic, vt ibi notatur.

¶ QVARTO opponitur & videt̃, ꝙ etiã pro absolutione ad excõicatorẽ remittẽdus non sit iste excõicatus: vt ij. q. vj. si eps accusatus &. § vlti. ¶ Sol. cõtrariũ loquit̃ in casu, in quo excõicatus ab excõicatore appellasset: q̃a tũc ad eũ remittẽdus nõ esset, vt in cõtrarijs. &. c. de app. l. eos qui. Et idem si exceptionẽ recusationis vel aliã legitimã habeat contra eũ: vt. j. eo. insinuãte. Aliâs ad eũ remittẽdus est: vt hîc, secundùm Innoc.

QVINTO oppotitur de. c. ad hęc. j. de app. ¶ Sol. qđ dicitur in. § si verò. j. eo. ibi: *& eos seruare mandatũ*. &c. intelligitur de mandato iusto, alioquin appellare posset: vt in cootrario: hoc tñ non pertinet ad delegatũ: cũ pręter hoc possit suam iurisdictionẽ cũ absolutus fuerit exercere secundũ Inn.

¶ SEXTO opponitur ibi: *nisi specialiter fuerit illud negotiũ alij à sede Apostolica delegatũ*. quia hoc fieri nõ debet: vt. ff. de iudi. l. vbi cœptũ. Sol. Inn. fatetur cõtrariũ, & dicit, ꝙ hoc nõ debet fieri sine speciali cã, vel gratia. Nam ex quo citatus est corã iudice, corã eo vsq; ad fi. citari debet: nisi appellet̃, vt. j. de appel. vt debitus. Vel nisi esset causa exõicationis puta: q̃a aliquis prælatus eũ pro suo iure excõicaret. & tũ excõicatores nõ de causa cognoscẽt, sed absoluẽt. Imò vnus illorũ, cui cõmissa est cãæ cognitio, nisi & ipsi epi excõicatores absolutionẽ malitiosè differãt. & tũc authoritate huius canonis possent absoluere, sicut hîc sequit̃. Inn.

11 ¶ †SEPTIMO opponit̃ cõtra vltimũ notab. de. c. P. & G. j. eo. vbi legit̃ & notatur, ꝙ iurisdictio delegata strictũ iuris est, & de persona in personã nõ extẽdit̃. Et tñ hîc innuit contrariũ. Si delegatus inter duas partes actricẽ, ab excõicatione tertia absoluẽs: de excõicationis causa in casu cognoscit. Vide solutionẽ Ber. in glo. vlti. Cui cõcordat Inn. videlicet, ꝙ intelligit̃ de cã excõicatiõis latę ad instatiã alterius partis. Dicit tñ Inn. q̃ alij dixerũt, ꝙ si lata fuit ad istãtiã extranei & iste extraneus, & is, qui modo agit hoc petit̃. s. ꝙ procedatur in cã principali, pro qua aduersarius eius modò fuit absolutus, qui erat nõ ab ijs, sed ab alijs iudicibus excõicat⁹, ꝙ ipse iudex qui absoluit actorẽ, etiã de alia causa, pro qua fuit primò excõicatus cognoscet. Et hoc ea rõne: q̃a si excõicator in fauorẽ aduersarij istius qui post excõicauerat, velit procedere. Nec mirũ, si hoc faciat in fauorẽ ipsius cuius iurisdictio sibi cõmissa nõ est cũ in eius damnũ absoluerit aduersarium.

¶ Vel dic secundũ Inn. ꝙ hîc dicit delegatos illos debere ꝓcedere, q̃bus cõmissa delegata erat cã: quę vertebat̃ inter excõicatũ & aduersariũ corã excõicatore à quo fuit appellatũ, & noo loquit̃ de illis, de quibus loquit̃ ista decre Et secundũ hoc dic principale causam ipsam, & accessoriã cãm excõicatiõis.

¶ Inn. Tacr. Vinc. & Phil. placet opinio Ber. Ratio eorũ est quia delegatus nõ habet iurisdictionẽ in illis sine quibus põt sua iurisdictio principalis expediri. Sed Host. Pe. & Abb. tenẽt opi. cõtrariã, & intelligũt tex. indistinctè, q̃bus cõcordat Goffr. Quid enim si dicat tertius? Dñi delegati, vos absoluistis talẽ: ordinarius dedignatus, non vult plus se intromittere de causa recipiatis ergo probationes meas quas habeo nũc parcatis: ne me sic cõtingat eludi: certè audiri debet secundũ eos & est ratio secundũ Host. q̃a spũalia in tantũ sunt fortia digna, ꝙ q̃ñcũq; sint tpalibus accessoria, tñ trahũt ad se ipa tpalia q principalia videbant̃. All. j. de iudi. nouit. § postre. de or. co. tuã. Et quę notant̃, q filij sunt legiti. per venerabilẽ. § rõnibus. ¶ Dicebat etiã Gof. ꝙ cãæ excõicationis & absolutionis sunt cohærentia. vnde absolutione facta statim debet de illa causa cognosci. Imò & quãdoq; prius cognoscit̃. vt. j. eo. cũ cõtingat. Venit ergo de sui natura in cognitionem delegati nõ in modũ accessorij ad principale cõmissum: sed in modũ coherentis ipsi accessorio, sine quo principale cõmissum nõ

poterat expediri. Nec fit hîc prorogatio per consensum priuatorum sed authoritate iuris. Et sic nõ obstat. ĩ .e .P.&.G. secundũ Hosti. scdm quem actor nõ posset recusare iudices, qui ipsum absoluerũt: tum quia ipsos impetrauit. Tum qa ab ipsis absolutionem petijt. s̃ .eo. gratum. Sed dicit Nouel. ꝙ prĩa ratio nõ multũ valet, licet eos impetrauerim in causa Titij: nõ sequitur, quin possim eos recusare in causa Sẽpronij, cuius essent consanguinei. ¶ Putat aũt nouella opinionẽ Hosti. & sequaciũ verã, inquãtum causa illius Titij cõtingit sati. factionis articulũ, ad quã excõicatus tenetur. Et est absolutioni cohærens: vt prædixi. Extra autem illum articulum de cã illius tertij: nõ se intromittet. & tunc sit vera opi. gl. & sequaciũ. Dicit Henr. ꝙ hęc distinctio est probabilis. & ego puto, ꝙ sit vera, per text. istum, qui loquitur indistinctè. Fac. optimè iudicio meo, quia text. proxi. pręcedens, ad quẽ iste referẽ, loquitur etiam de excõicatione lata ad instãtiã tertij, & non rei: vt ĩ. dicã. igitur intelligi debet secundũ eum. ¶ Puto etiã restrinctionem Nouel. rõnabilem per. c. super. eo. s̃ .eo. Aliã opi. recipe ex his, quæ dicã super antepe. gl. & alias tres oppositiones ex his quæ dicã super glo. vlti. Et sic habebis vndecim oppositiones.

12 ¶ † PRIMO quæro, ibi: *reus actori obijcit.* quid si nõ obijcit reus, sed ipse actor suæ cõscientię timens, petit absolui? ¶ Rñdet Inn. ꝙ & tunc absoluet. delegatus. Imo fortius, qa maiorẽ fauorem debet inuenire spõte cõfessus quã cõuictus xv. q. viij. c. j. Et pro hoc etiam facit ratio posita in decretali. s. quia cui cõmittitur principale, & accessoriũ. ¶ Sed quid si pars non opponat, sed iudex: quod potest. ĩ. de ex. cn. exception. Dicit Inn. ꝙ & tunc absoluet delegans: quia nõ est ratio diuersitatis. s̃. de cõsti. translato. C. de diuersis rescrip. l. si libellum. ff. de legi. l. iij. & . l. non possunt. ¶ Sed quid si postquam iam processum fuit vsq; ad sñiam, tunc primo obijcitur ista exceptio, vt totũ reuocetur, iuxta lecta & nota. in. c. exceptionem. & . eo. tit. c. pia. lib. vj. & . s̃. de rescrip. dilectus filius. Abb. Inno. hîc mouet, & nõ soluit: sed dic, absoluet delegatus si ante sñiam proponatur ad reuocandum processum prius factum, casu quo reuocari potest: quia donec pronuntiet iurisdictionem habet. Et idem adhuc potest reuocare, qđ male fecit. ff. de re iudi. l. quod iussit. ĩ. de app. cũ cessante, & s̃. e. in literis. à cõtrario. Et ideò absoluere potest, vt hîc. Sed si post sententiã, & ad effectũ prædictũ, nõ põt: quia functus officio suo: vt. d. c. in literis. & . ff. de re iudi. l. iudex. Sed quo ad effectum petendi sententiæ executionem. ĩ. annum, satis puto ꝙ possit: quia durat eius iurisdictio quantũ ad hoc. ĩ. eo. quærenti.

13 ¶ † Sed qualiter potest reuocari processus, prætextu excõicationis? Dic, ꝙ excõicatio iudicis, si sit notoria facit processum nullum: vt. ĩ. de re iudi. ad probandum. vbi de hoc plenius per Henr. & Cald. & notatur in. d. c. exceptionem. Et idem dicas de excõicatione impetrantis rescriptum saluis casibus exceptis: vt. d. c. ipso iure. Aliâs aũt regulariter excõicatio actoris, vel rei non reddit processum nullum: nisi contra actorem excõicatum, de excõicatione exceptum fuerit ab exceptiõis repulsione legitimè appellatum. Quod dic, vt legitur & notatur. ĩ. de iudi. intelleximus. & . c. pia. & . c. ipso iure. allegatis. & de except. Apostolica. Et vide Henri. in

14 d. c. intelleximus. & . c. Apostoli. allegatis. ¶ † Sed qualiter redditur nullũ rescriptum ab excõicato impetratũ? & intellige de maiori excõicatione: quia minor nõ obstat processui: nec rescrip. sc̃dm Ber. Inno. Hosti. & Goff. hîc, & moderniores. in. c. ipso iure. per. c. si celebrat. ĩ. de cleri. excõ. ministrãte. ¶ Item intelligunt quidã hîc de excõicato tempore impetrationis & præsentationis. Nam si tempore impetrationis & nõ tẽpore pręsentationis fuisset excõicatus, valerẽt literæ de æquitate. arg. notatorũ. Archid. in simili. xj. q. iij. curo. super j. glo. iij. supplet. quę inci. adde, dicas. versu, sed qđ dices. Sed nõ placet Coll. per. c. ipo iure. de rescri. lib. vj. Quod loquitũ indistinctè: nisi scriberet dignitati. iuxta. c. qm̃. s̃ .eo. quia dignitas. cũ sit corpus inanimatũ, non põt excõicari. ĩ. de sent. excõ. Romana § caueãt. lib. vj. Sed si tm̃ nomẽ propriũ esset expressum, esset ac si scriberet solũ personę, scdm eũ: vt. d. c. quoniã. & de ꝓcur. cõsulti. & cle. si gratiosè. de rescrip. & ꝙ not. Card. de rescrip. statutũ. super verb. soluno. Remittit ad collectã sua de rescrip. ab excommunicato.

¶ Item intellige hoc, si solus impetrat: quia si cũ alio dicam in seq. q. ¶ Itẽ intelligo hoc exceptis casibus duobus in. d. c. ipso iure de app. & excõicatione ipsius impetrantis. Et his saluis dic regulariter rescriptũ nullũ, & quicqd inde sequutum fuerit: vt. d. c. ipso iure. etiã si impetrãs esset excõicatus occultus secundũ Collec. hic. Inducit de off. vica. Romana. lib. vj. vel suam excõicationẽ ignoraret: vt notant moderniores in c. ipso iure. quicquid notauerint Ber. & Hosti. de cleri. excõ. ministrãte Apostolice de quo dicet in. c. pia. & hoc verum etiam si impetrat super appellatione, vel absolutione aliena: vt notauit Bar. Brix. & Cardi. in. d. c. ipso iure. ¶ Sed Archi. ibi. & Collect. hic tenent cõtrarium, quos ibi sequi videt Nouel. probat Collec. per verbũ, *nisi per sua*. positũ in. c. ipso iure quod restringit pręced. ar. ff. de penu. leg. l. nam quod liquidè. in fi. Collect.

ctę. l. si per errorem. & de inoffi. testa. l. mater. & ita loquitur ista decre. ¶ Aut constat, ꝙ sciebat impedimentum & iurisdictionem sibi cõpetere ex vi clausulæ: nec aliàs constat ex qua potestate voluerit præcisè procedere: & tunc præsumã, ꝙ voluit procedere omni meliori modo, quo poterat, & eligere sibi potestatem, per quã factum suũ valere posset, & nõ aliam, per quã impugnari deberet: vt. ff. de testa. mili. l. si miles. & quod notauit Innocen. in. d. c. cum ex officij. ¶ Et sic potest procedere. l. j. §. j. ff. de eo, qui cum falso tutore nego. gesto. ¶ Aut est dubium, an sciuerit, vel ignorauerit iurisdictionem ex vi clausulæ sibi competere: & tunc, quia forma rescripti consyderata & attento, ꝙ iura requirunt fidem fieri de impedimento, vt sit locus viribus clausulæ. s. c. prudentiam. in prin. versu. in hoc aũt casu. & d. c. sollicitat⁹. pręsumã in dubio ignorantiam: vt. ĩ. de reg. iur. pręsumitur. lib. vj. Et per consequẽs quod voluerit procedere secundũ cõmunem formam rescripti: & non secundũ speciales illius clausulæ vires. & maximè attento procedendi modo, videlicet, qa simul cum illo processit. ¶ Quid ergo in ordinarijs iudicibus est dicendum? ¶ Distinguere potes, quia aut sunt tales, quorum vnus in nullo casu potest procedere sine alio. ¶ Aut sunt tales, qui diuersi & separatim iurisdictionem cum exercitio in solidum habent. ¶ De primis duobus casibus potest exemplificari in pluribus officialibus ab eodem Epo datis sub diuersis formis, & patet in sede Remẽsi. ¶ Tertiũ verò exemplum regulare est, videlicet, ꝙ cũ sunt plures ordinarij, quilibet separatim solus procedere potest: vt legitur & notatur ff. de offi. cõsul. l. vna. ¶ Primus casus est indubius: quia tunc assimilãtur duobus delegatis sine clausula simul datis, in quibus vnius impedimẽtum nocet alteri: vt. c. vno delegatorũ. ĩ. eo. ¶ Secundus casus assimilatur duobus delegatis simul deputatis: cũ clausula, ꝙ si nõ ambo, &c. Et ideò in illis dicere locũ habere istud. c. ex idẽtitate ratiõis. ¶ Tertium verò casum duobus tutoribus æq̃parare possumus: vt valeat processus nõ impediti impedimẽto alterius nõ obstãte. Et est rõ: quia ex impedimẽto alterius ipsi nõ impedito, non accedit: nec accrescit aliqua potestãs. Et iõ nõ est locus electiõi. Nec ex ignorãtia eius, quod nõ facit ad factũ, debet impediri act⁹ gestus. Tũc enĩ cũ cessat ratio istius decre. debet & ipsa cessare: vt. ff. de iure patro. l. adigere. §. quis. Et ista posset esse rõ & dissolutio vna. l. j. §. j. ff. de eo, quod cũ falso tutore. licet & alia rõ ibi sit. s. ꝙ nõ apparet ibi, sicut hîc. De qua de intẽtione cõtraria ver. tutoris auf. præstãtis: & in dubio sit interpretatio, ne vtilis adiectio per inutilẽ vitietur: licet secus hîc. ¶ Pone ergo ꝙ certũ sit & clarè cõstet, ꝙ verus tutor auf. interponẽs, verus ordinarius solus procedere valẽs errabat in iure, & credebat, ꝙ solus nõ posset procedere sine alio. Et iõ, cũ alio cũ quo procedere nõ poterat, procedebat: nũquid valet tũc processus? Ista qõ subtilis est, & pulchra nec iudicio meo, per. l. j. §. j. de eo, quod cũ fal. tu. est decise. ¶ Tñ Bart. in. d. l. multũ interesse. videtur velle in simili, ꝙ valeat actus. Dicit enĩ, ꝙ si tutor verus sciẽs se tutorẽ, putãs tñ se administrare de iure nõ posse: cũ de iure posset aliquid, agit vt tutor: nõ viciatur, quod agit: quia nõ errat in eo, ex quo principaliter defertur sibi potestas, sed in quodã adminiculo. i. in modo, vel tẽpore dictã potestatẽ exercẽdi inducit dictã. l. multũ interest. in fin. & ff. de acqui. hære. l. sed & si de sua. §. j. videlicet cũ alio processerit, videtur tñ voluisse totã suã ptãtẽ exposuisse in actu illo: licet crederet ex errore iuris illã nõ esse tantã, sicut erat. ¶ Ideo nõ mirũ, si ius hoc casu suppleat hũc defectũ. arg. ff. de iniur. l. eũ. §. si iniuriã. Et facit. arg. l. cũ putarẽ. & viij. dist. veritate. vt errore iudicis, vel tutoris parti, vel pupillo non absit, per iura prædicta. ¶ Ex quibus puto vnum dictum Hostien supra præcedens, non procedere, saltem simpliciter videlicet, quòd si iudex fert sententiam, aliàs iustam: motus tamen ex malo intellectu vnius legis valet nihilominus, per prædicta. Licet Hostiẽ. teneat contrariũ. Et certè ita videbatur hac die vj. Februa. anno. lxxxiij. placere pluribus dominis in cõsilijs Rotæ. ¶ Nec enim sic lata videt sñia ex falsa causa expressa,

ſed ex vera atq; iuſta, quãtum concernit ius diſpoſitũ partis, ex quo tanq̃ ex cauſa agendi, vel excipiendi iuſtificari ipſa ſentẽtia, vt ſupponitur: licet ad iut diſponens conſtitutionis illud ius diſpoſitũ declarantis malè, & per errorẽ ſentẽtians ſe retulerit. Cuius tamẽ erroris defectum ſupplet veritas iuris: vt in præcedentibut dixi. Talis enim falſa demonſtratio iuris ſcripti vitiare non debet. ar. C. de iur. & fac. igno. cũ falſa. Et per hoc non obſtant notata. ĩ. de re iudi. c. ſicut. vbi de hoc plenius dicã. ¶ Sed oppones cõtra premiſſa: qa videtur, ꝙ ſnĩa lata per duot ordinarios, quorũ alter iudicare nõ põt

14 nullo caſu valere poſſit: † quia in indiuidnis inutilis adiectio inutilẽ reddit actũ: vt. ff. de aqua. quoti. l. j. § Trebatiut, & no. ĩ. de regu. iur. vtile. li. vj. Modò ſnĩa eſt actus indiuiduus: qa non põt pro parte valere, & pro parte nõ: vt hîc notatur per Inno. in glo. pe. Not. Cyn. C. de errore. cal. l. errorem. poſt Pet. per. l. j. ff. quæ ſen. ſine app. reſcin. Licet Accur. ibi cõtra. Et facit in contrariũ. ĩ. de arbi. c. cũ tẽpore. & de teſta. c. Raynutius. & c. Raynaldus. Primũ tamẽ procedit ſecũdũ Colle. vbi in ſententia eſt error iudicis: quia tunc qua ratione vitiat partem, & totum. Contrarium vbi non eſt error, ſed verius dic primũ tenere, vbi ex eadem cauſa totum eodẽ iure debetur, & contrariũ vbi ex diuerſis cauſis in ſententia diuerſa capitula continentur, ſecundũ notata Cyn. C. ſi aduerſus rem iudi. l. j. poſt Dynũ. in ſecunda quæſtione. dicam de hoc in proprio loco. Sed nunc ſupponamus dictum Inn. videlicet, ꝙ ſententia ſit actus indiuiduus, & procedat oppoſitio. Teti gi etiam ſupra in. vj. oppoſitione. Sed reſpondeo, & dico, ꝙ vbi ad corroborationem, vel productionem actus concurrunt plures cauſæ, quarũ vna vtilis, & alia inutilis. An actus valeat, ſic dici poteſt: quia aut huiuſmodi cauſæ influunt inſeparabiliter & coniunctim in productione talis effectut: & tunc vtile trahit ad ſe inutile: vt in contrario, & hîc. ¶ Aut diuiſim & ſeparabiliter operantur in huiuſmodi productione: & tunc, aut vtilis cauſa de per ſe ſufficit ad talem effectum producendũ, vel corroborandũ; & tunc inutilis cauſa non vitiat. Et hanc cõcluſionẽ ponit hîc in ſua diſtinctione Henric. Pro qua inducit dictam. l. primã. § j. Aliàs eſt. § qui incipit, ſed Pomponius. ff. de eo, q. l. cũ f. d. tu. iuncta. l. ij. ff. de admi. tu. & ff. de arbi. l. ſed & ſi ita. & de ver. obli. l. ſi duo rei. Ita intelligit. ĩ. de præben. dilectus ĩ. & quod ibi notat Inno. in j. glo. Aut ſunt talet cauſæ, quæ influunt ſeparabiliter & diuiſim: & tales, quarũ vna non ſufficit ſine alia: vel ſaltem vtilis de per ſe inſufficiens eſt: & tunc inutile totum vitiat. Ita loquit. ff. de arbit. l. Pedius. Aliàs incipit, parui refert. Modò ad propoſitũ iſti duo ordinarij habẽt poteſtates, vt ſupponitur, diuiſas & ſeparatas: ac diuiſim & ſeparatim influentes, ſeu influere valentes: quarũ vtilis de per ſe eſt ſufficiens. Igitur per inutilem non vitiat. ¶ De his verò quę tetigi, & inexaminata dimiſi. ſ. de elec. illa. in. xij. q. dicam. ĩ. de procu. conſulti. Et iunge omnino, quæ dicã poſt Io. Cald. ĩ. eo. ſignificantibus. in. j. q.

15 ¶ † Vltra præmiſſa quærit primò Collec. Nunqd executor gratiæ, repelli põt, prætextu infamiæ? Notauit Inn. de verb. ſig. ex parte. ꝙ non: quia nec recuſari, nec ab eo appellari põt. ĩ. de app. c. conſuluit nos. § non conuenit. ¶ Sed contra, quia procurator non põt eſſe infamis de iure cano. ſecundũ lecta & notata. ĩ. de iuramento calumniæ. imperatorum. Decidit, ꝙ repelli põt executor miſſus aſſumet partes iudicis, & etiã merus, ſi eſſet qui exceptionem admitteret: ſed non eſt, quare &c. Inducit lecta & not. de præſum. dudum. ſ. eo. ex parte.

16 ¶ † SECVNDO quærit Collec. Nunquid comminatio Epiſcopi, de qua gloſſ. facit mentionem in poſitione caſus, eſt cauſa ſufficiens recuſationis. glo. videtur dicere, ꝙ ſic. Sed Hoſti. contra de reſcrip. ſi quando. remittit ad collecta ſua, de his qui met. cau. fi. dilecti. Et de hoc quod dicit Innocen. delegatum prętextu criminis repelli non poſſe, dicit Nouel. notare contrariũ, de elec. ſi quãdo. li. vj. & remittit ad Collecta ſua in. d. c. ſciſcitatus.

17 ¶ † TERTIO quærit qualiter vtile per inutile vitietur? recitat dicta Cardi. & Ioan. in regula vtile. ¶ Poſteà ſubdit, ꝙ in ſeparabilibus quandoq; vtile vitiatur per inutile: vel in pœnam propter fraudem. de reſcript. Infamia. § fraude. Vel propter temeritatem. de præben. c. de multa. Vel propter cupiditatem, de tranſ. quantò: vel propter incapacitatẽ. de ſen. excõmunic. Romana. xiij. q. ſi. non æſtimemus. Vel propter incognoſcibilitatem. de ſepult. ſacris. Inducit pro & contra. de reſti. ſpo. ex parte. Vel propter difficultatem ſeparationis ratione coniunctorijs: vt. c. ſacris. Vel propter vnicitatẽ propoſiti & voluntatis in actu indiuiſibili producendo: vt hîc, vel propter damnationem cõmunionis. de elec. illa. cum ibi notatis, vel propter preiudiciũ tertij: vt notatur. j. q. j. nonne. & per Ioan. in regula, vtile: Aliàs ſecus. de in inte. reſtitu. conſtitutus. ¶ Item in indiuiduis, vtile per inutile vitiatur. Fallit vbi inutile eſſet adiectio ſuperflua. Inducit de cõſec. eccle. vel alta. quod in dubijs. de cele. miſ. cum Marthæ. & c. illa. & c. in electionibus. de elec. lib. vj. & lec. & nota. de fi. inſtru. ex parte. ¶ Infert poſteà de ſen. id quod ſcripſi ſuprà ante finẽ. vj. q. principalis. in. vj. oppoſitione. ¶ Supple gloſam. ¶ In glo. j. in principio. Dicit etiam Innoc. in quadam additione poſuiſſe caſum. Sed ſatis contentor caſu gloſſ. ¶ Et ibi: *Patet.* quod fuit ſignũ rancoris, de præb. dilecto. circa principium Hoſt. & ibi: *noceret.* vir meritò ſuſpect⁹. ij. q. v. quia ſuſpecti. ¶ Et ibi: *rum ind ce.* ex virtute clauſulæ. ĩ. eo. ſi contra vnũ. lib. vj. ¶ In glo. iij. *in fine.* dicit Hoſti. ꝙ non curat, ſi non venerit in integra, qa ſatis eſt, quod inuenitur hîc. Abbas verò dicit hîc probari, ꝙ licet iudex interloquat verbo, ſuper exceptione. Hoc enim ipſo, ꝙ procedit, illa non admiſſa, videtur cõtra ipſam interloqui: & poteſt appellari. Remittit Nonella ad notata. de ap. dilecto. ¶ In glo. vlti. in fi. regulariter non vitiat: vt regula, vtile. & dic, vt ibi.

¶ SVMMARIVM.

1. *Litigantes iudices exaſperare non debent.*
2. *Edicti circunductio & ab inſtantia iudicij abſolutio, an idem ſint?*
3. *Abſolutio ab inſtantia iudicij, quando peti debeat? Et an pars abſens ad eam citari debeat? Et num in prima abſentia aduerſarũ citari pars petere queat. nu. 5.*
4. *Abſolutione ab inſtantia iudicij, an iuriſdictio data iudici abſolutioni in negotio principali reuocata videatur?*
6. *Iudex parte vna præſente, & altera abſente cõtumace, an poſſet præſente inuitat procedere.*
7. *Iudex an poſſit in præiudicium vnius partis, alteri fauere? Et quid de arbitris?*

¶ CAP. XXIIII.

Consuluit. ¶ Caſus. Si iuriſdictio delegati expirat in peremptorio, quod partibut aſsignant: poſt congruam moram peremptorij, non expirat, poteſt iterum citare, ſi vult, & expectare. ¶ Communis diuiſio. Secunda ibi: *vos autem.* ſubdiuiditur, quia primò diſtinguit, & deſtinationem proſequitur. Secundò determinat congruam moram iudicij exercendi ibi: *ne vero.* Tertiò inſtruit iudicem ibi: *porrò.* ¶ Expone literam. ¶ *Cum ad.* ſupplicatio. videndo recipi & iurare. de teſtib. c. ij. Hoſtien. ¶ Dicit Collec. ſe audiuiſſe doc. dicentes arg. huius literæ à contrario, ꝙ ſi citatus eſſet quis ad alios terminos, quã ad teſtes recipiendos: vel ad ſententiã audiendam, non eſſet locus iſti literæ. quod non placet ſibi. Maximè, quia parti alteri reſeruatur ius ſuper expenſis: vt. ĩ. notatur. Et faciũt notata. ĩ. de dolo. cum dilecti. ¶ *An circa.* quidam dicunt, ꝙ hic quęritur de trib⁹, alij ꝙ de duobus, ponẽtes primò duo pro vno puta: nõ procedere die ſtatuta, & expectare ſequentẽ, & hoc notabile placet. ¶ *Et ſi.* q. ij. ¶ *Expiret.* vt quia die comparationis eſt vltima dies de termino iudicis. Vel ſecundũ legem eſt vltima dies triennij. C. de iudic. properandum. ¶ *Poterit.* ſi volueris. ff. de offi. præſi. l. ſæpe. & l. ſequẽti. & ſic ſoluta eſt prima quæſtio. Hoſti. ¶ *Nec erit.* reſpondet. ij. q. ¶ *Expirat.* ſecundum

secundũ membrum distinctionis. ¶ *Partes ambæ.* vtraq; tamen absente. Nec procederet iudex, & ideò exponũt Petr. & Abb. j. pars. per. c. accepta. de accep. ¶ *Cum id.* s. terminũ peremptorium. ¶ *Nosse nt.* i. nosse debuerint. ¶ *Qua congrue.* & quæ sit congrua hora, statim determinat. ¶ *Ex tunc.* i. ex quo expectabit vsq; ad horam congruã. ¶ Et colligit hîc Colle. vulgare prouerbium. De boeuf grand piece, & de petit petit. Item illud Selon ton lict estans le pied. ¶ *Poteris.* & debebis ne pereat iurisdictio. Iudex enim propter cuius neglig ẽtiam perit instantia tenetur parti læsæ. C. de iudi. l. sancimus. Vinc. sed Hostien. dicit poteris si volueris. ¶ *Euanescat.* expirante iurisdictione. ¶ *Veniat.* Ioan. iij. vnde Hieronym⁹ ad matrem & filiam in gallia. Bona conscientia nullius oculos fugit. ¶ *Porro.* respicit verbum, si autem expiret. Petr. & Abb. ¶ *Coarctare.* i. restringere .s. sic quòd finitura sit iurisdictio, etiam in termino quem partibus assignet. ¶ Redeo. s. propter expositione Inno. ¶ *Procurandi.* nisi de gratia ad superandam eius malitiam. j. de dolo. prout. ff. de iudi. post edictum. C. eo. auth. iubemus. ¶ *Media nocte.* quo ad cõtractus: secus quo ad iudicia: vt hîc. Scribatur enim tali die factum contractum: etiam si nocte fiat. Inno. ¶ *Agatur.* etiam quo ad quædam .s. contractus, & huiusmodi. ¶ *Procedendum.* ad sententiandum in causis.

1 ¶ † PRIMO nota ibi: *gratiam.* qualiter malè faciunt partes quæ iudices exasperant, saltem propter arbitrariam, in quibus possunt esse gratiosi, & idẽ de aduocatis. ¶ Vnde Quintilianus. lib. iiij. de oratore. Naturale est, ꝙ iudices his, quos libentius audiunt facilius etiam credant.

¶ SECVNDO nota ibi: *quam congrue.* qualiter pondera tur hîc congruitas horæ. Alibi congruitas loci. de fide instru. accipimus. Et quia nullum & incongruum æquiparan tur. s. de transact. c. ij. § sed neq;. Dicit Hostien. quòd si non venit hora cogrua, licet posteà veniat condemnabitur in expensis.

¶ TERTIO nota sufficere horam, qua possit perficere id, ad quod terminus assignatus est.

¶ QVARTO nota in fine: imputari ei, qui se arctat, de hoc. s. de elec. in veteri. ¶ Notat Ioan. de Ligna. æquitatem amplectandam. j. de transac. c. fi. iudicem posse gratificare. Malè agentem odire lucem, de nocte non esse processum faciendum. ¶ Opponitur primò ibi: *citandus.* quia imo videtur iterum citandus: quia videtur peremptorium circunductum. ar. ff. de iudi. l. prætor. & l. post peremptorium. ¶ Sol. dicit Innoc. quòd sicut ex isto loco apparet non esse verum, quòd peremptorium sit circunductum. Nec obstat lex in contrarium allegata: quia loquitur quando reus citatus est præses, & qui citari fecit, est absens. Tunc enim circũducitur edictum. hîc autem econtra: cum ille, qui citari fecit præsens est in termino: non autem citatus. & tunc edictum non circunducitur. Vel aliter dicit Inn. & melius, quòd semper si is qui præsens est, hoc petat, siue sit actor, siue reus, circunducitur edictum: quia qui præsens est, si hoc petit, absoluitur ab il lo termino sibi vltimo designato. ¶ Sed & aduerte, quia occasione huius oppositionis formabo hîc ad expeditionem duarum primarum glosarum Inno. quæstiones numero nouem. Et primò quæro: nunquid potest petere etiam, vt absol uatur ab instantia iudicij. Dicit Innocen. ꝙ sic, & prædicta

2 ponit in prin. secundæ gloss. ¶ † Sed nunquid circunductio edicti, & absolutio ab instantia sicut idem. Dicit Inn. in prin. j. glo. quòd edictum circunduci, ab instantia absolui idem videntur: cum nec lex inter ista differẽtiam facere videatur. de indi. l. & si post. cum legibus sequẽtibus. vbi dicitur, quòd si reus citatus solenniter ad sententiam audiendam, vel testes recipiendos, actore non veniente absoluitur ipse reus ab instantia edicti: nisi ex gestis causa posset defendi. Verum subdit Inno. quòd hodie non est necessaria absolutio ab instantia iudicij, quia hodie per cõtumaciã actoris, sicut & rei con trahitur eremodicium, & potest ad diffinitiuam procedi.

¶ Fatetur tamen Inno. quòd si reus comparens actore non comparente, potius velit ab instãtia iudicij absolui, audietur cum per ius nouum Codicis non tollatur quo ad hoc ius vetus. ff. maximè vbi non liquet sententiam pro actore ferendam. ¶ Redeundo tamen ad dictum aliud Inno. de quo supra, adhuc vt supra quæritur: vtrum absolutio ab instantia iudicij, & circunductio edicti peremptorij sint idem? Respondet Inno. dicens, quòd non: imo quia aliud est absolui ab instantia iudicij, & aliud peremptorium circũduci. Nam edictum circunduci, est idem, quòd edictum deleri, & tunc non dicitur absolui ab instantia iudicij, seu litis, sed deletur instantia edicti peremptorij, tanquã si non fuisset emissum: sed lis. i. litis instantia salua ex integro manet. ¶ Item est alia differentia: & hîc expedita. glo. j. Innoc. redeo ad secundam. Nam vt dicit Inno. absolutio ab instantia iudicij debet fieri cum maiori solennitate, quia tunc perimit omnia acta iudicij. auth. habita. & condemnatur actor in expen. C. de iudic.

3 l. properandum. § j. & ff. de iudi. l. & si post. Innocẽ. ¶ † Sed quando poterit hæc absolutio ab instantia iudicij peti? dicit Innocẽ. quòd potest peti ante litem contestatam: vt. C. quomodo & quando iudex auth. qui semel. iij. q. ij. quod fieri. Et etiam secundùm Inno. quòd etiam post, vt dicta. l. properandum. § j. ¶ Sed nunquid citabitur pars absens ad istam absolutionem? &c. ¶ Dicit Innoc. se credere quòd sic: maximè etiam, quia perimit acta sua, & condemnanda est in expens. & arg. dictarum legum, & quia aliàs facta videretur absolutio sine vlla citatione: quia nunquã super hoc, vt absoluatur

4 aduersarius citatus fuit. ¶ † Sed nunquid per talem absolutionem ab instantia iurisdictio data iudici absoluenti in negotio principali reuocata videtur? Dicit Innoc. se credere, ꝙ non, siue sit ordinarius, siue delegatus: quia iurisdictio nõ est de actis iudicij. & quia non est functus officio suo. s. eo. in literis. Et quia iurisdictio per solam citationem perpetuata est. s. eo gratum. j. de simo. querelam. in fin. De hoc remittit Nouella ad notata sua. j. de iudi. examinata. in fi. & ibi opiniones ad hoc Inuenies. ¶ Licet Bartol. teneat contrarium. ff. de re iudica. l. quod iussit & malè: vt puto. Dicam in dicto

5 capitu. examinata. ¶ † Sed nunquid statim in prima absentia petere potest citari aduersarium, vt absoluatur ab instantia iudicij? dicit Innocen. quòd sic. Nec obstant leges prædictæ, videlicet. l. properandum. Et quæ dicunt debere expectari ad finem termini: quia loquuntur in eo, quando præsens vult testes producere super principali, & sententiam peti ferri, si constaret: & cum non instat præsens super absolutione ab instantia iudicij, statim eidem impendenda. & hęc locum habent in ciuilibus. ¶ Sed quid in criminalibus fieri debet? remittit Innocen. ad notata sua. j. de accusa. licet. & de hoc. j. de do. & contu. ¶ Sed nunquid alio modo perit instãtia, quàm per dictam absolutionem? dicit Inno quòd sic, secundùm leges, lapsu triennij. Sed subdit, quòd non tenet secũdum canones quod dic, ne. j. de iudi. venerab. ¶ Sed quid de attestationibus & confessionibus: nunquid perimit, dictam absolutionem? dicit Inno. quòd de hoc alibi dicetur, videlicet secundùm Hostien. j. de proba. capi. fina. & de testi. præ-

6 sentata. ¶ † Sed nunquid vna parte præsente, & alia cõtumace, potest iudex inuita præsente procedere? Spec. notat ꝙ sic. de dila. § ij. circa principium. Quod intellige lit. contest. vel in causa, in qua lit. non contest. non proceditur: vt. j. de eo. qui mitti in pos. capi. vno. li. vj. & j. de dolo. cap. vno & caueritatis. Maximè vbi agitur de periculo animæ iuxta lecta & notata de elect. cum nobis: aliàs secus. arg. not. de iureiur. ad nostram. vbi notat Inno. quòd pro priuato interesse non debet procedere ex officio.

7 ¶ SECVNDO, opponitur ibi *gratiam facere.* † quia nõ videtur, quòd iudex possit in præiudicium vnius partis alteri fauere. iij. q. ix. c. vlt. j. de re iudi. cum æterni. lib. vj. De quo habes per Bart. in gloss. iiij. Dicit Hostien. ¶ Sol. dicit Host. datur hîc regula, quòd iudex potest parcere: vt puta contumaci: & in multa: vt. ff. si quis ius dicendi non obtemperauerit. l. vna. Et in ordinario petente a delegato rescripti authen

tiquum sibi ostendi. ỹ. eo. cum in iure. Verùm hoc secundùm eum non est captiosè intelligendum. Licet enim iudex possit ius meum differre: vt hîc: non tamẽ auferre. arg. C. de precib. Imperatori offer. l. quotiens. xxv. q. ij. rescripta. Nec licet gratiam facere, per quam iniustè iudicet, vel procedat. iij. q. ix. c. fi. de iudi. c. nouit. §. j. ver. coeterum. Sed sic debet vni deferre quòd non subtrahat alteri. C. de sta. & imagi. l. j. ij. q. vij. quæritur. xvj. q. vij. decimas. vnde secundùm eum & Bernardum. Nec cõtinuati gratiam facere poterit expensas. C. de iudic. l. sancimus. & hodie cauere debet à pœna decre. cum æterni. allegata. de quo remitit Hostien. ad ibi notata in § sanè. ¶ Dicit autem Nouella, quòd id quod hic dicitur habet locum in arbitris & quòd contrarium est regulare. ¶ Quid dicendum? Breuiter hoc semper mihi dubium fuit: vnde audiui distinguentes casus permissos expressè in iure à non permissis, vt primo casu iudici liceat ratificari, secundo non.

¶ Alios audiui distinguentes prout Hostiensis. supra innuit inter iuris ablationem & dilationem & alios, quo ad dilationem subdistinguentes inter multum & modicum præiudicialem. Et alios adhuc subdistinguentes hoc modo: qui satis prima facie mihi placet, videlicet, quòd iudex non potest facere gratiam etiam solius dilationis notabiliter parti alteri præiudicialem. Et hoc cessante, aut in faciendo habet aspectum ad odium, fauorem, timorem, vel præmiũ: aut expectationem præmij: & tunc quæcunq; gratia sit illa, incurrat pœnam c. cum æterni per illam decre. Aliàs secus in arbitrijs, maximè modici præiudicij: vt hîc. Fateor tamen primũ membrum esse valde durum & multum periculosum: sed caueat iudex quilibet, quòd rectam habeat intentionem ad bonum commune ipsarum partium, iustitiæ & causæ: & tũc pœnam dictæ decre. euitabit: vt ibi legitur & notatur & ibi de hoc dicemus. ¶ Tertiò opponitur, quia videtur, quòd de mero iure teneatur expectare in diẽ sequentẽ: vt. ff. de verb. obli. l. qui hoc anno. ¶ Sol. illud in obligatione: hoc in iudicijs propter contemptum iudicis. ff. de arbi. l. Celsus. Goff. & de hoc no. ij. q. vj. biduum.

¶ PRIMO queritur ibi: *expectare*. vtrum pars comparens alia non comparente debeat recedere termino finito, sine licentia iudicis, & hîc intro tertiam glo. Inno. Dicit Inn. quòd non. ar. xj. q. iij. certum. quia cũ de iure dicatur, quòd potest in sequentem diem expectare: sic & pars expectare tenetur. ¶ Refert tamen quosdam dicere hoc verum: vt possit petere expen. quas peteret voluntatem iudicis expectando: vt. d. l. sancimus. Dicũt tamen quãtũ ad hoc, quòd non tenetur expectare: vt pœnam euitet: quia & si non venisset, non puniretur in expensis, vel alio modo aduersario non comparente. arg. ff. de arbi. l. si cum dies. § fi. ¶ Idem notauit Inn. de pœn. c. calumniam. & probatur. ỹ. de dolo. c. actor. libr. vj. vbi de hoc per Archid. Collec. ¶ Subdit tamen, quòd videtur melius, quòd neq; actor, neq; reus debet sine licentia recedere: vt dicto. c. certum. & xviij. q. si quis autem. Quod intelligo, si veniet hora, qua iudex expectare consueuit. Et vide notata Spec. de expensis. § nunc videndum. circa fi. Collec. & est ratio. nam si pars, quæ fuit in termino, recesserit sine licentia iudicis, & altera pars post ea veniens ostendit, quòd iusta causa absuit, & necessaria, iustè omnes expensas petat. arg. dictæ. l. sancimus. Et est ea ratio: quia iudex duo mandasse videtur. s. quòd compareat, & quòd in termino compareat. vnde quãuis impedita pars in termino vnum facere nõ possit. s. in termino comparere: ad alterum tamẽ tenetur. s. comparere. ar. ff. de arbi. l. Celsus. & l. præcedenti. § vlt. arg. ỹ. de do. cum dilecti. in fi. ¶ Credit tamen Inno. quòd ad hoc, quòd pereat instantia termini assignati, & circumducatur edictũ de quo habes. ff. de iudi. l. & si post oportet, quòd per iudicium circumducatur, & licentietur. Et ad hoc est necessaria expectatio secundùm Inno. Alioquin cum iudex sine præsentia partium non contumacium non procedat. ỹ. de verb. sig. foras. § in omni. de causa pos. c. j. de ma. inter quatuor. Elusoria esset iudicialis potestas, contra iura. ff. de iudi. l. si prætor. s. de postu. præla. bonæ. ij. § Nec nocebat. Hosti. arg. ỹ. de iudic. c. j. ¶ Sed quid, si citatus non venit ad diem assignatum: nec is, qui eum citari fecit præsens fuit? ¶ Respondeo fuit compensatio hincinde, ita quòd neutra pars punienda est. argu. ff. de arbi. l. antepenult. Host. ¶ Sed quid si sit dies feriata, dies assignata, vel alia euidens causa subsit, per quã appareat, quòd & si citatus præsens esset, procedere non teneretur: vtiq; in tali casu debet pretor subuenire, ex quo actoris non interest citatum non venisse: vt. ff. si quis in ius vocatus, non ierit. l. ij. ad finem. Hosti. ¶ Quid si iudex abest à loco, in quo partes citatæ sunt, & præsentes? dicit Innoc quòd tunc vtraq; potest liberè recedere, si iudex abest à loco, vbi debuit ius reddere: cum non teneantur alibi eum quærere: vt. ij. q. vj. biduum. Nec expectare, nisi vsq; in sequentem diem. ¶ Dicit tamen Host. quòd ex equitate in sequentẽ diem expectare debent. arg. hîc: nisi aliud mandauerit iudex: & quòd aliàs deberet, recedere possunt: sicut & si iudex esset mortuus: vt. ff. de arbi. l. arbiter, Calendis. ¶ Sed quid si iudex infirmus esset? dicit Inno. quòd tunc expectare teneretur iudicem: vel quòd procederet, vel quòd terminum assignaret, si posset: vt. ff. de arb. l. & si quis. §. Et si non posset id intendere, possent partes etiã recedere sine licentia, & aliam citationem expectare. ar. ff. de arbi. l. arbiter. § vlti. & l. fi. Inno. ¶ Sed quid & de vocatis ad electionem faciendam? ad certum terminũ: nunquid debent expectare? ¶ Dicit Inno. quòd si maior pars eligentium absentem aliquot diebus expectaret, non liceret alicui de canonicis recedere: & si recederet, possent præsentes procedere ad electionem, eo non citato, sicut dicitur in citatis ad synodum. xviij. distin. si quis autem. xj. q. iij. certũ. Quia sicut non illis licet, nisi finito cõsilio recedere, ita vt vocatus ad electionem, nisi facta electione, vel ad alium terminum prorogata. ¶ Sed quid si vocatus ad electionem ad certam diẽ non venit: nunquid præsentes possunt eligere: vel nunquid circumducitur edictum, sicut in causis? dicit Inno. quòd nõ circumducitur edictum, sed possunt præsentes eligere: cum tantum circa præsentes absentibus vocatis legitimè potestas remaneat eligendi. s. de elec. in causis. ¶ Remittit Nouella ad no. eo. tit. cum nobis olim. & c. quia propter. ¶ Dicit Hostien. de facto seruari, quòd citatur canonicus ad certã diem, cum continuatione dierum sequentium, donec electionis negotium sit finitum. Remittit nouell. ad notata sua. de elec. ecclesia. ij super glo. ij. ¶ Subdit Innoc. ad materiam. c. primæ oppositionis redeundo, quòd fatentur omnes quòd nunquã partibus præsentibus circumducit edictum: quãuis in aliqua speciali prorogatione per plures dies post terminũ assignatum expectant partes. Et quòd non licet alicui recedere sine licentia: habetur. ỹ. de iudi. c. j.

¶ SECVNDO, principaliter quæritur, quando dies incipiat: quia textus hîc variè loquitur, secundùm varios casus. ¶ Dic, quòd secundùm canones quo ad ordinũ electionem incipit à vespera diei precedentis. lxxv. distinc. quod die. de consecra. distin. ij. pronuntiandum. & c. de esu. Vnde in officijs diuinis dicit vespere & mane dies vnus. Et Ambrosius in hymno, qui mane iunctum vesperi, diẽ vocari præcipit. Sed quo ad iudicia incipit & finitur, vt hîc notatur. Quantùm verò ad pacta contractus, & omnia alia, incipit à media nocte: vt hîc, & ff. de fer. l more. vnde, si iuraui me tibi daturũ decẽ die dominico: non ero periurus, si dedero vsq; ad mediam noctem sequentem. Et hoc in pactis & contractibus, si lex dicatur contraria canoni, quod non credo, preponitur lex canoni: quia benignior est. arg. l. disti. c. eos. & potius interpretandũ est, quòd periurus non sit. ỹ. de testi. cum tu. Sic notarunt Hug. in. c. quod die. allegato. & Lauren. & Archi. ea. distinc. in causa. c. quòd à patribus. Ad quod facit, quod notatur. ỹ. de fer. c. ij. Hinc est, quòd si contractus fiat circa mediam noctem, adscribetur per notarium die præcedenti. Quo ad maleficia autem, quid dicendum sit: dicam. ỹ. de homi. id. sed si perfodiens. ¶ Fertur, vt refert Nouel. quòd Athenienses computãt diem de occasu in occasum solis, & Babilonij,

lonij, de ortis in ortum, & Vmbri de meridie, in meridiem, quod est absurdissimum: vt Marcus Barcum. lib. rerum humanarum, dicitur retulisse. Et vt refert Hosti. in Catholicone dicitur quòd Athenienses in. vj. hora diei AEgiptum ab initio noctis: Caldei & Parthæ à solis ortu. Faciunt initium diei naturalis. de quo habebatur in antiqua compilatione decret. lib. vj. c. lxxj. ¶ Notat tamen Nouella, quòd cum dies à noctibus distincti continuè crescant, vel decrescant, fateri oportet, quòd cōputatio, quæ fit ab ortu, vel occasu, habet aliquā inæqualitatem: propter quod videtur aliquibus numerus inæqualiter habere computum, de media in mediam noctem, & de meridie in meridiem. ¶ Sed iuxta hoc pone, quòd iudex de nocte tulit sententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam: nunquid tenet sententia ipso iure? ¶ Respōdet Inno. dicens, quòd non. Faciunt notata Archidia. de offic. ordi. c. j. libe. vj. Et quia iura hoc prohibent & non reperitur permissum. Col. Et idē dicit de lit. cōtest. si tunc fieret. Vnde bene dicit lex secundùm eum: non iudicabo, & non dicit: allegationes non audiant. Nec dicit: testes non recipiant. Ex quo infert Inno. quòd allegationes audire, & testes recipere tunc possunt. Vnde etiam secundùm eum vespere sedebunt. Ex quo infert, quòd si stās ferat sententiam non valet. In aut. de iudi. § sedebunt. Et. j. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, ex ore. & iij. q. iij. c. induciæ. § à iudice. Inn. ¶ Sed quicquid dicat, de cōsuetudine etiā in vtroq; foro, licet dicat hîc, ecclesiasticū. Iudices sedēt die noctuq;. licet honestius & melius foret, q de die solum, vt hîc, etiam in vtroq; foro. Ratio huius est, quia de nocte consueuerūt homines exire loca publica, & ita presumeretur, quòd iudex solus esset, & quòd occultè faceret. quod publicè fieri deberet. ¶ Subdit etiam Hostien. quòd hodie pro maiori parte in curijs Principum cessat hęc causa: quia per suum abusum faciunt lucem tenebras, & tenebras lucē. Et semper est ibi multitudo. Et ideò cessante causa debet cessare prohibitio. Et finaliter dicit Hostien. contra Innocen. de sequen. quæstione. Innoc. quòd valet sententia litis contestatio. & processus de nocte factus. in gloss. quod si iudex, si partes tacent: quia si pars altera contradiceret: dicēdo: hora est quiescēdi, vellem dormire, & super hoc peteret licentiam recedendi, si denegaretur appellare posset. Et remittit ad summam de iudi. § qualiter, & quando ac. Et idem tenet hic Bern. in glo. quā si iudex. & Nouella & Ioan. de Lignano. super illa glo. quod ipse. Tenet Ioan. de Ligna. & probat sic: quia licet dicat textus, quòd de die iudices sedere debent & iudicare: non tamen adnullat in contrarium factum. Nec inhibet simpliciter: quia si inhiberet simpliciter & staret in finibus inhibitionis, non valeret in contrarium agitatum. x. distin. vides. &. C. de legibus, non dubium. Hîc tamen non inhibet Papa dispositiuè. Multa enim fieri non debent, quæ facta tenent: vt. j. de matrimo. contra. contra interdictum ecclesiæ, per totum. Dicit enim, quòd ipse non reperit, quòd qualitas temporis substātificet, vel adnullet processum iudiciarium, nisi ratione feriarū. ¶ Hæc opinio placet mihi, & approbat per Iaco. de Butrig. & Gul. de Cugno. in. l. more. allegata. De hoc per Hostiē. in summa, de iudi. § j. in fi. vbi disputat Hosti. ¶ Iuxta premissa subijcio vnā quæstionem disputatam per Iacob. de Butriga. Pone, Statutum dicit, quòd si quis de nocte committit tale maleficium punitur in duplo, quā si de die faceret. Et quòd intelligitur de nocte facere, qui facit post certum sonum campanæ, & ante campanam diei. Modò quis committit maleficium de nocte in castro sancti Petri: nunquid debet puniri in duplo, plusq̃ si fecisset de die, & videtur quòd non: quia causa hic, sit quidam dies artificialis ordinatus secundū sonum campanæ, videtur iste solum obseruari debere in loco, vsq; ad quem iste sonus protēditur, & non vltra: sicut in die naturali in his, qui habent diem, dum sol est super terram: quia habent pro die in locis istis, in quibus lucet tunc: & nō in alijs. Nam semper lucet in aliqua parte. Butrigarius. Et ita videtur tenere Iaco. quòd non: quia statutum limitat noctem artificialem: quæ limitatio non extenditur ad locum, vbi campana non est audibilis, sicut dies etiam dicitur artificialiter limitari. Dies enim dicitur vbi apparet semper alicubi, non tamen semper est dies artificialis. Ioan. de Lignano. ¶ Sed quid suppositus prędictis terminis, si committit in ciuitate in media nocte. & tamen non fuit pulsata campana: & fortè, quia nec illa die pulsari consueuit: vt io die parasceuæ: nunquid tunc nihilominus pœna committitur? dicit Ioan. de Lignano, quòd sic ar. notatorum. s. de elec. in causis. ¶ Sed, an obligatus ad certam diem, si soluat, vel offerat ante mediam noctē finis diei naturalis liberetur? Gul. de Cugno. in dicta. l. more. tenet, q sic: nisi sit præiudicium siue periculum creditoris, qui fortè non audet comparere de nocte propter inimicos, secūdùm Ioan. de Lignano.

¶ TERTIO, principaliter quæritur ibi: *quod incumbit.* quid hoc vult dicere? expone id, ad quod est terminus assignatus. ¶ Sed quare hoc. Certè ideò, quia in partium absentia non potest iudex procedere. arg. . de re iudic. cum olim. Secus si non ad certum quid expediendum: sed generaliter sit terminus assignatus ad procedendum: quia tunc ad omnia etiam ad sententiam procedere potest iudex parte contumace, vlterius non citata. C. de iudi. properandum. Innocen. Quid dicendum? Dicit Nouella, quòd huic dicto Inno. obstant notata Ber. hîc in glo. *nisi terminum.* & etiam notata. j. de dolo. eum, qui. lib. vj. in fi. ¶ De hoc remittit Collect. ad notata sua de dolo. c. fi. ¶ Dicit tamen Hostien. dictum Inn. posse intelligi, quando iudex comminatus est in peremptorio se processurum & pronuntiaturum. Aliàs dicit, quòd specialis citatio necessaria videretur: maximè ad tria quæ sequūtur: videlicet litis contestationem. iij. q. iij. c. induciæ. § os feratur. Testium receptionem. j. de testi. c. ij. Et sententiam: vt in gloss. prædicta. ¶ Remittit Nouell. ad notata sua. de procuratoribus auditis. super verbo, conclusam. & de accusationibus, ad petitionem. Sed videretur prima facie, quòd isti domini malè Inno. reprehendunt. Non enim voluit dicere Inno. quòd contumax in vno articulo tātum, quo ad aliū articulum debere propter hoc contumax reputari. & per cōsequens, nec dicere voluit, quòd ad alium articulum citādus non esset. Imo dicit contrarium expressè, & in hoc concordat cum glo. prædictis. Sed voluit dicere, quòd citatus simpliciter ad procedendum in causa sine expressione certi articuli, non comparens, efficitur simpliciter in causa cōtumax. Et ratio, quia simpliciter ad omnem articulum causæ procedi potest contra eum sine alia citatiōe. Quod dictum si procedat viribus, est intelligendum solùm de his quæ possunt & debent secundum ordinem iudiciarium in illo termino expediri: vt puta in princip. causæ, quòd detur libellus, & assignetur terminus ad respondēdum. Vel si facti sunt articuli, quòd admittātur ad probandum. Vel si admissi sunt ad probandum, quòd tunc recipiātur probationes super illis testiū & instrumentorum. Vel si conclusum est, quòd feratur sententia. Si enim nihil aliud in termino principaliter est agendum: non videtur necessaria expressio. argu. ff. de liberis & posthumis nominatim. &. j. de proba. licet. &. ff. de verbo. obliga. l. vbi aut. § sed quid virium. ¶ Secus autem de actu, qui nō deberet tunc secundùm rectum ordinem expediri: vt si non cōcluso in causa, vel attestatiōibus nō publicatis citaretur quis ad procedendum vt iuris esset. & cum in termino non compareret, nec vellet iudex ad sententiam procedere, certè non debent: quia sic non est procedendum de iure. argu. C. de senten. interlo. om. iudi. l. prolatam. cum gloss. sua. Et sic posset intelligi dictum Hostien. ¶ Fateor tamen, quòd securius est maximè de articulo ferundæ sentētiæ, quòd exprimatur in citatorio per iura allegata hîc per Ber. in gloss. nisi termino. Et idem consulerem de testium receptione: quia vbi expressione opus est, non sufficit generalitas: vt. ff. de iniurijs. l. prætor in princip. Modò iura, qui ad dictos actus requirunt partis vocationem: videntur requirere expressionem ipsorum actuum in citatorijs. ¶ De lit. autem contesta. non oportet

facere ipsum: quia illa non potest expediri in absentia partis. Breuiter ergo sic distingue: quia aut est actus, qui nó potest expediri in absentia partis: & tunc clarum est, ꝙ ad illú non procedit: vt statim dixi. ¶ Aut est actus, in quo potest procedi in absentia partis, si citata est pars specialiter ad illum articulum, adhuc clarum est saluo eo de quo dubitari solet, an peremptorium sit necessariú in citatorio, de quo statim tangam. Aut est citatus generaliter ad procedendum in causa: & tunc aut est actus, de quo est expressum in iure speciali, ꝙ pars vocetur ad illum: & tunc non possit procedi ad illum in absentia partis sic tacitę propter necessariá expressionem in citatorio omissam. Et sic procedat dictú Hosti. Aut non est talis actus, de quo hic sit specialiter expressum in iure, licet bene generaliter, eo modo, quo dicitur omnes actus iudiciales partibus præsentibus, vel per cótumaciam absentibus, expediri debere. ff. de re iudi. l. de vnoquoq;. cum similibus. & tunc secus. & sic ꝓcedat. ¶ † Iuxta quod quartò principaliter quæritur, vtrum ad singulos actus iudiciales: vt puta ad testium receptionem, & eorum publicationem & ad similes actus sit necessaria trina, vel vna peremptoria citatio, & per istam literam videtur quòd sic. ¶ Sed dicit AEgidius, cuius fuit ista quæstio, ꝙ ipse non inuenit in iure hoc, quod dicitur de trina, vel vna citatione locum habere, nisi in principio causæ: vt. xxiiij. q iij. de illicita. & ff. de re iudi. l. contumacia & in sententia: vt. ĵ. de testi. cum olim. vt. ff. de iudic. l. ad peremptorium, vnde in productione testium prima dilatio videtur quasi peremptoria. Patet, quia non datur secúda, nisi probato impedimento: vt. ff. de fer. l. vlti. & de hoc. ĵ. de testi. de causis. ¶ Et quòd in talibus sufficiat vna citatio, & habeat vim peremptorij, etiam si non exprimatur, probatur secundùm eum. ĵ. de testi. in nomine domini. & c. significauit. ¶ Dicit Ioan. de Lignano pro constanti primò, ꝙ omnis dilatio probatoria est peremptoria, etiam si non exprimatur. Allegat textum. ĵ. de excep. pastoralis. ¶ Secundò dicit, quòd in dilatorijs expectatorijs, etiam post litem contestatem, oportet, quod inferatur peremptorium. Allegat. ff. de iudi. l. ad peremptorium. & C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. Quod intelligit quá ad hoc, vt possit veniri ad sententiam diffinitiuam, vel ad primum decretum. Sed quantum ad alia, etiam si non exprimatur, intelligitur peremptoria: vt si citetur quis ad videndum iurare testes. Allegat. C. de testi. l. si quando. Et idem ad aliud simile secundum eum: sed dicit, quòd in finalibus & in principio litis, vt in sententia seruatur, quod disponitur de trina. ¶ Sed in effectu ista nihil addunt ad præmissa: ideò non erant calamo additulo digna. De hoc dicam. ĵ. de exceptio. c. excommunicationis in Cle. vbi de hoc per glo. & c. pastoralis. vbi de hoc per Host. & c. ad petitionem. de accus. vbi de hoc per Inno. Et de hoc etiam in Spec. de dilati. § viso. versu, aliàs autem. & versu, quòd si lati. & ĵ. de verbo. sig. sæpe. vbi de hoc per gl. in fi. super verbo peremptoriè. Hoc tamen scias, quòd palatium apostolicú tenet omnes terminos inter principiú & finem litis peremptorios. ¶ Supple glosam. In gloss. *ecce quinta.* ibi: *non quicquid.* & alibi dicitur, omnibus magistratibus concessum est, non dicit iniunctum, vel indictum. ff. si quis in ius voca. non ierit. l. j. Gof. ¶ Et ibi: *incongruum.* i. non decens. non tamen iniustum, si hoc facere vellet. Hosti. Et in fi. intelligitur hoc de honestate, vel de potestate Vincé. & ibi de hoc. ¶ In glo. *mo videtur.* ibi *eum qui.* vbi de hoc. ¶ Et in fi. adde notata de iure iur. & si Christus. in. vj. glo. quæ loquitur in ordinario: cui⁹ successor iam venit: & est præsens quasi erubescat de dignitatis abdicatione. ar. ff. de códi. & demon. l. Publius. j. responso. ibi Calendas Ianuarias, cósulatum ingressus. Secus eñ si nó venisset: vt. ff. de offi. ꝓconsu. l. meminisse. j. responso. Hoc tamen intelligas: vt dicitur in aut. de administra. § illud. coll. viij. ¶ Sed si delegatus vltimo die pronuntiat, valet vt hîc. & potest posteà exequi. ĵ. annum. ĵ. e. quærenti. Hosti. ¶ In glo. *quantum.* in fi. de hoc. ĵ. de fer. c. ij. in glo. ij.

¶ *SUMMARIUM.*

1 *Curia Romana, qualiter iudicem extra curiam dare consueuerit? Et quod remedium partium sit parti, aduersus quam iudex est impetratus? Et an Episcopus propter familiaritatem vel consanguinitatem aut aliam rationé suspitionis vitio, possit in iudicando notari, & per consequens recusari velut suspectus.*

2 *Recusationis causa, num sufficiens sit familiaritas. Et num ex suspitione domini, sequatur & totius familiæ suspitio? Item an contrà, domino à iurisdict. iudicis suspecti exempto, eximatur pariter familia tota? Item docta Benardi super huiusmo. rationem opinionum ad horum terminorum familiaritas, & consanguinitas decisionem.*

3 *Cognatos iure naturali, non omnes esse.*

4 *Iudex vt suspectus, num ob id recusari possit, quod procuratorem constituerim eum, qui eius consanguineus sit?*

5 *Quid si capellanus, aut Clericus Episcopi mihi familiaris me in iudicem impetrauerit, an hac ratione, velut suspectus ab alia & aduersa parte in iudicio recusari debeam. Præterea quæ, & qualis sit illa familiaritas quæ huiusmodi recusationem causet.*

6 *Familiaritatum quo ad recusationum vim, an sit differentia facienda? Alia si quidé est familiaritas quæ gratia continuæ conuersationis, aut similitudine morum, vel communis mensæ continuatione contrahitur. Et an hæc præsumptionem, seu suspitioné inferat. Alia vero dicitur esse familiaritas, magis remota & tam crebris officijs minimè aucta & hæc verò suspitionem adulterini siue praeposteri iudicij præbeat aduersæ partis occasioné. Habetur insuper huius rei elegans decisio per varios & doctos viros.*

7 *Iudex an possit pater in filij causa esse?*

8 *Iudex ordinarius, an eò recusari queat, quòd partis dominus sit?*

9 *Prælatus ecclesiæ in ipsius causa, qualiter iudex esse possit? remiss.*

¶ *CAP. XXV.*

INsinuante. ¶ Cas. Ex noua causa remouetur delegatus, etiam post litem contestatam, & alius subrogatur. ¶ In prima actoris gratiosa petitio. ¶ In secunda sub duplici conditione ipsius exauditio. ibi: *quocirca.* ¶ Expone literam. *Parrochiali.* fortè oblationum, decimarum, vel funeris de præscrip. ex transmissa. de parrho. capi. ij. & iij. & vlti. de deci. ex multiplici. Host. ¶ T. restitutionem alterius ecclesiæ. ¶ *Processum.* etiam ad litem contestatam. Pet. ¶ *Poterat.* ille officialis, tamé Episcopus principaliter officialis per consequentiam: sed credo, quòd aliquod habuit officiú, per quod fuit vtriq; subiectus. Vincen. ¶ *Merito recusari.* Confundit Speculatoris & AEgi. opinionem, de qua dicam de ap. postremò. qui dicunt consanguineum prælati impetratum in causa ecclesiæ recusari non posse. Licet volens illam opinionem substituere, posset dicere illa fuisse verba partis: nec hîc agitur de recusatione, sed de subdelegatione. fa. quod notatur. ĵ. de iudi. causam. ¶ Dicit autem Nouella. quòd responsio Papæ facit pro primo dicto: si enim ista non fuisset iusta causa recusandi, nec Papa subrogasset cum etiam in eo casu, quo non procederet recusatio, nolit subrogationé procedere: vt sequitur. ¶ Vnde satis videtur hic casus, consyderato principio, in quo dicitur, quòd de iure parrochiali agebatur. Et hoc tenet Archidiaco. in eo. titu. iudex libr. vj. ¶ Petijt. ipse. R. secundum Lau. & Vincen. vel. T. secúdum Tac. Primum teneas, secundùm Ber. Innocen. & Hostien. Fatentur tamen Innocen. & Hostié. quòd ordinatius fuisset, quòd isti iudices prius fuissent recusati & sententia super eos lata. & quòd hæc pars aduersa petijsset. Tamen dicút, quòd huic fuit gratia facta, ne iterum cogeretur venire ad sedem Apostolicá, & laborare. Nec habet aduersarius de quo conqueratur: quia per hoc rescriptum, nil detrahitur iuri suo. ¶ Vnde dicebat Hostien. quòd error relinquit procuratoré instructum, quòd sileret: nec aduersarium citari faceret: nec iudices recusari faceret. Instruxit etiam eum, quòd si aduersarius si

citari

citari faceret procuraret, quod appareret iudices ad sui instantiam citasse, vide quod dicam. j. eo. c. iudex. lib. vj. in fi. *Eius.* scilicet Episcopi. *Priorum.* ad Vigorien. & cum iudices obtemperarunt, procedatis vos iudices subrogati. *Iudicum.* quia nec expedit causæ, nec partibus mutare iudicem. ff. de vacat. muner. l. penul.

¶ PRIMO, opponitur ibi: *Petijt.* quia iudex petitus dari non debet. ff. de iudi. l. obseruandum. ¶ Sol. dicit Inn. quòd isti concessi fuerant de gratia. Vel aliter dicit, quòd petierat iudices generaliter non tamen petijt aliquos nominatim.

¶ Vel aliter si nominatim petijt, concessit Papa propter verecundiam iudicis petiti. ff. de iudic. l. obseruandum. allegata & C. de his côtesta. auf. Offeratur, & de his qui ad ecclesias confugiunt. l. penul. & ff. de auth. tuto. l. quod dicimus. ij. q. v. c. iij. & c. statuimus. Inno. ¶ 1 † Vel dic, & melius, quòd curia Romana consueuit dare iudicem extra curiam nominatam per partem. Et idem de executoribus gratiarum: sed remanet parti ius excipiendi contra iudicẽ, si sit sibi suspectus.

¶ Imo in audientia contradictarum, si contradicat pars vel impetrans mutabit iudicem: nec alia pars alium nominabit & auditor contradictarum dabit tertium. Si tamen aliquis istorum trium sit suspect⁹ alteri partium, de facili audietur: vt detur alter loco eius.

¶ SECVNDO, opponitur, quia videtur, quòd cùm iste. R. impetrauerit priores indices, non potuerat recedere ab eisdem. s. eo. c. gratum. arg. viij. q. ij. dilectus. de elect. c. nulli. lib. vj. & regula, quod semel. de reg. iur. eo. lib. Ergo malè dicit textus, cum dicit quòd idem. s. qui priores iudices impetrauerat, petijt eandem causam committi alijs iudicibus.

¶ Metu huius contrarij, sunt hîc diuersę lecturę. Nam Tan. propter hoc exponit, petijt. s. T. & non. R. ¶ Sed Lauren. Vincen. Ber. Innoc. & Hostiẽ. exponunt de ipso R. Et placet Nouellæ, & soluunt aliter dicentes, quòd concessio hic facta fuit de gratia: vt dixi in expositione super verbo, petijt.

¶ TERTIO opponitur, quia hîc videtur, quòd causa suspitionis contra Episcopum allegata, videlicet de familiaritate: quia nõ videtur, quòd consanguineus, vel familiaris beneficiati in causa ecclesiæ suæ datus iudex possit recusari, vt suspectus: maximè secundùm opinionem Speculatoris, & AEgidij. de qua dixi in expositione super verbo, recusari. Pro quo facit, quia causa ecclesiæ non videtur esse personæ: vt. j. de testi. c. cum nuntius. & c. insuper. Quinimo in causa ecclesiæ suæ potest esse iudex. j. de verbo. signi. c. ex parte. & notatur. s. de elec. nosti. AEgidius. Multò fortius vel familiaris ipsius. Et facit, quia prælatus est, non dominus. j. de donatio. fraternitati. ¶ Sed solue per ea, quæ dixi super dicto verbo recusari. Et dic secundùm Ioan. de Lignano, quòd licet Prælatus possit esse iudex in causa ecclesiæ: stat tamen quod recusari potest, de quo videbis. j. de appel. postremò. ¶ Nec est verum, quòd sit nudus procurator. arg. eorũ, quæ leguntur & notantur. j. de pecu. cleri. c. fi. & de offi. ord. c. pręsenti. li. vj. Ideò procuratorem constituit ante litem contestatam, quod non faceret nudus procurator. arg. eorum, quæ leguntur & notantur. C. de bo. ma. l. j. & de procur. c. ij. li. vj. ¶ Verum Io. de Lignano super hoc sic distinguit: aliquando prȩlatus agit tanquã administrator ecclesiæ: & tunc si impetrat iudicem dominum, vel familiarem: aut cõsanguineũ suum recusari potest: & sic procedit ista decre. ¶ Aliquando prælatus agit per procuratorem: & tunc secus: quia isto casu potest testificari: vt. c. insuper. & c. nuntius allegatis. ¶ Sed de hoc secundo membro miror multum. Nam argumentatio de teste ad iudicem non valet: cùm facilius recusetur iudex, quòd repelletur testis: vt notat hic Bernar. ante finem. i. glo. Qualiter tamen in teste procedat, videbitur in. c. insuper. & c. nuntius. Sed saltem quo ad casum nostrum, non apparet mihi realis differentia inter modũ agendi per se, vel per procuratorem: quia vtrobiq; est eadem affectio, & similis causa recusationis: quia qui per alium facit, per se ipsum videtur facere: per communia iura. Nec commodum spectat ad procuratorem, sed ad dominum. Ideò non ipsius, sed domini persona spectanda videtur. Si verò ageret *Prælatus* pro bonis suis patrimonialibus, vrgeret secundum eum istud cap. à fortiore ratione.

2 ¶ † QVARTO opponitur, quia nõ videtur indistinctè verum, quòd familiaritas sit iusta causa recusationis. arg. eorum, quę leguntur & notantur. ff. de verb. signifi. l. latę. § amicos. j. de appella. ex insinuatione. vt lit. non contest. c. cedat. s. de rescrip. ad hæc. ¶ Sol. fatentur Inn. & Ber. in gl. j. quòd non quælibet familiaritas ad hoc sufficeret: sed requiritur secundũ Innoc. quòd sit familiaritas domestica, vel socialis. ar. iij. q. v. accusatores. ¶ Sed nũquid si sit suspectus ei dominus: suspecta est & tota familia eius? videtur, quòd non: quia non sequitur: suspectus eò, quia consanguineus: ergo suspecta est familia tua. Innoc. tenet contrarium, & reddit rationem diuersitatis inter proximos casus. Nam propter suspitionẽ domini, in casu in quo quærimus, non redditur suspecta ipsa familia: sed quia inuicem familiares sunt. Si enim dominus meus est, & ego ipsius familiaris: sequitur quòd sum familiaris omnium familiariũ eiusdem domini. Quæ ratio in alio casu cessat. igitur &c. ¶ Sed nunquid, si dominus eximit à iurisdictione suspecti iudicis per recusationem eximitur & tota familia sua: videtur quòd sic. p. l. j. C. si quacũq; prædttus potestate. Sed dicit Inno. quòd fortè hoc non est verum: nisi in casu illius leg. Et quantum ad hoc distinguendum est, secundũ eum inter familiam, quæ est in potestate constituta, & alios familiares. Et intelligit Innoc. extraneam familiam eorum, qui in potestate non sunt: vt. C. de iur. donum. l. fin. § similiq; modo. ¶ Ex quibus infert Hosti. quòd non sufficit excipere iudicem familiarem, nisi causa familiaritatis proponatur: quia non modica: nec quælibet familiaritas ad hoc sufficit, vt hîc notatur, per Innoc. & Bernardum. inducit decre. accedens. j. vt lit. non contest. per alia iura allegata in. j. glo. Bernard. Sicut nõ sufficit excipere, quòd sit nimis propitius: vt. s. de rescrip. c. ad hæc. Aliàs quilibet sit alteri naturaliter

3 obligatus ad familiaritatem & magnam affectionẽ. ¶ 3 Inn. omnes sum⁹ cognati, secundũ ius naturale. ff. de iusti. & iur. l. j. in fi. & ij. & iij. Hostiẽ. Facit. ff. de seruis expor. l. seruus. ea lege in fi. Faciunt notata. j. de excep. c. pia. li. vj. super verbo. speciem. per Ioan.

4 ¶ † PRIMO quæritur. Pone: Constitui procuratorẽ meũ ad causam consanguineũ ipsius iudicis. Nunquid per partem aliam poterit recusari vt suspectus? videtur, quòd sic, ad instar eius, quod hîc dicitur de Prælato, iuncto quòd prælatus procurator est: vt dicto. c. fructuarij. ¶ Collec. tenet contrarium, & dicit hoc casu saluari posse, quod notat Spec. eo. tit. § restat. Pro quo facit senten. Ioan. And. de qua vide de iudi. cum venissent. quia hoc casu commodum, vel incõmodum non spectat ad procuratorem. ij. q. vj. biduum. Sicut spectat ad prælatum: qui & si procurator sit, liberam tamen habet administrationem. s. de elec. cum nobis. & eo. tit. his datis. li. vj. Et ex hoc infert, quod si aduocatus partis sit familiaris iudicis non propter hoc recusatur: vt. j. de offi. iudic. c. ij. & remittit ad Archi. eo. tit. iudex in prin. lib. vj.

5 ¶ † SECVNDO quæritur. Pone: vnus capellanus, vel clericus. Episcopi, cuius ego sum etiam familiaris: me in iudicem impetrauit: nunquid potero per partem aliam recusari? videtur quòd sic, per istã decre. & per ea, quæ dixi in quarta oppositione. Collec. tenet contrarium, quia non sufficit quælibet familiaritatis, sed requiritur illa, quæ habet potestatem Imperandi, sicut est Comes, dominus, vel eius officialis non ratione, quia familiaris, sed quia idẽ auditorium vtriusq;. & per consequens quia potestatẽ habet officialis ab Episcopo: vt de appel. Romana. in prin. lib. vj. ¶ Intelligunt enim Inn. & Hostien. quod hic dicitur de familiaritate potestatis secũdum eum. Verè miror de Collect. qui conclusionem supra proximã nititur deducere per dicta Inno. qui tamen ad literam tenet contrarium, dicens: quòd in casu familiaris vnus domini, tota familia eiusdem domini est suspecta. Et nescio

quo spiritu ipse restrinxit dicta Inno. ad familiaritatē habentem potestatem imperandi: cum ipse Inno. in prin. suæ tertię glo. loquatur generaliter de familiaritate dominicali, vel so-
6 ciali. ¶ † Et quod inferius subdit Innocē. de distinctione facienda inter familiā, quæ est in potestate constituta, & alios familiares: non videtur bene extendere Collec. quia Innocē. hoc dictum videtur retulisse ad id, quod proximè dixerat de le. j. C. si quacunq; præd potestate. Vel intelligitur, quòd in hoc sit differentia: quia familiares constituti sub vna potestate. i. est sub vno domino, & in vna domo, cōtinuò simul conuersantes, & ipse dominus vnus, videlicet pro alio datus iudex recusari possunt generaliter, vt suspecti. Cœteri verò non sic semper. ¶ Vnde distinguere potes, secundū mentem Innoc. quia aut est familiaritas talis, quæ ratione similitudinis & continuæ, vel quasi conuersationis, inducit præsumptionem singularis affectionis: vt quia simul bibunt & commedunt in mensa eiusdem domini: vel simul in vna professione continuò, vel quasi inuicem famulantur: sicut canonici eiusdem ecclesiæ, qui continuo, vel quasi simul congregantur in diuinis officijs celebrandis & communibus negotijs ecclesiæ pertractandis, & mercatores, qui in mercatione facti socij simul continua negotia tractant: & auditores causarum palatij Apostolici qui simul continuò & familiariter ad causarum consilia accedunt, & eiusdem status, gradus & conditionis existunt. Et in istis de mente Innocē. dicerem, quòd vnus datus iudex in causa alterius posset recusari, vt suspectus. Et est ratio hui⁹, quia talis familiaritas, seu societas, cuiusdā fraternitatis vim habere censetur: vt. ff. pro socio. l. verum. Et de hoc reputo textum in ratione. j. eod. c. cum R. cum ibi notatis. ¶ Sed si esset alia familiaritas, non habens tam mutuam conuersationem, nec tam simultiuam & continuam & communem famulationem, sicut sunt subditi eiusdem domini, capitulum non commensales eiusdem Episcopi, & eiusdem ecclesiæ clerici simul nulla vel pauca tractare habentes: starē bene cum opinione Collect. quia ista est magis remota, ac leuis & modica familiaritas, quæ non reddit quem suspectum, vt hîc notant Bernar. Inn. & Hosti. ¶ Nec placet mihi dissolutio quā dat Collect. ad. c. cum R. ponendo differentiam inter temporale & perpetuum: quia familiaritas, quæ potest esse perpetua, pro perpetua habenda est: vt. ff. de condi. indebiti. l. sufficit. Fateor tamē, quòd tota ista materia arbitraria est: vt notauit Hostien. j. vt lit. non contest. accedēs. vbi de ista materia habetur. & de hac etiam per Henric. j. de ap. postremò.

7 ¶ † TERTIO quærit. Collec. Nunquid pater potest esse iudex in causa filij, videtur quòd non, per. c. postremò. j. de appel. & .xi. q. vij. in fi. & . ff. de iurisdictione omnium iudi. l. qui iurisdictioni. vbi de hoc per Accursium, & per Ioan. in q. v. c. j. & .iij. q. vij. c. infamis § tria. vbi etiam de hoc per Archidia. Butri. & Barto. tenent in. l. qui iurisdictioni. qui dicit quòd quis non potest dicere ius liberis suis: quòd illa intelligitur in ordinario & in criminalibus: secus in delegato, & in ciuilibus. ¶ Sed Iac. de Rau. & Ioan. Nicoti tenent, quòd loquitur dum procederet pater ad instantiā filij: secus si ad instantiam alteri⁹ partis, per. l. nam quod. ff. ad Trebellianum ¶ Colle. verò hic dicit indistinctè, quòd pater potest esse iudex in causa filij recusatione cessante, & quòd hic videtur esse mens Accurs. in. d. l. qui iurisdictioni. Et not. Archid. in dicto § tria. allegat. De quo per Hostien. in Summa. de re iudi. § quis debet, versu, sed nunquam. & sequen.
¶ Item etiam vbi actio, vel res est tempore peritura, vsq; ad lit. contest. Nec tunc habet locum recusatio. ff. de offi. presb. l. senatus. de fer. l. solet. de iudi. l. ij. § peoul. no. Archid. vbi. s. & Ber. j. de foro compe. cum contingat.

8 ¶ † QVARTO quęritur, nunquid ordinarius potest recusari, eo quòd dominus est partis: videtur, quòd sic ex idētitate rationis. ¶ Sed dic contra per. c. cum contingat. allegatum. & . s. de officio Archi. dilecto. ¶ Vel dic, quòd loquuntur, vbi cognoscit inter familiares: vel vbi familiaris est reus.

¶ Notat Accurs. vbi. s. & Spec. de dila. § ij. circa princip. tamen actor posset ante litem cōtestatam pœnitere, & petere causam alterius delegari. j. de so. compe. si quis. ff. de iurisdi. omnium iudi. si cū venerit. Collec. Videbitis in. c. cum con-
9 tingat. ¶ † Qualiter autem prælatus in causa ecclesiæ possit esse iudex, remittit Collecta ad notata sua. j. de iudi. cum venissent. ¶ Supple glosam. ¶ In glo. j. ibi. *Iud. com.* s. c. causam quę. ¶ Et ibi. *Accusatores.* vbi de hoc. Et ibi. *l. hom.* lex ista conuertit casum. si cum contemplatione domini tota familia eximitur à iurisdictione iudicis suspecti. quod fortè non est verum: nisi in casu illius secundum Innocen. dixi. s. ¶ Et ibi: *postremò.* quod intellige, vt ibi notatur. ¶ Et ibi. *literas.* & canonicus pro canonico. c. dilecto. qui tamē à iudicio recusatur. j. eo. cum R. ¶ Et in fine. eadem ratio notatur. iij. q. s. c. j. in fi. magnæ gloss. Et illud cap. allegat hîc Hostien. pro contrario ad ea, quæ dicta sunt pro familiari admittendo in testē. Et soluit, quòd illud intelligitur de infantibus, vel quibus imperari posset, seu qui de facili deierarent. ¶ In gl. ij. in fine. vel fuit causa commissa simpliciter. secundùm Vincen. ¶ In gl. *sic patet.* ibi: *de nouo.* & sic soluuntur hæc contraria, quæ signabat hîc Hostiē. de. l. exceptionem. C. de probatio. ff. de procurato. Pomponius § rati. j. de re iudi. inter monasterium. s. eod. gratum. in fi. cum suis concordantijs. Et ibi. § *cum quidam.* & § sacerdotio. & . C. de consor. eiusdem lit. l. ij. & . j. de excep. c. pastoralis. Hosti. ¶ In glo. *si pars.* ibi: *posset recusare.* propter nouam causam aliam ab istis. Nam propter has causas, non potuisset iste R. eos in iudicio recusare. Extra iudicium verò sibi prouidendo, alios potuit petere. Gof. ¶ An autē. iudicem, quem semel elegi, vel testē quem semel produxi, possim in alio iudicio recusare? dicam. j. de except. cum venerabilis. de quo ibi per Nouellam in gloss. quasi dicat versu, sed & hoc. & versu itē si. Et de materia huius. c. remittit Henri. ad notata sua in. c. postremò. allegato.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Delegatus Principis, an sentētiam suam exequi queat? Et quid de ipsius subdelegato, qui alium sibi subdelegans, aliquid de iure sibi reseruauerit, & ad quem infra annum pro exequutione habenda recurretur. Item quid dicendum sit, si nihil ex iurisdictione reseruauerit, & ad quantum temporis duret talis subdelegatio siue potestas subdelegati.*

2 *Annus prout hîc consyderatur, quando currere incipiat, & quo tempore iudex possit suam exequi sententiam.*

3 *Quadrimestre miserationis causa condemnatis datum, quibus actionibus locum habere dicatur? Et quando currere incipiat, etiam ei qui confessus est. nu. seq.*

5 *Ordinarij iurisdictio tempore non expirat. num delegati, aut vlterius iurisdict.*

6 *Sententia lata, si victorem victus inquietet, an prior delegatus de eo cognoscit?*

7 *Delegatus ante litem contest. etiam post annum ante sententiam ab excommunicatione absoluere potest.*

8 *Delegatus Apostolicus ad sententiæ per ipsum latæ executionē, excommunicationem contra fautores & cōicantes, an aggrauare possit?*

9 *Executor, si in ipsius prouisionis initio quædam ad beneficiū, de quo prouidetur spectare negentur, an de eo sit ipsius cognitio?*

10 *Eligendi potestatem, quandiu candela ardens duret, habentes ante candelam incensam vnum eligunt: ac deinde incensa candela accensa, alium eligunt: an id possint?*

11 *Nullitate iudicio pendente, an executio fieri possit?*

12 *Brachium seculare, num ad executionem sententiæ iudicis ecclesiastici inuocari possit? remiss.*

13 *Iudex sententiam suam, siue ordinarius, siue delegatus vndecunq; sit, qualiter exequi possit? remiss. Et ibidem in Princi. delegato principalia quatuor. Et quid de arbitro, etiam simplici compromissorio? nu. 14.*

15 *Delegatus ordinarij an absoluere possit, & quando?*

Cap.

¶ CAP. XXVI.

QVærenti. ¶ Cas. Delegat⁹ Papæ vsq; ad integrum annum, sententiam suam exequi potest & pars huius. j. de verb. signi. querenti. ¶ Dicit autem Nouella, q hic proponitur quæstio & q in proposita quæstione primo ponitur prima opinio: & secundo ponit. ij. opinio. ibi: *al j autem*. Tertiò ponit tertia opinio, quæ dicitur vera solutio. ibi: *nos tamen*. Et etiam interseritur quarta opinio, ibi: *non solum*.

¶ Expone literam. *A nobis*. vel quocunq; alio iudice. j. eo. c. § j. Hosti. *ex commonicat*. exequendo sententiam, aliàs parum prodesset etiã si pignora traderentur. j. de re iudi. cum aliquibus. Host. ¶ *Fanchus*. s. eo. in literis. *Durer*. in perpetuum. *vt a terram*. quasi diceret ne oporteret longi⁹ laborare, & ei p quo lata est sñia citius satisfiet. Sic de offi. ordi. c. pastor. lis § pen. Host. *Æquitatis formam*. i. æquitate pensata, mediam viã eligentes. quæ æquitas semper pensanda est. j. de transac. c. fina. ¶ Inducit Host. p media via. s. de offi. custo. c. j. § lampades. vbi de hoc. Inducit Collect. de restu. spo. literas. de vi. & ho. cler. à nobis. ¶ *Statuimus*. non dicit respondemus. Per qđ patet, q istud c. nõ restringitˀ ad casum ppositũ. s. qñ delegatus post sñiam aliquid fecerat, vt hic: quia excõicauerat non parentẽ: licet Boat. hoc habuerit pro dubio. s. fecerit, vel non fecerit, duret eius potestas, vsq; ad ãnũ, vt huius statuti verba sonant. ¶ Opponit primò de. l. à Diuo Pio. in princ. ff. de re iudi. per quam videtur executionem ad delegantẽ remittendã fore. † Quidam dicunt, q illud obtinet in iure ciuili, q delegatus Principis sententiã suã non potest exequi. Sed hoc nõ est verũ: quia q imo exequi possit, videtˀ textus de iure ciuili C. de iudi. l. fi. in fi. & in auth. de exhi. reis § si verò. Et ita tenet Bar. in. l. à Diuo Pio. Nec obstat illa lex, quia non loquitˀ de delegato Princip. sed loquitur in iudicibus datis à magistratibus rei pub. Ideò per illam leg. dicere habemus, vt videtur, q hęc decret. ius continet speciale in delegato Principis: nec habet locũ in delegatis aliorum ordinariorũ: de quib⁹ remittit Io. de Ligna. ad not. j. de fo. compe. si quis contra. Et hoc tenet Host. dicens, q pro executione sententię latę per delegatum ordinarij, ad ordinariũ recurretˀ, per dicta. l. à Diuo Pio. dicã. j. c. quærẽti. post. viij. q. in dictis Hẽr versu, tertio de delegato ordinarij. ¶ Sed quid dicemus de subdelegato delegati principis. Dicit Host. q si delegat⁹ subdelegãs aliqđ de iurisdictione sibi retinuit. j. annũ pro executione, ad eũ recurretˀ etiã si reseruauit sibi tm̃ executionem, vel excommunicationem dicens, reseruata nobis sententia maioris excõicationis super exequutione talis negocij vobis cõmittimus vices nostras. ar. hic, &. j. c. j. § porrò. ¶ Sed si sibi nihil retinuit, tunc dicit Hosti. q fortè ad quadrimestre tempus tantũ durabit hęc potestas in subdelegato, quasi virtus clausulæ appellatiõe remota per subdelegationẽ fuerit exinanita: vt. j. c. j. § si verò. Et sic saluũ remanet solũ ius cõe quadrimestris tẽporis. ar. huius literæ: dũ dicit: *à nobis*. Et sic non transeat priuilegiũ in tertiũ, sicut nec excõicatio. Facit quia nec delegat⁹ delegati Principis, suus delegatus est. ar. ff. p socio, quia admittit. & l. sequẽti. Licet sit arg. cõtrariũ. ff. de testi. l. ad testiũ in fi. Facit p &. contra. ff de pecu. l. si seruus meus. & duab⁹ leg. sequẽ. ¶ Subdit etiam Host. q secundũ prędicta latet hic vna virtus clausulæ, appellat. remota, quæ non exprimitur inter nouẽ alias, in summa. e. ti § quomodo decretalis. versu, pręuaricatores. & sequenti. Dicit Nouella q hęc opinio sibi non placet sed nõ iustificat dictũ suũ. ¶ Io. de Lign. dicit, q distinctio Host. sibi nõ placet quo ad membrum primũ: quia nõ reperit hoc expressum iure. s. quòd subdelegatus delegati Principis etiam. j. quadrimestre sententiam exequatur.

¶ Henricus verò. s. eodem. significasti. distinctione. ij. ad finem & post princ. dicit idẽ, quod in delegato. Dicit tñ, q fallit vbi delegans retinuit sibi executionem. j. de app. vt nostrũ vt eccl. bene. c. vno. j. eo. si delegatus libro. vj. Collectarius. dicit indistinctè idem, quod in delegato: quia causam habet à delegato. & hoc vbi in totũ cõmisit, aliàs lata sñia esset forsam recurrendũ ad delegãtẽ: si sibi executionem reseruasset, aliàs subdelegatus exequatur. e. ti. si delegatus. lib. vj. Inducit notata. j. eo. super qõnũ. vbi notãtur casus quibus est deterioris conditionis iurisdictio delegata in personam subdelegati. Nec cauetur ibi, quòd in isto casu sit deterioris cõditionis: quare &c. Et videtur secundũ eũ hoc Inn. clarè notare in dicto. c. nouit. ¶ Sed vt clarius istam materiã habeas, sic distingue. Quia aut sola causæ cognitio & decisio est subdelegato commissa: & tunc ipse nõ possit exequi. Et est ratio huius: quia istæ commissione stricti iuris sunt: & non extenduntur nisi ad ea quæ in eis continentur. j. eo. cum olim. vel ea sine quibus commissa expediri non possunt. s. eo. præterea. & c. prudentiam. cum vtrobiq; notatis. Modò absque potestate exequendi possunt expediri cãæ cognitio atq; decisio. Igitur si non est cõmissa executio non potest venire in modum sequelæ, vel accessionis. & ista potest esse ratio. l. à diuo pio. in princ. ¶ Caue tamen de notatis Henr. quæ habes post quęstiones, versu, tertio de delegato ordinarij, quæ nimis facere videntur in contrariũ. ¶ Aut est commissa executio: & tunc puto, quòd nisi commissio executionis per committentem fuerit limitata poterit talis subdelegatus j. totum illud tempus. j. quod illum poterat facere delegatus videlicet. j. integrum annum. Nam cum reperiam generaliter delegato principis à iure concessum. q possit subdelegare. s. eo. quamuis. Nec reperio articulũ executionis exceptum illum, dicam inclusum. ¶ Et si specialiter & expressè committeretur talis articulus, minus dubitarem. ¶ Sed si delegatus nũ committeret hoc specialiter, & expressè, sed generaliter committeret in totum vices suas, aliqualiter magis dubium esset. sed & tunc idẽ dicerẽ. Nam per talem cõmisionẽ delegatus totum id, quod habet de iurisdictione in causa illa à se abdicasse, & in subdelegatum transtulisse videtur: maximè ex quo subdelegat⁹ vti incœperit. Et ideo hunc articulum cum sit de iurisdictione videtur etiam transtulisse. vt. j. e. lib vj. c. iudex. & c. quis. & c. si delegatus. in fi. à contrario. cum ibi notatis. per Io in vltimæ glo. ¶ Idem tenet Henric. siue simpliciter, siue totaliter cõmissæ sint vices: quia re non integra, reuocari non potest j. c. proxim. c. porrò. c. venerabili. & c. quamuis. libro. vj. Et idem tenet, si simpliciter, sed non totaliter, puta donec reuocauerit, &c. s. antequam reuocet: vt. c. si delegatus, allegato. quia quo ad hoc, & absolutionem, fungitur vice delegantis, sicut delegatus. j. e. ex literis. Post remotionem verò solus delegatus ista potest infra annum arg. notatorum in Specu. de sententia § vt autem. versi. sed pone. Iudex delegatus, secundũ eũdem Henric. Dic tamen vt suprà de quibus videbitur. j. c. proximo § porrò. Facit, quia si delegans in totum perdit iurisdictionem suam, etiam in articulo executionis: vt per iura proxima. Igitur censetur ille articulus translatus in subdelegatum. Nam oppositum consequentis istius consequentiæ, infert oppositum añtecedentis. vt. ff. ex qui cau. ma. l. denique. in fine, cum concordantijs. ¶ Et miror satis de imaginatione Host. super tempore quadrimestri: quia salua pace sua, illud non concernit potestatem exequẽdi, sed dilationem legis datam condemnatis: nec habet illa dilatio semper locũ: vt patet ex notatis Bernar. & Inn. super verbo, quadrimestri. igitur qũo. Hosti. trahat hoc generaliter ad limitandam potestatẽ exequẽdi, ego nõ capio: maxiẽ cũ hec imaginatio dãnetur in textu nostro. ¶ Aut enĩ dices, q nõ transit articulus executionis: & tunc nec. j. quadrimestre poterit exequi. Aut dices, q transit: & tunc dicã, q transit cũ sua qualitate: vt. ff. de adimen. & transfer. le. l. legatũ. sub conditione. cũ cõcor. ibi signatis. Nec obstat. j. c. proximo § si verò. vt ibi dicam. ¶ Sed adhuc magis miror de imaginatiõe Host. circa virtutẽ clausulę app. remota. Tũ, q nõ apparet hic mẽtio de dicta clausula. & ita nimis ad lrãm diuinare vr̃. Maxiẽ cũ hoc eẽt restringere de. i. c. sine cã, & vltra modũ. Q lrã loquitˀ gñaliter & habet alia iura cõcord. quę loquuntˀ etiã generaliter: vt. s. eod.

ſigoificaſti & alijs ſuperius allegatis quę generaliter debent intelligi; vt. ff. de lega. præſtan. l. j. § generaliter. Non ergo reſtringatur ad delegatum cum clauſula, appellatione remota. Tum quia virtus clauſulæ appellatione remota, in nullo cõcernit iſtum articulum: an delegatus vel nõ delegatus poſsit, vel non poſsit exequi ſententiam ſuam ergo ad illum nõ debet extendi ar. ff. de calumnia. l. vltima & de condi. & demõſtra. l. pater in fi. Dixi de hoc. ĩ. e. paſtoralis § ſi verò ꝑ an quanta qõne & ĩ. e. c. poſt. viij. quæſtionem in dictis Henric.

¶ Secundò opponit ibi: *infra annum*. quia ſecundùm hoc, ſi appellatum foret à ſententia, & per annum neglexiſſet appellans, iudex poſt annum non poteſt exequi. Quod eſt falſum vt. ĩ. de app. perſonas. & ĩ. eo. c. paſtoralis § prætereà. ¶ Sol. dicit Inno. ꝙ iſta decre. locum habet, vbi non eſt appellatũ.

2 ¶ Pro cuius intelligentia. ¶ † Quæro primò, quãdo incipit currere, iſte annus. Breuiter putant quidam ꝙ à tempore, quo ſententia tranſit in rem iudicatam: quia antea iudex non poteſt exequi. ĩ. de ap. non ſolùm. li. vj. cum ibi notatis & tamẽ non habenti agere non currit præſcriptio. C. de annali exceptione. l. j. in fi. Et ſic ſecundum iſtos malè ſtaret glo. Innoc. quia etiam ſi eſſet appellatum, locus eſſet iſti decre. tamen puto, ꝙ imo currit à die ſentẽtiæ latæ per te tum iſtum. ¶ Nec obſtat, ꝙ non valenti agere concurrit præſcriptio: quia iſta decretalis voluit, ꝙ tempus iſtud eſſet continuum à tempore ſententiæ latæ. Et ita per conſequens, ꝙ. x. dies. ſ. quos licet appellare includerentur in illo arg. eorum, quæ notantur. ff. de diuerſis & temp. preſcrip. in rubrica & in. l. j. ¶ Vnde dicit Hoſti. erit integer & continuus trecentorum ſexaginta quinque dierum. ff. de ſta. li. l. iiij. § Stichus. ff. de ver. ſig. l. anniculus enim. Et ꝙ ſit cõtinuus, notat Archid. vt hîc dicit Collec. xxj. di. inferior. ¶ Et ſic terminauit Clemens quartus ſecũdũ eum. Hinc eſt, ꝙ excommunicatum poſt ſententiam vltra annum non poterit abſoluere, niſi ſuperior: ſecus tamẽ, ſi fuiſſet excommunicatus añ litem conteſtatam: quia tunc. ĩ. annum, vel poſt coram delegato veniens audiretur, ſecundum Hoſti. quod intellige ante ſententiam vel ſaltem añ lapſum anni, qui datur ad exequendam, Nam poſt ea dicerem, ꝙ ſolus ſuperior abſoluere poſſet ex idẽtitate rationis. ¶ Sed nũquid eſt hoc ſimpliciter verum, quod dicit Inno. ſ. ꝙ non habet locum hoc, quando eſt appellatum. ¶ Caue bene ne decipiaris quia primo habet locum iſta decre. quando eſt appellatum. ¶ Sed aduerte quia aut appellans deſerit appellationẽ: & tunc curſus anni, qui per appellationem fuit, ſicut & ſentẽtiæ executio, ſuſpenſus, vt. ff. ad Turpilianum. l. j. in fi. & . ff. de hijs, quæ notantur infa. l. ſurti § j. per deſertionem recuperat fluxum ſuum: ſicut & ipſa executio ſumit vires: quia ceſſãte impedimento, ceſſare debet effectus ipſius impedimẽti de ap. cum ceſſante cum ſimilibus: Et hoc eſt, ꝙ voluit dicere Inno. dum dixit, ꝙ non habet locum, vbi eſt appellatum. Voluit enim dicere, ꝙ curſus anni non habet locum appellatione pendente: quia poſt deſertionem poterit exequi, etiam anno elapſo. ¶ Aut appellans non deſeruit appellationem, ſi eã proſequutus eſt: & tunc ſi reuocetur ſententia prima, & reuocatio tranſeat in rem iudicatam: de illius executione amplius quærendum non eſt: ſed ſuper executione reuocatoriæ credo locum eſſe iſti decre. quia loquitur generaliter, vt dixi.

¶ Si verò fuerit confirmata: tunc quia non exequitur prim⁹ iudex, ſed confirmãs, ſecundum Hoſti. hîc. de quo dicetur. ĩ. eo. paſtoralis § præterea in fi. datur nouus iudici confirmanti ad exequẽdã ſententiam ſuam confirmatiuam, à tempore illius ſententię currẽs, ſi ab ea non fuit appellatum. Dic de tertio iudice, ſicut dictum eſt de ſecundo.

3 ¶ † Quæritur primò ibi: *quadrimeſtre*. vtrum habeat locum in omni actione? ¶ Dicunt Inno. & Ber. ꝙ non: niſi in perſonali tantum. C. de vſur. re. iudi. l. ij. & . iij. & . ff. de iudi. l. ſi debitori. ¶ Quid ergo ſit in reali? dicunt, quòd lapſis. x. diebus ſtatim ex quo tranſijt in rem iudicatam, eſt locus executioni, ſi res reſtitui poteſt: alioquin datur ad reſtituendum. & condemnatur ad cautionem de reſtituenda æſtimatione ſi non reſtituatur res Inſtit. de offici. Iudic. § & ſi in rem.

¶ Sed cõtra. ff. de vſur. l. in fide iuſ. ¶ So. ibi agebatur actio. ex teſtamento, quæ eſt perſonalis, non rei vendicatione. Sed adhuc contra. ff. quod met. cauſ. l. ſine exceptione § quòd ſi homo. ¶ Solu. ibi agebatur actione quod met. cau. quæ perſonalis eſt. Inno. & Hoſti. ¶ Sed quid de criminalibus? dicit Inno. & Bern. hîc, & Ioan. xj. q. iij. cum apud. quòd non habet locũ, quadrimeſtre, ſed ſtatim fit exec. Nec obſtat de re iudi. quãd ad cõſultationẽ: vt patet ĩ caſu ibi notato. Facit. ij. q. j. ſicut exceptis caſib⁹ no. xj. q. iij. cũ apud. quos hic narrat In. & caſu notato. ij. q. vj. ſi quis ex pluribus. Sed Goff. dicit, ꝙ in iuribus de hoc loquentibus exponit ſtatim. i. poſt quatuor menſes. & de re iudi. capitulo ſecundo. & capitulo quod ad conſultationem. videtur hoc relinquendum iudicis arbitrio ſecundùm Collect. Sed tu dic, vt. ſ. ¶ Sed quando incipit currere hoc tempus quadrimeſtre condemnato, concordat Innocent. cum Bern.

4 ¶ Sed quando incipit currere confeſſo? dicunt, ꝙ à die confeſsionis: vt. ff. de confeſsis. l. certum § vlti. Quod intellige, vt ibi notatur. ¶ Vel dic cum Hoſti. iſtud locum habere, vbi agebatur. Si enim oblatus eſſet libellus neceſſe eſſet ſententiã dari. ĩ. de rerum permu. cum olim. Et idem notatur in dicta l. certum § fi. Et eſt ratio: quia confeſsio, quam non præcedit libellus, habetur pro ſententia: nec requirit aliam ſententiam poſt ſe: nec præceptum ſequens dicitur ſententia: ſed tendit ad executionem vt. ff. de confeſ. l. j. & ibi notatur per Bar. Facit lex vlti § vlti. & . l. certum. in fin. allegatis. & . C. e. l. vna. & . ff. de iudi. l. ſi debitori. & quod legitur & notatur. ff. de re iudi. l. poſt rem. ¶ Sed dum libellus, vel litis conteſtatio præcedit, natura iudicij iam fundati & figurati exigit, ꝙ ſententia feratur. Et ita intelliguntur. ff. de confeſ. l. Iulianus. & . l. quis Titium. Et ideo tunc non à die confeſsionis, ſed à die ſentẽtiæ currit hoc tempus. Et hoc teneas, quicquid videatur in cõtrarium notare Cyn. C. de confeſ. l. vna. Vide de hoc in Spec. de confeſſ. § j. in prin. & Collec. ĩ. de lit. conteſt. c. vno. & no Inſti. de ver. obli. § purè ſecundùm eum. ¶ Sed qualiter põt prorogari, vel arctari hoc tempus. ¶ Dicunt Inno. & Ber. ꝙ cum cauſæ cognitione. vnde dicit In. ꝙ prorogare poteſt iudex, pro qualitate cauſæ: vt ſi condẽnatus in reali rẽ reſtituere non poſsit ad præſens, & pro quantitate litis, ſi in magna quantitate ſit condemnatus: & pro obſequio perſonarum, vt ſi patri: vel patrono condẽnatus ſit filio, vel libertus. Et pro contumacia, vt ſi vincens in aliquo fuerit contumax: vt. ff. de re iudi. l. ij. ¶ Dicit etiam, ꝙ arctatur quandoq;, vt ſi alimenta conſtituantur, vel ſi minori per reſtitutiõem ſubueniatur Dicit tamen ꝙ rarò fit arctatio: vt dicta. l. ij. Et ꝙ ſi fiat à iudice ſuppletur, per legem. eo. tit. l. iiij. § ſi quis. De hoc tamen vide pleni⁹ per Bar. in. d. l. ij. cui⁹ dicta hîc nõ refrico qa iſta excedunt materiam decre. Licet. Io. de Lignano. hîc ea recitet decurtatè ipſum tamen Bart. minimè nominando. Et parcè de recitatione Bern. quia aliter non poterũt perfectè Inn. tradere. Et vide materiam pręmiſſorum in Specu. de ſenten. excommu. § videndum. ¶ Quid autem ſi ferretur ſententia ſuper priuatione eccleſiæ: vide Inno. in cap. quod ad conſultationem. allegato, ſuper verbo, quadrimeſtre. Deinde ſequitur.

¶ SECVNDO quæritur ibi: *vt delegatus*. quid de ordinario? dicit Inno. ad finem vltimæ glo. quòd in illo ſecus. Nã 5 † ordinarij ſemper habent iuriſdictionem: nec expirat tempore. & ideò ſemper abſoluunt.

¶ Imo plus dicit Inno. quòd ſi amoueretur ab ordinaria iuriſdictione, quam exercebant etiam infra annum, abſoluere non poſſent: cùm hæc iuriſdictio ad ſuperiorem, vel ſucceſſorem tranſeat. C. de iudi properandum. circa finem. Innoc. vel ad cap. & . ſ. de elect. venerabilem § fi. ĩ. de maio. & obe. cum olim. Sed quãdiu remanent in officio ſemper ſententias exequuntur: imò eas poſſunt melius reformare. De hoc infrà de accuſat. qualiter id eſt niſi ſint excõmunicati vel ſuſpenſi. ĩ. de exceſſ. præla. c. fi. ſ. de ſupplen. neglig. præla. cap.

Romana.li.vj. ¶ Et idem in delegato excommunicato, vel suspenso quia nec talis potest absoluere, vel ligare. xxiij. q.j.audiuimus. Vnde ad successorem delegati, qui in iurisdictionem succederet, recurrendum esset, & non ad delegatum depositum. s. e.qin.&. j.tit.ij.pastoralis § præterea. Hostie. ¶ Quid in delegato reuocato: licam. j. de offi.leg.nouit vbi de hoc in Nouella super.j.gloss. Hic tamen dicit Collec. Idē in delegato legati reuocati, vel agētis in remotis, propter difficilem accessum, & identitatem rationis. Inducit lega.& notata de rescrip. Statutum.lib.vj.

6 ¶ TERTIO, quæritur pone, quòd post sententiam vir eius inquietat victorem: nunquid de hoc poterit cognoscere prior delegatus? vide Ber. in gloss. sed quare. &. j. de sepul. in nostra. ¶ Distinguit autem Nouella dicens, quod aut victus paruit executioni, & victor aliquandiu habuit pacificam possessionem, licet posteà per eum inquietetur: & tunc delegatus se nō intromittat, per decre. in lris ¶ Aut executioni nō paruit, vel statum post executionem illum inquietat: & tunc secus, per iura pro hac parte inducta, per Ber ad quod inducit notata de elec. transmissa § j. & quod dicet. j. de præb. pro illorum. ¶ Inducit Collec. ff. de acquirē. pos. l. non videtur. cum glo. & collecta sua. de elec. in Genesi. & de app. cum teneamur. in ii. q. ac no. Inn. Hosti. & Nouellæ, de præbend. pro illorum. ¶ Inducit Io. de Lignano: quia illa, quæ fiūt in limine adeptæ possessionis, statim fieri & inesse videntur: vt. ff. si cert. pet. l. lecta § dicebam. s. de elec. offi. ij. & quod notatur eo. ti. c. commiss. lib. vj. ¶ Subdit tū, quod forma cōmissiōis attendi debet: quasi dicatur & defendas re ductum, semper hoc poterit: quia tunc habetur loco conseruatoris. Pro quo ipse inducit notata sua in dicto capi. illorū. ¶ Idem tenebant de ista. & de illa clausu contradictores, &c. Oliuerius de sarceto & plures alij restringunt tamē infra terminum: sed Mattheus Fre. & plures alij tenuerunt, quod non, ex quo semel peritum est cum effectu: quibus adhæret Collect. per ca. in his. quicquid hic notetur, vbi de hoc dicam. ¶ De hoc remittit Collec. ad collecta sua. de resti. spo. ex parte. &. s. eo. in literis. & ad no. Guil. in de, si plures. de præben. Cuius dicta recitat hic ipse Collec. sed ibi dicam. ¶ Quid si infra. xx. dies cōmittitur causa terminanda, &c. vide Archi. xxvij. q. j. si homo. & plenius Host. j. de re. iud. i. quod ad consultationem. & ibi dicam, licet hic tractet Collect.

¶ QVARTO redeundo ad Inno. quæritur ibi: *sicut o' ser*... qualiter hec inductio textus ad propositum faciat. de hoc vide Bernar. in glo. vlti. in fi. cui concordat Inn. ¶ Vel aliter secundum eum in hoc est similitudo: quia si ut contumax excōicatus ante litem contestatam infra annum cum super principali causa agitur, & post annum non auditur. xi. q. iij. rursus. & c quicunque. Sic etiam hic contumax audietur infra annum petens absolutionem, & post annum non audietur. ¶ Sed quare dicit ante litem contestatam? Respondet Innocen. quòd ideò, quia si post litem contestatam liqueret de causa, nō esset necesse excommunicare contumacem, sed diffinitiuam sentententiam ferre: vt. C. de iudi. l. properandum § siquidem. &. iij. q. ix. decernimus. Et si non liqueret de causa fieret missio in possessionem irreuocabilis. C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. Et tunc in neutro casu esset locus, vt posteà contumax audiretur Inno. Fa. j. de dolo & contumacia prout vt sic, secundum Gof. & Hosti exponatur litera ibi: *in illo*. si personaliter conuento. Et missionē passo, qui præstita cautione, & restitutis expensis possessionē recuperat ante litem contestatam. ¶ Dicit autem Nouella grosso modo loquendo ad iuuenes: dicere potes, quod hic est solum similitudo in temporis spacio: vt sicut ibi datur annus: sic & hic. Et est simile de consangui. non debet. ¶ † Sed nūquid ab excommunicatione ante litem contestatam potest delegatus absoluere, etiam post annum ante sententiam? ¶ Dicit Ber. quod sic quod fatetur Inn. etiam post diffinitiuam infra annum: quia perpetua est sua iurisdictio. s. eod. gratum. j. eo. licet. Et quia rescripta sunt perpetua. C. de diuersis

rescriptis. l. falso & cum hoc habes dicta Inno. Hosti. & Ioā. And. expedita & hoc de quarto notabi.

8 ¶ † Quintò pro expeditione aliquorū dominorū Collec. quæritur, vtrum delegatus Apostolicus ad executionē sententiæ per eum latæ potest aggrauare excommunicationem contra fautores & communicantes? ar. xj. q. iij. Roge. tenet quod non: quia non exercet su iurisdictionem, nisi in illis, quæ in sua commissione continentur. s. e. c. j. j. c. P. & G. quia rescripta sunt stricti iuris. Ideò sufficit pœna determinata li. et tales participantes possent à suis prælatis post monitionem excommunicari. ¶ Collec. videtur sentire contrarium, pro eo, quod cōceditur delegato potestas exequendi per censuram. s. eo. c. j. & c. significasti. Et magis accedit hoc ad suam potestatem, quàm illud de quo. s. c. prudentiam in fi. per Innoc. & Hosti. Facit opinio illorum, qui dicunt, quod potest inuocare auxilium brachij secularis. De quo videbimus. s. tit. ij. c. j. de quo tetigi. s. iij. q. j. Quę opinio videtur mihi probabilis, si delegatus non potest exequi & sic spes, quod pro hoc palleat & ita de facto seruatur.

9 ¶ Sextò quærit, quid si in limine prouisionis negētur aliqua spectare ad beneficium de quo prouidetur: nunquid executor cognoscet? videtur quod si., per ea quæ dixi. s. in. iij. j. q. quia in limine adepto possessionis hoc contingit. ¶ Dicit tamen Collec. quod audiuit magnos viros dicentes contrarium, ex quo de titulo non mouetur quæstio. Et secundum hoc, de hoc recurrendum est ad ordinarium: aut super hoc iudices impetrandi Nam aliàs magnæ fraudes contra iurisdictionem ordinariam contingi possent. Remittit ad collecta sua de sen. excom. per tuas in. xj. & xij. quæstionibus. ¶ Inducit, quod in hoc obuiandum est fraudibus. s. de rescrip sedes. ¶ Videtur sic distinguendum: quia aut ille, qui impedit nouum possessorem in limine possessionis in vna re, quod facit, quia prætendit non ad alium, sed ad se beneficium pertinere. Et per hoc defendit possessionem illius rei, tanquam ad beneficium pertinentis: & tunc possit se intromittere, vt executor. ¶ Aut non contendit beneficium ad se pertinere: i. e. in titulo, nec in possessione beneficij, aut iurium eius impedit alium, sed fatetur sibi titulum & possessionem. ¶ Vult tamē sibi defendere rem ex alia causa, vel titulo particulari: propter quē dicit non ad beneficium rem huiusmodi pertinere & tūc, quia non contradicit sententiæ, nec eius executioni de directo, nō habet locum officium executoris & probatur distinctio per ea, quæ in simili dicimus in rerum hereditariarum possessore per petitionem hæreditatis ab herede conueniendo vt. ff. de petit. hære di. l. regulariter cum. l. sequenti. Facit, quia sententia lata est super titulo & eius possessione in specie & in genere: ac per modum consequentiæ super pertinentijs. ¶ Sed super ista re, seu super isto articulo, an ista res sit de pertinētijs, non est sententia lata & minus super titulo particulari, ex quo possessor illam ad se pertinere contendit: igitur non videtur super hoc executioni demandanda. Et ea etiam ratio negetur in executore prouisionis: quia mandatum talis executoris non plus se extendit, quàm de sententia suprà dixi. ¶ Sed contra, quia cognitio huius articuli, vtrum res sit contradictoris, videtur ad executionem pertinere: vt. ff. de re iudic. l. a diuo Pio § si super rebus. ¶ So. ibi loquitur in casu, quo non potest aliter fieri executio in principali iudicato: hic secus. Igitur Alia verò hic notantur per Collec. quære in remissionibus. s. per me datis.

10 ¶ † Septimò propter aliqua notata per Collec. s. in lris quia hic dicitur, quod iudex licet functus officio per sententiam, potest exequi: Quæritur de. q facti vacante monasterio conceditur certis eligendi potestas, quādiu candela duraret. Isti autē accensionē cādelæ, eligunt vnū, post, accensa candela, eligunt aliū: nunquid possint? Videtur, quod nō: quia functi officio suo. s. c. in literis de re iudi. c. j. ¶ Collec pro secundo electio allegauit, quod dum officium non habebant, nō potuerunt illo fungi argu. de desponsa. impube ad dissoluendum indu. ebat. ff. de legatis secundo. l. vnum ex familia & lege cum pater

§ à filia. & notata per Archidi. de rescrip. gratia ad finem. & notata Cyn. C. de accus. si accusatoribus.

¶ Sed contra oppono de capitulo si compromissarius. infrà de electio. libro sexto. ¶ Solutio. tenendo hanc partem dicere posses, ꝙ illud capitulum loquitur in officium iam habente, illoq; vti valente sed hic secus ibi dicam.

11 ¶ † Octauò prosequendo collec. vbi supra quæritur, an pẽdente iudicio nullitatis debet fieri executio: vide. j. eo. pastoralis § si vero. ij. & iiij. q. & c. cum in iure. iij. q. & de re iudi. de cętero arguit, ꝙ nõ: qa nõ dicit cõdẽnatus, nisi ritè. ff. de re iud. l. iiij § cõdẽnatũ. eo. mõ inducere posset, eo. ti. si cũ nulla. C. de exec. rei iud. si cũ nulla. & ff. de iudi. l. si ꝑtor § Marcel. Et. C. si ex fal. instr. l. iudicati. Inducit. ff. de poe. l. ij. C. de exe. rei iudi. l. nimis propere. & Specula. de sen. exco § postremò. versi. xvj. Fatetur, ꝙ fallit in cle. ad compescendas de sequestratione & in cle. vt calũnia de re iudi. De hoc tangit Innoc. j. eo. cũ in iure & de app. ex ratione. ¶ Bar. hoc tractat in dicto § condemnatum & allegat textum in contrarium in quo videtur casus. C. de ord. cogni. l. vlt. Et dicit, ꝙ hanc. q. videt ponere Spec. de lit. contest. § quoniam autem. ¶ Finaliter distinguit Bar. Aut excipiens de nullitate non habet aliquid probare: vt quia dicit, non fuit citatus: vel non fuit procurator, qui egit. Et tunc exceptio nullitatis impedit executionem arg. C. de procura. l. licet & C. de senten. quæ sine certa quãtitate. l. ij. Et sic intelligit notata Inno. in. c. cum in iure &. s. allegata pro hac parte: videlicet. l. si cum nulla allegata & l. j. C. de execu. rei iudi. Aut aliquid est probãdum & tũc, aut probatio requirit altiorem indaginem: & tunc non impedit executionem ar. C. de sen quæ sine certa quãtitate. l. ij. Et sic intelligit notata Inno. in. c. cum in iure &. s. allegata ꝓ hac parte: videlicet. l. si cum nulla allegata & l. j. C. de execut. rei iudi. Aut aliquid est probandũ: & tunc aut probatio req̃rit altiorem indaginem: & tunc non impedit executionem: vt. C. ad leg. Corne. de falsis. l. j. in fi. Aut põt incontinenti ꝓbari. & tunc impedit executionẽ: vt. l. iudicati. & § Marcellus alleg. Et sic intelligit Spe. vbi suprà. ¶ Probat quia in executione debet interuenire causæ cognitio: vt dicto § si super. sed tunc seruatur dictus ordo. ff. de exhiben. l. iij § ibidẽ. ad Trebellia. l. ille à quo § si de tẽpore. Et dicitur incontinenti. i. infra tãtũ tempus, sicut est illud. j. quod discussio mobilium, immobilium, & nominũ suo ordine, ac executio nõ opposita tali exceptione fierent. ar. ff. vt in pos. leg. caẽ. l. si is à quo. in prin. & de contra. ta. l. non putauit § non quãuis. ¶ Sed aduerte, quia aliqualis differentia inter terminos Collect. & Bar. quia Collect. in agente. Bar. in excipiente loquuntur. dicam vt. c. cum in iure. & cle. vt calumnia allegatis. ¶ Subdit autẽ Collect. vbi. s. ꝙ de nullitate nõ admittitur agens, si factum ex quo agit, suã turpitudinem arguit: vt quia scienter egit coram suspenso notoriè per Papã à sua iurisdictione ¶ Et dicit se audiuisse antiquos abbreuiatores dicentes, ꝙ cancellaria super hoc non daret iudicẽ. Nec facit contra. j. de except. exceptionem. imo pro, secundũ eum, qui bene vidit. c. pia. e. titu. lib. vj. Saluo, quòd si aduersarius etiam sciuit, dolus cum dolo compensatur. Inducit collecta sua de rescrip. plerunq;. & notata. j. e. significantibus. & de transac. constitutus.

12 ¶ † Henricus suprà eo. significasti. in prima distinctione tractat qualiter ad exequutionem potest inuocari brachium seculare. Et quod dicit dè ordinario, dicã. j. de offi. ord. c. j. & quod dicit de legato dixi. s. eo. si quando. in. iij. quæstiõe. & quod dicam in cle. vna. j. eo. post Gul.

13 ¶ † Secundò in secunda distinctione ibi tractat, qualiter iudex potest suam sententiam exequi, & primò de ordinario dicit, quòd non potest post deuolutionem ad superiorem relationem, vel appellationem tractans materias capitulorũ. de post. præl. bonæ § nos igitur. vt lit. pendent. ecclesia. de appel. vt nostrum. & c. non solum. lib. vj. de offic. lega. licet. ff. nil no. appel. pen. ad Turp. l. j. & not. per Cardina. de elect. si postquam. lib. vj. Et materiam, quam tractant Cardi. & Archid. de appel. Romana. libro vj. de qua. j. eod. pastoralis § præterea. & notatorum Inno. de except. c. dilectæ. & Archidi. ac. ij. q. vj. c. anteriorum. Ber. de actu. ad petitionem aliis regulariter potest. C. de execu. rei iudi. l. eos. & ff. de re iudi. l. iiij. de offi. ordi. c. j. & c. ¶ Item ibidem prosequitur de delegato, qualiter sententiam suam potest exequi. & primò de delegato Principis ad certum tempus deputato, vtrum post illud potest exequi: de quo dixi. s. eo. de causis. quæstione. xvj.

¶ Secũdò de delegato princi. simpliciter dato, de quo hic & s. dixi. s. quod potest. j. annum. De subdelegato verò delegati Princip. dicit idem, quòd in delegato, de quo dixi supra in prima oppositione, ver. sed quid dicemus de subdeleg.

¶ Tertiò de delegato ordinarij, recitat opiniones: quia Lau. Tanc. Vinc. Gof. Phi. Bertran. Bonaguida. & Hostiẽ. in. c. si quis contra. de fo. compe. & Inno. s. c. significasti. & de arbi. innotuit. & Bar. & Lau. ij. q. vj. si quis. tenent, ꝙ non, per. l. à diuo pio. Idem Pet. de Sax. & Abb. in. c. significasti. ¶ Notantes quatuor specialia in delegato princip. quæ non habet delegatus ordinarij. ¶ Primum, quòd iste subdelegat: ille nõ. j. eo. pastoral. & c. fi. C. de iudi. l. à iudice.

¶ Secundum, quòd iste exequitur: ille non: vt suprà. ¶ Tertium, quòd iste citare potest per edicta. s. eo. gratum. ille nõ. C. de iudi. l. scimus. de quo in Spe. de citatiõe § sequitur videre, versu & nota.

¶ Quartum est. j. c. proxi § porrò. quæ notat Bonaguid. c. si quis contra. alleg. ¶ Idem videlicet quod non potest exequi delegatus ordinarij. Bern. Brix. & Spe. hoc ti § j. in fi. de quo etiam no. de sentẽ. execut § ij. in prin. Et videtur contra. per doc. in eo, quod scripsi. s. eod. decre. in prima oppositione, in prin. ¶ Sed cõtrariũ tenet Gof. j. e. ex literis. Inn. j. de off. or. cum. ab ecclesiarum glo. in fi. & ibi Nouella. & Ber. in. c. allegat. si quis contra. & Io. & Archidi. in. c. allegat. quisquis. Et Henric. s. eo. significasti. di. ij. ante finem. Quia hodie sententiæ realis executio, & in corporalem possessionem missio est delegabilis sicut alia meri & misti imperij. infrà de offi. ordi. quod sedere. vbi hoc nota. Ber. & Host. & Io. xxv. di. peruenit. & Spe. de iurisdictione omnium iudic. circa medium & Laud. & Zenzel. de fo. compe. c. vno. in cle. & Inno. infrà de ver. signi. delecto. Et quia ordinarius committendo simpliciter vires suas, censetur etiam executionem commisisse: nisi eam specialiter sibi reseruet. ar. j. c. si delegatus § fi. lib. vj.

¶ Item, quia contra delegantem, qui potuit verba aperti[*] declarare, est interpretatio facienda. j. de regul. iur. capit. contra eum. lib. vj. cum concordantijs ibi allegatis.

¶ Item, quia dato, quòd de sui natura, non veniret, tamen tãquam sequela & accessorium ad sententiam venire debet. ar. j. de præben. c. super eo. & c. quia sæpe. lib. vj. & c. si iuxta in cle. & C. de iudi. l. quotiens. & ff. de exercic. l. cuicunq; § pen. de quo dicam in capitulo si quis contra. de foro competen. allegato. in. iiij. quæstione principali. vbi nullo modo videre obmittas.

14 ¶ † Posteà de arbitrio, qualiter potest suam sententiam exequi, tractat, dicens idem in arbitro iuris, quod in delegato Princip. argu. j. eodem. ab arbitris. libro sexto. cum ibi notatis.

¶ De simplici verò arbitrio compromissario dicit, quòd nõ potest exequi sententiam suam, si non sit homologata tacitè, vel expresse: quia non parit act. in factum. C. de arbi. l. j.

¶ Nec si homologata sit: quia executio pertinet ad ordinariũ capitulo si quis contra allegato. & l. à diuo Pio. j. responso. C. de arbi. l. penul. de iudi. l. properandum § si autem reus. Ratio, quia arbiter non habet iurisdictionem sed solum notionem. ff. de re iudi. ait prætor. Et iurisdictionis pars est executio. capitulo allegato, si delegatus. ad fi.

¶ De exequutore autem quid iuris remittit ad Spe. de sententiæ executione § nunc dicendum. versu, vt autem in hac materia. Vide quod de hoc dicam. j. eod. pastoralis § si vero. in quinta quæstione.

¶ Hic autem Henricus tractat vsque ad quod tempus potest delegatus, vel subdelegatus suam iurisdictionem

exercere.

exercere. Et dicit, ꝙ habens iurisdictionẽ tempore limitatã posteà nil potest. de app. super eo. ij. § si. dixi. s. eo. de causis. quæstione. xvj. quia licet præscriptio legalis non currat non negligenti. C. de an. excep. l. j. in fi. Secus de inducta ab homine. Prorogare tamen posset de consensu partium infra tẽpus ĩ. eo. pastoral. s̃. eo. de de causis. no. Host. & Nouel. de re iudi. quod ad consultationem. ad fi. nõ habẽs verò tẽporis limitationẽ à Principe delegatos, semper ante sñiam potest: vt hîc notatur per Ber. & omnes. ¶ Post sentẽtiã aũt si semel est exequutum & petitũ, nil plus potest. Aliàs põs. ĩ. annũ. etiã post exequutionẽ si in limine possessionis adeptę fit violentia. Quod dic, vt dixi. s̃. e. c. in. iij. q. Nam verba cum effectu sunt accipienda. ff. quod quisq; iur. l. j. in fin. de pœ. dist. ĩ. c. hęc autem verba. de cleri. non res. relatum, nisi esset ab eo appellatum: quia tunc etiam post annum finita appellatione, infrà tamen annũ post finem appellationis posset. Quod dic vt scripsi. s̃. in. ij. oppositione: saluo quod dicã. ĩ. eo. pastora. § prętereà. Et idem de absolutione excõicationis: quia delegatus potest infrà, & nõ post annũ: vt dicã. in. c. pastoralis. § si verò. ĩ. de offi. ordi. ¶ Posteà hîc tractat de subdelegato. qđ scripsi. s̃. e. in. j. oppositione. ¶ † Consequenter hic tractat de delegato ordinarij, quod scripsi. s̃. e. versu. tertio de delegato ordinarij. ¶ Et subdit, ꝙ talis absoluere potest, quãdiu manet iurisdictio penes eum: quia regula est, ꝙ valens excõicare, valet absoluere. ff. de re iudi. condẽnare. &. s̃. eo. prudentiam. § sexta. Modò ipse tenet ꝙ excõicare potest exequẽdo. igitur. de potestate aũt illius delegati, cõtradictores per censuram ecclesiasticã cõpescendo. remittit ad Inn. & Hosti. de testi. ex parte Adę. de præb. pro illorũ. & eo. ti. si cui nulla. lib. vj. per alios. & c. si plures. in cle. per Laud. ¶ Posteà subdit ver. ad cognoscendũ tẽpus infra quod ordinarius, vel delegatus potest exequi sententiam suã in personali intra menses quatuor: in reali verò protinus est sententia proferẽda: sit in criminibus. ¶ Sed quatuor excipe casus: insula, cum seruus, pregnans & Principis ira. Vide Host. in summa. e. ti. § quę iurisdictio. & Spe. de sen. executio. § videndum.

¶ SVMMARIVM.

1. *Iudices delegati de quibus hic, in quo distent?*
2. *Delegatus ordinarij & subdelegatus delegati apostolici, quem articulum committere possint? & nu. seq. Et quid de testium examinatione? nu. 4. Et an possint quemlibet compellere, vt testes recipiant? nu. 5.*
6. *Appellare à iudice an magis liceat, quàm ab auditore?*

¶ CAP. XXVII.

SVper quæstionum. ¶ Casus breuis. Si delegatus Papæ subdelegat, nõ in totum pars à subdelegato non poterit appellare, propter hoc solum quia datur sine suo consensu. Et si eo casu subdelegatus aliàs tamẽ legitimè recusatur, delegatus causam diffiniet: & si iustã causam restitutionis noluit admittere, ab eo poterit appellari. Nouel. ¶ Casum longum ponit Hosti. in vlt. gl. sua sic. Cõmissa cã cuidã appellatione remota, à sede Aposto. subdelegata: fuit diffinitiua sententia reseruata quibusdã sine consensu partis alterius. Et hac de causa venit illa pars cntrã delegato. & allegat, ꝙ ipsi suspecti erant, nullam tamẽ aliã causam recusationis proponens appellauit ad sedem Apostolicã: quia de cõsensu suo dati nõ erant, nec recepti. Quæritur primò, vtrũ propter appellationem huiusmodi impediatur processus auditoris: & dicitur, pro non. ¶ Secundò si forsitã iustè recusentur, vtrũ delegatus nihilominus causam poterit diffinire. & dicit ꝙ sic. ¶ Tertiò si iustã causam recusationis noluit delegatus admittere vtrũ ab eo ob hoc possit appellari. & respondetur, ꝙ sic, cũ super hac materia duæ decre. cõtrarię videbãtur quas soluit & determinat. ¶ Hosthen. diuidebat in octo partes, Et in septem: Sed Nouella diuidit in duas principales. ¶ Et prima ponit ius ¶ Secunda soluit quæstionem facti ibi, *cuius ergo appellatio* ¶ Prima subdiuiditur in quinq;: quia primò ponit tenorem constitutionum, quæ contrariæ videbantur. ¶ Secundò ibi: *intentionis.* declarat intentionem suam. ¶ Tertiò ibi. *verùm cùm totum.* dicit quando à subdelegato appelletur. ¶ Quartò ibi: *porrò, cum.* dicit ad quam à subdelegato appelletur. ¶ Quintò ibi: *quem verò.* tractat de subdelegati recusatione. ¶ Sextò ibi. *si verò.* ¶ Soluit vnum dubium: & secundum hoc sunt hîc solùm septem principales partes: quia Nouella facit vnã solam partem de eo, de quo Hosthen. facit duas. videlicet de principio. & de § j. qui incipit *nos autem.* ¶ Ego autem secundum ordinem Nouellę incedens, lecturam huius decre. quæ solennis in isto titulo reputatur, diuidam in septem partes, & singulariter quamlibet per modum capituli legã: quarum prima continebit principium. & § j. decre. vsq; ad § intentionis. ¶ Expone ergo literam. ¶ In hac prima parte. *articulis.* Hosti. dicit quòd articuli sunt tres. quod dicit posse colligi ex § fin. Huius decre. & inducit simile. s̃. de elec. venerabilem. § fin. ¶ *Supplentur.* simile. j. de symo. licet. de senten. excom. inter alia. de verb. signi cum olim. Contra promptos ad iura corrigenda. Concordantur enim interdum per supletionem, vt hic, & ĩ. de his quæ fiunt à prælatis cum Apostolica. § authoritates. ¶ *Statuimus.* in constitutione quam nõ habemus. Est enim præteriti temporis. Inno. ¶ *Appellatione remota.* quãtum ad hunc articulum aliàs dubitationem nihil facit hodie remotio appellationis: quia nunquã licet appellare, nisi grauetur. & tunc semper licet: quãuis secundùm antiqua iura, aliqua fuerit differentia. Inno. ¶ *Obstaculo.* ergo à subdelegato potest appellari. ¶ *Executorẽ.* Imo quod melius est simplicem auditorem: vt. j. § porro. Hosti. ¶ *Certum.* dicit autẽ Abbas, quòd idem de multis: dum modo iudex non sit. *Articulum.* de medijs: puta exceptiones examinandas, testes recipiẽdos, vel allegationes audiendas, aut hijs similia: ita ꝙ nullam iurisdictionem habeat, sed tãtum exequatur mandatum, & audiat quod iniunctum est. ¶ Sed si quid dubij sit, non diffiniat, sed superiori referat. Nam si commissa sit iurisdictio, vel aliqua diffinire, cum in eis grauare possit partem & licitum sit à quolibet grauamine appellare. ĩ. de appell. cum sit Romana & c. vt debitus certè tunc ab isto auditore licet appellare: licet tantum medium causæ sit sibi commissum, sed cum iurisdictione, vel diffinitione Inno. *ab eo:* si ab auditore. ¶ *Modum.* s. transgrediendo formam mandati. ĩ. eo. c. venerabili. § j. in prin. Hosti. ¶ *Excedat.* ergo si modum mandati excedat, poterit appellari. ¶ *Dum modo.* ergo si hæc determinatio non seruetur, poterit appellari. Sed ad hoc respõde per subauditum quem ponit gloss. ¶ *Deputentur* à principio, vel recipiatur per approbationem ipsarum. ¶ *A nobis.* non re- petis, vel iudice quocunq;. Et cautè: quia licet quilibet possit committere certum articulum, non tamen causæ cognitionem. Hosti. ¶ *Prouocetur.* ergo à subdelegato delegati potest appellari, cui maiora committuntur, quia Iudex est. non tamen auditor. *Deferri.* Hîc exponit de quo exordio, & de quo fine loquitur hîc de quibus plenè in summa. eo. ti. §. quibus delegari.

¶ Quęritur primò in quo constitutio Inn. supplet Alexãdrinam? dicebant Pe. & Ab. in eo, ꝙ dicit: *appellatione remota.* & dum dicit. *ad aliquem certum articulum.* & dum dicit: *nisi modum excedat.* & ibi: *litis exordium.* & ibi: *circa finem.* & ibi: *ne totum negotium committatur appellatione remota.* Hosthen. Ista enim sunt duo necessaria. Et quòd fiat comissio non in totum, & quòd fiat per delegatum datum cum clausula appellatione remota & in his duobus supple. Alexand. constitutio per Inno. Nouella.

1 ¶ † Secundò quæritur ibi: *ad aliquem certum articulum.* quæ sit differẽtia inter istos & iudices delegatos? dicit Host. ꝙ solebat eẽ differẽtia quo ad articulũ appellãdi, & clausulã positã in rescripto appellatiõe remota. Sed dicũt Ber. & Inn. ꝙ quãtũ ad hũc articulũ, vel dubitationẽ nihil facit hodie remotio

appellationis: quia nonquàm licet appellare, nisi grauetur &
tunc semper licet, quàotis secundū antiqua Iura, aliqua fuerit
differentia. ¶ Sob.iu. ad delegatum quia sicut à delegato dele
gans, ita à subdelegato sine Auditore, qui subdelegatus dici
potest: licet hic diuersimodè accipiatur delegatus, appellari
debet Inno. ¶ Alij hanc drīam assignant: quia ab istis Au-
ditoribus quibus committuntur tantum media, etiam si qs
assignet iustam causam, & se illam offerat probaturum, facta
appellatio non tenebit: nisi coram iudice appellationis pro-
betur veritas grauaminis: cum non possit eis delegari causa
appellatione remota. Quod hic negatur. Innoc. quāuis aliud
in iudice. ĩ. de ap. interposita. ¶ Nec obstat eo. ti. vt debitus
quia ibi intendit ius nouum statuere in odium frustratoriè
appellantium: sed non intendit ius antiquum corrigere, qua-
le est istud: vt nō appelletur ab Auditoribus datis ad media
ad litem contestandam, vel ad alia maiora. ¶ Inn. tamen hoc
non admittit dicens, q hic Auditor, & si iurisdictionem, vel
correctionem habet. ĩ. eo. ex literis non potest tamen ab eo
appellari sine grauamine. ¶ Vt hic. Et est hodie generale in
omni subdelegato. delegato, & ordinario. ĩ. de app. vt debi-
tus. Nec in auditoribus aliquid immutatur per istam decre.
cum nec olim, nec hodie licet appellare ab eis. s. absq; graua-
mine: vt hic. Sic q quo ad hoc, q possit appellari vel non ap-
pellari, nulla est hodie differētia inter Auditores, ordinarios
vel delegatos iudices: quia à nullo potest appellari sine gra-
uamine, & ab omnibus potest appellari, si grauent. c. vt debi-
tus licet olim esset differentia hic notata: quia tamen sublata
est, non oportet circa eam laborare. ¶ Præterea dicit Innoc.
q modum excedit, nedum fines mandati non seruat. ĩ. e. c. §.
porrò. Sed etiam si iniuriam facit. C. de ap. l. si quis prouoca
tore, vel aliàs grauat. Nam quandocunque grauat, apppella-
re licet, non aliter. c. vt debitus allegato.

¶ Nec est vis diuersis clausulis diuersorū iuriū: cū dicitur nisi
modū excedat. vel nisi mandati fines frangat. ĩ. e. c. § verum.
vel nisi contra formam mandati iudicet. s. eo. prudentiam.
Vel contra formā inquisitionis. ĩ. de offi. ord. irrefrag. § j. vel
cōtra regularē disciplinā. e. ti. licet de app. ad nostrā. & c. re-
prehensiōis. Oēs enim istę clausulæ æquipollent illi, nisi gra
uetur secūdū Inn. Et per hoc est excepta glo. Inno. quæ inci-
pit de medijs, & c. cum qua coniūge aliam glosam Inno. quæ
est super verbo, à iudice, quā inserui. ĩ. super fine gl. Ber. quæ
incipit. si grauatur. ¶ Sed hoc non omnino placet Host. di-
cens, q illæ diuersæ clausulæ diuersos habent effectus. & tale
quid reputatur grauamē in vna, quod nō in alia: vt patet in
notatis in ipsis iuribus. & quod notatur de re iudica. quod ad
consultatiooem. in fi. ¶ Dicit etiam, q simplex auditor, de
quo hic loquor, nō potest grauare nisi modum excedat: cū
quasi pica, & non proprio, sed cōmittentis motu procedat.
Et si cōmissionis forma fuerit iniusta, non ab ipso, sed à com
mittente, qui grauauit, debuit appellari ¶ Dicit etiam q de-
cre. vt debitus: loquitur in iudice, non in Auditore: vt patet
ex textu ibi: *idoneo iudice*. Et per hoc est expedita gl. Inno. su-
per verbo, ad certum & super verbo: *excedit*. ¶ Dicit Io. de li
gnano q ista opioio Hosti est verissima: quia, non q execu
tor facit iniustum, grauat ipse: sed tunc solum, cum præter,
vel contra. In hoc ergo est differentia: quia si facit iniūctum,
licet illud grauamē sit, tamen ab iniungente solum appellari
debet. Sed si facit præter vel contra, potest ab eo appellari.
¶ Sed parcat mihi, quia non videtur mihi, q bene Innoc. re-
prehendāt quia licet fateor, q prædictæ clausulæ secundum
q diuersæ sunt, diuersos effectus habent tamen nihil immu-
tat ad mentem Inno. ista diuersitas. Vult enim Inn. sic distin-
guere & credo q bene. Quia aut committitur Auditor nu-
dus articulus sine cognitione, seu contentiosa iurisdictione
exercendus per eum, sicut per nudum ministrum: & tunc, qa
intra fines mandati grauare non potest: cum censeatur tanq̃
pica, seu tanquàm merus executor, ab eo appellari non
potest nisi modum excedat: vt hic, in § nos autem in princ.
Et est ratio secundum Ioā. de Lignano: quia non appellatur,
nisi à iudice & ad iudicem: vt. ff. de app. l. j. & l. imperatore
si tales iudices non sunt secundum eum. ¶ Induco extra eū,
quod notat Io. ĩ. de rescrip. statutum § j. super verbo, causæ
in gloss. ordinaria. ¶ Vel est ratio secundum eum: quia non
appellatur, nisi à grauamine, ex. c. vt debitus. ¶ Modò talis
non grauat, nisi modum excedat. ¶ Nam si non facit, nisi id
quod iniunctum est: & si grauamen sit, non ipse, sed commit
tens illud inferre videtur & ideo non ab ipso, sed à commit-
tente appellandum foret. ¶ Si verò facit vltra, vel contra id,
quod iniunctum est, iam modum excedit & ideo tunc ab
eo appellari potest, vt hic. ¶ Ex prima ratione infertur, q
delegatus ordinarij, & subdelegatus apostolici delegati vni
talem articulum committere possunt quod hic placere vide
tur Hosti. per hanc literam. Quod intelligit Spe. de causæ co
gnitionem non habente, de alio non. Quod placuit Pet. &
Cyn. in. l. à iudice in vlt. quæstione & hic collec. Tunc enim
iurisdictionalis est & ideo tunc idem iudicium de parte &
toto, licet seruetur contrarium in aliquibus gratia dirimen-
darum litium: vt dicit collec. remittens ad collecta sua. j. e. c.
fi. ¶ Et sic procedere potest dictum Host. Exemplum habes
in auditoribus Cardinalium, quibus cardinales committunt
communes obseruationes terminorum absq; tamen cogni-
tione, seu distinctione quacūque. Et Ideò non communica-
re, nec arbitrari nec interloqui, nec abbreuiare, nec proroga-
re terminos: nec aliquid dubij declarare, vel de nouo quicq̃
statuere, seu ordinare possunt: sed omnia hæc ad dominum
committētem remittere debent. Et ideò ab ipsis dominis nō
ab eis ꝓpter illata grauamina appellandum est, saltem ad su
periorem ipsius comittentis: nec domini Cardinales ꝓpter
illorum appellationem procedere omitterent. ¶ Et ita vidi
seruari, & seruauit dominus quondā Cardi. sancti Eustachij
Auditor existens. ¶ Aut est sibi commissa causæ cognitio
& discussio cum potestate arbitrandi, seu interloquendi, sic
q intra finem mandati grauamen potest inferri in commis-
sione specialiter non expressum, licet circa media causæ: &
tunc ab eo potest tanq̃ a iudice appellari, etiam in omnibus
casibus, in quibus a iudice appellatur: vt vbi recipiū receptio
testiū. Et ista est ratio, quia circa illa verè iudex est: vt patet
ex his, quæ leguntur & notantur. j. e. c. vno in Cle. vt ibi dicā
& ĩ § proxi. Et ita loquiū Inno. Et ista est vera mens ipsius,
vt credo & ita seruatur.

¶ Tertiò queritur ibi: *quicunque*. vtrum textus iste loquatur
solum in ordinario, vel etiam in delegato: Inno. & Bernard.
3 videntur intellexisse textum de ordinario. ¶ † Sed Host.
per dictum verbum *quicunq;*. quod nil excludit, de maio. &
obedi. solitæ in fi. dicit, quòd etiam delegatus ordinarij, qui
iudex est, vt patet in fi. huius § quamuis non possit commit-
tere causæ cognitionem. C. de iudi. l. à iudice potest tamen
committere certū articulum executoriū sine iuris discussio-
ne: puta citationem. de qua. ĩ. e. c. proximo § j. vel denuntia-
tionem. ĩ. eo. ex literis. Et facit. ĩ. eo. c. fi. lib. vj § licet. Sed
quod dicit, *non tam cognitorem*. exponit Host. i. nullo modo
cognitorem, quem dare non posset iudex quicunque. Et de
hoc satis in Spec. tit. j § j. versu, sed nunquid.

4 ¶ † Hoc dictū Host. tenet Abb. qui etiam quærit, quid iu-
ris de examinatione testiū: nunquid illā possit delegatus or-
dinarij, vel subdelegatus delegati Apost. cōmittere? & dicit q
nō per decre. cū cām. ĩ. de ap. Qđ placet Nouel. qa posset im
minere casus, vbi oporteret ipsum interloq: vt si opponeret
testi. excōicatio, vel huic simile. & per simplicē cōmissionē
videret quo ad hoc potestatē recepisset. ¶ Dicit tamen q si
interrogatoria scripta transmitteret, vt illa inquirerentur à te
stibus, quia ille talis minister simplex, & executor est, sustine
ri per hanc literam delegatio talis. Super quæ remittit Nouel
la ad notata gloss. j. in Clemen. vna eod. titul. & ad nota ius
de re iudicata cum Bertoldus super gloss. sed qualiter dele-
gatus dicam in dicta clemen. ¶ Sed pone, quòd testes non
sunt in loco iudicij: nunquid potest subdelegatus rogare iu-
dicem. sub quo degunt: vt testes recipiat?

Dicit

Dicit Pet. ꝙ sic, vt. C. de fid. instru. l. iudices, & aut. apud. & ille illos recipiet, nõ authoritate delegati, sed iuris cõmunis: vt in prędicta. l. vbi ordinari⁹ ordinariũ rogat, cui nõ potest imperare. Et archiepiscopus delegat subdito suffraganei, quem nõ cogit, ĵ. ti. ij. pastoralis. ¶ Remittit Collec. ad notata sua. de testi. cõ. c. j. ¶ † Sed nunquid delegatus potest compellere quẽlibet, vt testes recipiat. ¶ Dicit Pet. Papã notare, ꝙ sic: & ita seruari. dicit tamẽ se id non putare de iure sed tñ potest rogare. ¶ Procedit dictum Pet. in delegato ordinarij respectu subdelegãdi ipsi ordinario non subiecti. ¶ Sed dictũ Inno. procedit in delegato Apostolico. ĵ. c. proxi. in prin. Vel dic Inno. loqui in subdelegatione, & Pet. loqui de mandato, absq; subdelegatione. ¶ Dicit Io. de lignano, ꝙ si testes sint præsentes, delegatus ordinarij & subdelegatus Apostolicus possunt committere receptionem iuramẽti, & simpliciẽ scripturã dictorum ipsorũ testium: sed examinationẽ nõ. ¶ Et si absentes sunt, possunt committere ordinario, ꝙ recipiat: vt ĵ. de fideiuss. peruenit non authoritate delegata sed authoritate iuris. ¶ Miror de differentia, quam ponit inter iuramentũ & excommunicationem: quia seruatur totum contrarium. Ipsa enim receptio, quæ in iuramenti admissione videtur cõsistere, iurisdictionalis est, & exceptiones admittit: sed excõmunicatio testium iam receptorum, quæ exceptiones nõ admittit nudum misterium reputatur dicam in cle. vna ĵ. e.

¶ Supple glosam ¶ In gl. j. ibi. licet is cui non est in antiqua sed fuit in compilatiõe Giliberti & incipit, literis. Sed Hosti. dicit magistrum suum dixisse, ꝙ fuit in compilatione Bern. Compo. & de his compilatiõnibus dixi in procemin super prima glo. ¶ In glo. iij. ibi: *corrigit*. interdum subaudi. Gauf. & Hosti. Hierony. super Tit. B. omne quod corrigitur, imperfectum est. ¶ In glo. *hoc ideo*. ibi: *committere*. & quæ sit ratio quare delegatus non subdelegat appellatione remota, cũ tamen res cum suo priuilegio & honore transeat. ĵ. eo. ex literis. de pig. ex literis de decre pastoralis & c. vult. ff. de ser. vr. præ. olimpico. Dic ꝙ est priuilegiũ Papę vel Princip. ff. quis, & à quo app. non licet. l. j. in fin. No. Hosti. in remissione sequenti Io. Cal. Et tamen hoc dictum est Hosti. in summa. e. tit. § quod sit ei⁹ officium quod tamẽ hîc sibi adscribit lignanus in summa. e. ti. § quid sit eius officium versu quæro etiam quæ sit ratio, ꝙ deleg. Hosti. ¶ Verum dicit hîc Io. de lign. ꝙ ista est ratio, quia alius quàm princeps indultum iuris auferre non potest, qualis est appellatio. ¶ In glo. ergo si. in fin. pro eo ꝙ sit suspectus quod verum est, si de consensu partiũ datus est. ¶ In glo. *exordium*. ibi: *rescriptum*. & quo ad interrũpendam præscriptionem vt. l. sicut in rem, & . l. cuius notissimis. C. de præscrip. xxx. an. Inno. Et ibi *litigiosa* quo ad perpetuandum annales exceptiones, litis exordium dicitur libellus principi oblatus. C. quando libellus principi oblatus fuit vt hîc per totum Inno. Compo. autem contestationis protestantur cautiones. ff. de procura. l. Pompon. § rati. & . C. de satisdan. li. j. secundum Card. Et Inno. qui concordant in alijs cum Bern. Et ibi. *litis contestatio*. de hoc de decre. sig. ex parte. ij. Et sumitur secundum Hosti. ad hoc. ff. de in ius vocan. l. quãuis. ff. rem ra. haberi. l. amplius & . l. quo enim & . C. ne ex delic. defunc. l. vna ¶ Et ibi. *cum iudice*. quod dic, vt. ĵ. eo. ó. & . j. in princ. lib. vj. ¶ Et in fin. Vincen. & tunc non exigitur cautio ratõ: vt. § rati. allegato. ¶ In glo. signatur in fi. dicit Inn. ꝙ in hac prouocatione videbatur obuiare decre. Alexandr. sed non contradicit: quia licet hîc concedat appellationem, tamen semper debet appellari ad delegatum, non ad Papam: nisi sit delegatus ad totam causam: vt sequitur. Et sic intelligitur decre. aleg. Alexandri. ¶ Item appellari potest aliquãdo ad delegãtẽ, aliqñ ad ꝓximũ delegatũ: vt. ĵ. sequit, & expressius determinatur Inno. ¶ In gloss. ex *hoc probat in fine*. Idem Inno. dicẽs, ꝙ ex quo hæc maiora cõmittunt ei, Iudex est, nõ auditor, vel executor tantum. Et ideò ab eo potest appellari: licet largè vn uocẽ. ĵ. pro eodem sumantur Auditor & subdelegatus & quia in veritate Iudex est Auditor, quod ex eo apparet, ꝙ corã eo fit litis contestatio quod non licet facere, nisi coram iudice. ¶ Sed nunquid magis licet apparere à iudice, q̃ ab auditore? respondet Inno. de tali Auditore. Sic. ĵ. de subdelegato, vel alio cui non erat commissa causa cũ clausula, appellatione remota. Quod dicunt quidam verum, secundum antiqua tempora: quia hodie pariter à nullo licet appellare sine causa. Refert tamen Innoc. alios dicere, ꝙ etiam hodie pariter obtinet in subdelegatu: quia ab eis sicut antea appellatur. Et. c. vt debitus. loquitur tñ in subdelegatis & ordinarijs, vbi est graue habere recursum ad superiorem: tamẽ magis placet Inno. ꝙ hodie æquantur alijs: vt dixi. s̃. q. ij.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Leges ciuiles num in foro canonico seruari debeant?*
2 *Authentic. Ad hac. C. de iud. an hodie correcta sit?*

S. Intentionis. Expone literam. *intentionis*. quando hãc constitutionẽ edidimus. & quia dixerat in prin. ꝙ decret. sua non corrigebat Alexandr. modo declarat Hosti. ¶ *Liberius*. quod erit condelegatus per alium suam iurisdictionem exercere poterit. Pet. ¶ *Et medium*. ꝑpter hęc tria, dicit Pet. certum articulum litis exordium, vel causæ finem. ¶ *Coniunctim*. hoc patet ex eo, quod dicit nedum totum negocium alij. *Diuisim*. i. vnam partem vni, alteram alteri, diuersis temporibus. Nam si simul vni principium, & alteri finem eiusdem causæ commiserit, suspitione non caret Inn. Et ista videtur mens verbi liberius & etiam Iurium. s̃. de rescrip. c. vlt. & . e. ót. c. dispendia. lib. vj. & . j. de sequestr. pos. c. j. Dic ergo diuisim. i. vnum per se & reliquum per se. i. primò exordium & secundò illo expedito mediũ tertio hoc expedito finem secundùm Hosti. Et per hoc supplet Nouella glo. Ber. quæ incipit, idest: quia aliter non procederetur. ¶ *Alij delegare*. ac si dicant in constitutione, verum non intendimus statuere, quando esset appellandum, & ad quem: sed declarare quid subdelegare posset delegatus: & ampliare iudicialem potestatem, vt non solum medium, sed etiam principium & finem possit committere quod anteà non licebat: cum lex ciuilis hoc prohibeat, cui standum erat: nisi hæc decreta illud reuocaret. x. distincti. c. j. & . c. quoniam Innocent. Et adde quod. ĵ. dicam super gloss. Bernard. ¶ *Cum ante*. non est verbũ legis respondentis. & docet experiẽtia, ꝙ superflua est legalis subtilitas hoc casu: cum videamus ex actis paritissimè iudicare illos, qui nunquam causam non audiuerit. Vnde secundũ In. hîc rñdet tacite obiectiõi: q. a q̃ri posset quõ delegatus à Papa fert diffinitiuã sñiam, si cui cõmiserit principiũ & mediũ. vel etiã, si nil de meritis causę cognouerit. Respõdet enim. hîc Papa ꝙ summatim debet oĩa acta iudici à capite recensere.

¶ *Inuestigare*. quando committit principiũ & mediũ. Si enim finẽ cõmittit non inquiret ipse Inno. Idẽ Ber. & concordat. xxx. q. v. iudicantẽ Pet. ¶ *Diligenter*. supple patet per ꝑdicta ꝙ delegatus potest totã cãm, & eius partẽ cõmittere. Et sic cõtinuatur, q. l sequitur. Et ostẽso, ꝙ constitutiones non sunt contrariæ, incipit distinctionẽ ponere, per quã soluit quæst. principalis. ¶ 1 † Opponit primò, q. a videtur, ꝙ leges ciuiles in foro cano. seruari deberent. ar. de no. ope. nũ. c. j. x. di. c. j. & c. qm. allegatis. Cuius contrariũ hîc videtur ponere tex. quo ad subdelegationem articulorũ mediorũ: vt hîc in glo. Ber. q̃ incipit istud. obõnet. ¶ Plures dantur solutiones: vna est Inno. quam posui in expositione, super verbo delegare quæ habet expressè, ꝙ decre. ista corrigit leges quantum ad hoc.

¶ Alia solutio habet, quòd leges possunt saluari, vt dicantur loqui de honestate, vel quando nullum habẽt impedimentũ & iura nostra quando impeditus est, vt declarat mentem legum: de quo remisit Hostien. ad summam. e. ti. § quæ delegari possunt versi. potest autem delegatus. ¶ Alia solutio est Ia. de Are. ꝙ leges in ordinario canones in delegato. Sed ista non placent, quia diuinant, secundùm Ia. de Are.

¶ Alia so. est, secundum eũdem Iaco. ꝙ leges videlicet auth. ad hæc. C. de iudi. loquuntur in iudice præsente: sed canones & leges cõtrariæ, videlicet. C. de peda. iudi. l. ij. ff. de offi. eius, cui mandata de iuridictio. l. ij. C. qui pro sua iurisdictio. l. j. ff. de iudi. l. cum prætor. §. j. & . dicta. l. à iudice loquuntur in absente. ¶ Dicit Cyn. ꝙ eodem modo diminuat, sicut & alia quia in auth. non dicunt aliquid de præsente. ¶ Alia solutio est Pet. de bellapertica, quæ dicit ꝙ dictum authenticum, ad hęc non prohibet iudices delegare, sed prohibet eos habere consiliarios assessores: nisi secundum formam ibi traditam. Et dicit, ꝙ ita videtur, sensisse legislator in corpore, vnde sumitur dictum authenticum: vt patet ex rubrica quæ sic dicit: vt defuncti, seu funera eorum non iniurientur à creditoribus vt consiliarij non recipiant cognitionem absque iudicibus. ¶ Sed secundum hoc restat reddere rationem diuersitatis, quare iudex ordinarius potest per consiliarios causam principalem expedire: dum audiat ipse, sed causam appellationis non nisi pro se. & tamen delegatus nunquàm potest per aliũ nisi semper ipse interueniat? ¶ Dicit Pet. ꝙ inter principalis causæ & appellationis iudicem, est ratio diuersitatis: quia si consiliarij male se habuerunt in prima instãtia, de cæterò hæc causa per consiliarios non tractabitur: vt ibi. Ratio verò diuersitatis inter ordinarium & delegatum est, secundum pe. quia delegatus non debet vagari, nisi circa vnam causam. Et ita adhuc quo ad delegatum inter leges & canones manet cõtrarietas: si vera sit ista solu. vt videtur, saltem in hoc: quia delegati de iure cano. possunt habere assessores. j. de rescrip. statutum. §. assessorem. lib. vj. ¶ Io. de ligna. recitat opiniones, sed nil eligit. Io. verò Fabri in dicta auth. ad hæc. C. de iudi. dicit, ꝙ dictum authenticum in singulis suis articulis correctũ est, per istam decre. Nec seruatur de consuetudine: maximè quatenus tangit delegatos. ¶ Sed si detur loquendi audacia, posset dici dictum authenticum in nullo correctum, per istã decre. taliter distinguendo. Quia aut ordinarius, vel delegat⁹ Apostolicus vult non per seipsum cognoscere, sed per alium delegando: & tunc sit locus isti decret. & non illi authẽtico: quia nec illud authenticũ loquit̃ in casu isto. Aut non vult cognoscere per alium delegando, sed potius solum modo per seipsum: vult tamen ꝙ loco eius in suo auditorio sedeant consiliarij, vel assessores vt anditores sui: & tunc sit loc⁹ dicto authentico, & duplici distinctioni, quam ponit illud authenticum, videlicet inter ordinarium & delegatum & in ordinario inter principalem & appellationis causam. ¶ Fallit in dominis Cardinalibus, pro quibus sedent, & terminos seruant Auditores sui in causis, in quibus sunt delegata a Papa. Sed hoc obtinet de cõsuetudine Romanæ curiæ, propter prærogatiuam eorum. ¶ Et aduerte, quia inter membra dictæ distinctionis leges & canones concordantes patens est diuersitas: quia in primo casu mutatur auditorium: & ideò ad subdelegantem appellatur, si aliquid de iurisdictione sibi retinuit. j. e. c. § porrò. Sed in secundo casu non mutatur auditorium, sed remanet idem quod prius. Et ideo à consiliarijs assessoribus vel Auditoribus ordinarij, vel delegati non ad ipsum ordinarium, vel delegatum, sed ad superiorem appellari deberet: vt. ff. quis, & à quo appellandum sit. l. j. §. j. j. de consue. non putamus. lib. vj. cum similibus. Et potest esse diuersitatis ratio, persuasio talis qualis: quia ille, qui vice alteri⁹ & ad eius mandatum sedet in auditorio alieno, se non reputat dominum, seu pastorem causę, sicut cum sedet in cõmisso sibi negocio & in proprio suo auditorio: quod fui expertus in meipso, palatij & Cardinalis causarum dudum simul auditor exastens. Nec obstat § assessorem quia fateor, ꝙ delegatus potest habere assessorem in consultorem, vt ibi. sed non pro ipso in suo auditorio sedentem pro eo terminos seruantem: vt proximè dixi.

¶ Secundò opponitur, quia iste textus videtur nimis generaliter loqui. Nam in causa appellationis non vendicat sibi locum: quia siue sit ordinarius, siue sit delegatus, debet causam audire per seipsum: vt dicto auth. ad hæc. ¶ Ber. & Innoc. dicunt, ꝙ in foro nostro decret. ista corrigit dictum authenticum quantum ad hoc. ¶ Dicit Hosti. ꝙ de iudice appellationis non inuenit correctum dictum authenticum per canones quo ad ordinarios: nisi per consuetudinem, quæ dici pos. sed verius corruptela: cum & in fraudẽ fiat, & impediat app. graduatas. j. de app. dilecti vlt. ¶ Remittit nouella ad Specu. de ap. § nunc tractemus versu, sed secundum præmissa. ¶ Verum contra primum dictum replicat Host. expresse de. c. pastoralis de offi. ord. & de. c. vt litigantes. e. ti. lib. vj. & de app. Romana. § ij. e. li. ¶ Sed de hoc dic, ut dixi. s. in fine præcedentis appositionis.

¶ Supple glosam. ¶ In glos. *nisi causa*. ibi: *illud*. vbi de hoc dicam. Et idem tenet hic Inno. Et in fine. j. de resti. in integ. ex literis. ¶ In glo. hoc no. nisi Idem Inno. quod verum est: nisi propter iurisdictionem rem sibi reseruauerit, ab eo tunc appelletur: vt. j. § porrò. Host.

¶ *SVMMARIVM.*

1. *Appellari ab eo, quod nullum est debere.*
2. *Consentiens semel, an dissentire possit, aut appellare?*
3. *Assessor de cuius consensu eligi debeat.*
4. *Iudex assessori constituendo salarium, si excedat, an appellare liceat. Et an ob id appellanti literas curia concedat? Et an ordinarius assessorem assumere possit?*

S. Verum. ¶ Expone literam, *verum*. hic ostenso, ꝙ prædictæ constitutiones sibi ad inuicem non contradicunt, promisit vnam distinctionẽ, quæ sequitur, per quam soluitur quæstio proposita. ¶ Item hic dicit, ꝙ licitum sit appellare à subdelegato in sequenti autem. § distinguit ad quem appellandum sit Inno. ¶ Prouocari Aliquando ad Papam, aliquando ad delegatum: ut sequenti § Et hoc verum, nisi in casu decre. pastoralis in fi. j. e. Inn. vnde sic loquit̃ Inno. si tamen delegatus aliquid de iurisdictione retinuerit ad ipsum tantũ appellabitur: & sic non dimittet causam indiffinitam: vt dicit Alexandr. Host. ¶ *Media*. vt puta tenorem testium vel instrumentorum in acta redigere: vel aliud simile sine causę cognitione. Host ¶ *Auditore*. Nec in hoc Alexandr. discrepat, sed concordat Host. ¶ *Fines*. vt si mandata sit sibi testium receptio & ipse velit examinare attestationes, & cãm diffinire. Pet. ¶ *Assensu*. hic posset continuari § quem verò. infra eodem.

1 ¶ † PRIMO nota, quòd ab eo quòd nullum est, debet appellari. Nã tunc debet appellari ab auditore, cui media causę commissa sunt: cum modum excedit, & non aliàs. Et tamẽ tunc processus videtur esse nullus: quia contra formam mandati. s. de rescrip. cum dilecta.

2 ¶ † SECVNDO nota, quòd qui semel consentit, nõ potest amplius dissentire, seu appellare. Concordantiæ sunt in glo. Bernar.

5 ¶ † TERTIO nota arg. quòd assessor debet eligi de cõmuni partium voluntate: quia participat examinationi causæ. Concordantiæ sunt in glo. Ber. ¶ Opponitur primò ad primũ notabile: quia à sententia nulla non est necesse appellare. C. quando prouoca. non est necessaria. & . ff. quæ sen. sine appel. rescin. per totum. & . ff. de appel. si expressum. ¶ Solu. si contra formam mandati faceret Auditor ad causę media deputatus, quod fieret nullum foret, & procederet oppositio sed si non faceret contra formam, sed vltra formam, valeret iure prorogatiõis factæ de re ad rem. j. c. cũ olim subaudi dum mõ aliàs iurisdictionem haberet: vt obst. C. de iurisdi. om. iud. l. priuato. ff. de iud. l. ij. & no j. e. P. & . G. Et ideo esset necesse appellare: vt hic. ¶ Vel dic, & melius, ꝙ licet non sit necesse appellare a sententia nulla: vt in contrarijs, appellari tamen potest inquantum de facto grauauit, sicut ab aduersario, qui iudex non est. j. de appel. & . c. cordi. Et ita tenet Inno. j. de appel. dilecto. Et tunc est appellandum ad delegatum

gatum secundum Nouel. Quod intellige, saluo eo, quod scri psi. s. § proxi. in fi primæ oppositionis.

¶ Secundò opponitur contra secundū notabile. ff. de app. l. ex cósensu. ff. qui sat. eo. l arbiter. ¶ Sol. dissentire nó potest, qui consensit in eo, in quo consensit. Et ideò, qui consensit, vt aliquis esset iudex, nó potest per recusationem ab eo dissentire: vt hic in noua causa iuxta lecta & notata. s. e. insinuante. Et saluis lectis & notatis. ff. de iurisd. omniū. iudi. l si cóuenerit. Sed in alio in quo nó consensit, videlicet in illato grauamine, posteà per iudicem in quem cósenserat, poterit per appellationem dissentire. vt in contrarijs. Et est ratio, quia licet consenserit. vt ille sit iudex suus, non tamen propter hoc consensit, quòd eum grauaret.

¶ Tertiò opponitur cótra proximam solutioné: quia Imo videtur, & ab istis appellari non possit. j. de re iudi. causam. ij. q. vj. si à iudice. ¶ So. ibi in arbitris compromissarijs secundū Inno. & Ber. saluo, quod Ber. aliter soluit ad. c. cum causam. quod vide in glo. & ideò. Et est ratio huius: quia voluntate iuris necessitate adeuntur. j. eo. ab arbitr. lib vj.

¶ Quartò opponitur contra tertium notabile: quia videtur quòd imo iudex solus debeat & possit sibi eligere assessoré: quia ex eius facto tenetur. C. de offi. assessorum. l. j. & l. nullus iudicum. ¶ So. Inno. dicit, quod quidam dicunt, quod si partes cócordare non possunt, quod iudex, quia iudiciū datur in inuitam. ff. de verb. obli. l. inter stipulantem. ¶ Dicit Innoc. Nos credimus, quod iudex debet eligere qué vult quod ex eo apparet: quia ex eorum facto tenetur: vt. l. j. & l. nullus allegatis. ¶ Remittit Hosti. ad notata. j. de vi. & ho. clerico. c. cum ab omni. & in summa. e. ti. ante finem, versu. consulo decide in dicto. § assessorem. e. statutum. de rescrip. lib. vj. vbi de hoc dicam. ¶ Nouella ad Spec. de assesso. in prin. ver. etiam tractatur, an clericus assidere possit in causa ciuili. Collec. auté remittit ad. § assessorem & c. statutum. de rescrip. li. vj. vbi dicam de hoc. ¶ Et tenet Collec. vnum plus. s. quod etiā partibus inuitis. potest iudex sibi eligere assessorem. quod imponit Inno. hic. Nec ad illud probat, nisi per remissionem. s. proxi mam. ¶ † Sed quid si in constituendo salarium assessori excedit iudex in summa? Dicit Collec. se audiuisse, quod appellanti curia hoc casu non daret literas: sed quare non de iure non videt. ¶ Sed nunquid idem in ordinario, quod assessorem assumere possit? notat Spec. quod non. de offi. or. § salarium. Quod intelligit Collect. nisi ipse de expens. sibi prouidere vellet. ar. s. de elec. ne pro defectu. Faciunt notata de consue. ad nostram. Inducit collecta sua in dicto. c. cum ab omni. ¶ Supple glosam. ¶ In gl. *non statim*. i. in fi. Et sic quod dictum est in versu, dum no. non continet veritatem, sed tantum prouisionem. ¶ In gl. *& ideò. ibi: a iudicibus*. vbi de hoc.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Iudicis dandi licentia quid sit?*

2 *Delegare ex sua potestate subdelegare, & ex speciali delegantis commissione, quid inter se differat?*

3 *Delegatus post subdelegationem, an agnoscere possit?*

4 *Delegatus, num possit se à commissione exonerare & liberare?*

5 *Clausula, Appellatione remota. quis effectus.*

6 *Iudex delegatus si totam causam commiserit, an posset vlterius deinceps de illa se intromittere? Et quid delegatus tamen subdelegando posset sibi retinere? nu. seq. Et quid si subdelegans à se totam iurisdictionem abdicauerit? nu. 8.*

9 *Subdelegatus Apostolicus vel ordinarij delegatus, an lite corā ipsis contestata, possint subdelegare? Et quid si omisso medio, delegato Apostolico, ad Papam ab ipso subdelegato appelletur? nu. 10.*

10 *Delegatus in totum committere, qualiter censeatur? Et quid si delegatus moriatur, ad quem appellabitur? nu. 12.*

S. Porrò. ¶ Expone literā. *sed ad eum*. s. subdelegantem. ¶ Appellari contra. j. de eo, qui mittitur in pos. cum venissent. sed ibi soluam. Nouel. ¶ Cognitor impropriè, quia sine vlla iurisdictione, vel diffinitione est. Inno. & ideò statim se corrigit Hosti. ¶ Opponitur ibi: *commiserit*. totam quia iudicis dandi licentia iurisdictionis pars est. ff. de iurisdi. omnium iudi. l. imperiū in fi. igitur. vel subdelegatus subdelegare poterit, quod est falsum. j. de app. c. cum causam. Vel non est verū, 1 quod possit totam iurisdictionem transferre. ¶ † So. dic. quod iudicis dandi licentia est priuilegium a lege concessum, quod nó potest transferri in aliū, cui lex hoc non concesserit: nec pót competere, nisi aliàs iurisdictionem habenti. ¶ Primò facit ff. de offi. eius, cui mandata est iurisdi. l. j. ¶ Pro secundo. j. de iure pa. quod autem. ¶ Et ideò etiā cótineretur expressè, quod delegatus subdelegare posset, non valeret. vt notauit Cyn. post Pet. C. de iudi. l a iudice in secunda quęstióe. Ratio sua est, quia iste est talis actus, qui nó pót exerceri per ministrū: sicut nec actus testādi: vt. ff. de testa. l. qui in potesta. cū & ius dicere sit pub. iuris, sicut & testari. Inducit Collect. collecta sua in dicto. c. cū causam. ¶ Super quo vide notata Archid. j. eo. quāuis. li. vj. in prima gl. vbi de hoc plenissimè dicam in duabus. q. primis, & presertim in primo versu. Ego verò puto. vsq; ad fi. quæstionis. & Io. An. in. c. is cui. in vlti. gl. & super ea in Nouel. tamen Ber. videtur hoc sentire hic. ¶ Pro quo allegat Ioā. de lignano lecta & notata. j. de procur. quæ ad agendum. & c. vlti. li. vj. ¶ Et dicit, quod dominus suus puta Paulus sic dicere volebat. ¶ Aliquando datur potestas sic, quod gradus insurgat. vt si dicat delegatus: Comitto tibi causam & si non potes per te expedire, possis committere & tunc sit vera opinio Pet. & Archid. cum eo concordaotis in dicto. c. quāuis. ¶ Aliquādo non fit gradus, vt si dicat, si non potueris & c. do tibi potestatem nominandi alium, & ex nūc trāsfero in eum iurisdictionem: & tunc sit vera opinio cótraria gl. Io. in. c. is cui. ¶ Sed Io. An. in dicto. c. is cui. in fi. ad Nouellam ad finé hanc nititur reprobare: quia secundum hoc daret delegatum iniunctū cótra decre. ad hoc. j. de rescrip. & ibi nota. in gl. ij ¶ Verum Io. de Lignano dicit opinioné Pauli sustineri posse: quia licet dicat ex nunc, tamen non ex nūc, sed ex tunc fiat transfusio videlicet cum nominabitur. Et probat sic: quia actus conditionalis solùm in euentum códitionis, videlicet cum conditio purificatur, sortitur effectū. de ap. præterea. de rescrip. si pro te li. vj. Tempore ergo purificationis fit purificatio & transfusio: & tamen certus est iudex igitur. Et ita hæc opinio de iuris rigore procedit secundum eum. ¶ Et extra eum induco duas rationes ¶ Prima est, quia delegans videtur facere nó delegatus: vt. C. de iudi. l. apertissimi. l. vnū ex familia. § primo. & ff. de seruit. rusti. præd. l. cum essent. § fin. & de arbitris. l. non distinguemus. § quęsitum. ad fin. ibi: nisi ad hoc compromissum sit, & c. quæ bene facit. Et ista ratio mouit quosdam moderniores, vt recitat Cy. in dicta. q ij. in additióe. ¶ Quod intelligo de Guil. de Cugno. de cuius dictis Cyn. suas additiones, vt plurimū fecit. Et quando dicit, moderniores dicunt, nec aliquā nominat, communiter intelligit. ¶ Secūda ratio est, quia incertitudo, cuius reductio ad certitudinem arbitrio alterius est cómissa habetur pro certitudine: vt probat dictus. § quęsitū in fi. ¶ Et per hoc, quia procurator non potest dari, nisi certus: vt. ff. de procur. l. dummodo. & tamen cóstituens potest alteri cómittere, quod nominet procuratorem loco sui. vt. j. de procur. c. non indiscreta § j. in fi. & c. is, qui. li. vj. ¶ Item licet decretum non possit ferri in incertū. de concel. præb. quia cunctis li. vj. & cle. vna. e. ti. & ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. l. item eorum. § sed si ita. Et tamen si decuriones decreuerint actionem per eum mouendam: quem Duumuiri elegerint, is videtur ab ordine electus. ¶ Et ideò experiri pót. Parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an is cui ordo negocium dedit: vt. l. item eorum. § si decuriones Et hæc pro nūc placet licet Ia. de Rau, in hoc variauerit. Et si aliud occurrerit, dicam in. c. is cui. allegato ¶ Quod placet hic Collec. in ordinario hoc modo, videlicet quod per se, vel alium facere possit: sed quòd det sibi expressè potestatem subdelegandi non credit: quia error iuris exprimeretur. Nihil allegat.

2 ¶ † Sed quæ est diuersitas, an delegatus ex sua potestate subdeleget, an verò ex speciali commissione delegantis: puta, quod

ista est diuersitas: quia si deleget ex sua potestate, illam trāsfert in alium adeò, ꝙ si sibi nihil retinet specialiter amplius non potest se intromittere de causa: nec per viam appellationis nec aliàs. ¶ Sed quando subdelegat ex commissione speciali delegantis, nihil transfert de sua potestate. sed tantum transfert de potestate delegantis: quia non ipse, sed ille facere videtur.

3 ¶ † Ex quo inferūt quidam, ꝙ hoc casu etiam post subdelegationem potest delegatus cognoscere. Quod mihi dubium & aliàs dixi in cōsilijs: sed hodie magis puto, quòd de mente primi delegationem censetur delegatus reuocatus: quia si post primam delegationem delegatus aliam faceret, censetur recessisse à prima. ar. ĩ. de procur. non iniustè ver. quoniā iuncta. l. quia. ff. de iurisdi. omnium iudi. ¶ Modò secūdum opinionem, quæ habet subdelegationem valere, valet: quia non à delegato, sed à delegante facta censetur. Igitur.

¶ Secundò opponitur, quia nemo potest à se abdicare iurisdictionem, quod faceret cōmittendo in totū. vide Ber. opponentem & soluentem in gl. *non tamen*. post principium, quē sequitur Hosti. remittens ad summam. eo. tit. § quę delegari possunt. versu, quid si simpliciter comittat. ¶ Sed cōtra, quia videtur, ꝙ non sit in posse delegati se exonerare à commissione, & sic denudare delegantem: vt in dicta gl. Ber. ar. ĩ. c. proxi. in prin. licet Ber. opponat, non soluit. Dici potest, ꝙ exonerare se non potest per fraudem, aut pręter casum sibi concessum à lege: sed in illo casu iure suo vtitur, & non facit alteri iniuriam, neq; fraudem. s. de elect. c. cū ecclesia. ¶ Sed iste casus delegationis sibi à lege concessus est. s. eo. quāuis. Sicut & alius videlicet per dilationem appellationis. vt. ĩ. de app. cum appel. li. vj. § j. ¶ Sed qualiter facit ad propositum ratio diuersitatis inter ordinarios & delegatos per Bernardū allegata. s. ꝙ delegatus nihil propriū habet. ¶ Respondeo, quia ordinario iurisdictio iure directo competit: vt. ff. de iurisd. omnium iudi. l. more Modò iura directa per delegationem non transeunt: vt. ff pro socio, l. iij § eadem scribit. de pecul. l. ij. s ergo casus. licet in vtilibus secus: vt. ff. ad Tre. l. facta § j.

¶ Alia ratio melior, quia indiuisibilibus, cuiusmodi est iurisdictio, retentio partis inducit retentionem potius: vt. ff. quemadmodum seruitutes admittantur. l. si stillicidij. § vltim. cum legibus sequentibus. Modo licet ordinarius commiserit vnam causam, remanet sibi iurisdictio in alijs. ¶ Præterea. cum proprietas iurisdictionis sit apud eū, vsus vel vsusfructus ipsius per commissionem translatus in aliam, ipsam non perimit: vt. ff. de vsufruct. l. j.

¶ Tertio opponitur. ibi: *non ad nos, sed ad eum*. de. l j. in fin. ff. quis & à quo appellandus sit. vide Ber. in gl. *lex*. in fi. ¶ Dicit. Io. de Ligna. ꝙ lex contraria habet multos intellectus.

¶ Vnus est, ꝙ loquitur de delegato ad vniuersitatem causarum. ¶ Alius est, ꝙ ibi non est § sed cōtinuatur cum § præcedenti. ¶ Alius est, ꝙ loquitur cū delegatio fit in totū. ¶ Subdit ꝙ cōmunis est opinio Legistarum quod concordat cum isto § vt dicit Bernardus. ¶ Alia solutio est Accurs. ff. de ap. l. imperatores. ij. Responsio ꝙ istæ § loquitur in foro nostro: & lex contraria in suo. Et istam ponit hîc Inno licet sub alijs verbis in glo. sua que incipit secundum legem. circa principium ¶ Alia so. Oldraci: Aut iudex mandat alicui iurisdictionem: & tunc non ipse, sed superior appelletur: vt in contrario. Aut committit vnam solam causam: & tunc secus, vt hîc. ¶ Alia solutio Placentini, ꝙ ad vtrumq; appellari pōt. ¶ Alia solutio modernorum, ꝙ contrarium nō loquitur in delegato, sed in vicario seu in vices gerente, alicuius iurisdictiōis ordinariæ, sicut est officialis Episcopi Probatur per. c. ij. de consue. li. vj. & c. Romana. de ap. li. vj. & ibi notat Cyn. in dicta. l à iudice. iij. ij. opositione. & Bar. in. l. contraria. Et reputat Bar. de hac solutione casum. C. de ap. l præcipimus. in prin. Ibi *vicarius*. &c. Quod patet secundùm eum: quia isti vicarij sunt ordinarij, & habent eandem iurisdictionem & idem auditorium, sicut hi, quorum sunt vicarij: vt. C. de hijs, qui vi. alij ge. l. j. & ij. Et cognoscitur vicariatus ex identitate auditorij, atq; sedis. secundum eum. Coi. sol. in effectu concordat Io. Nicoti Aureliañ. Episcopus: nec cures de nominibus: quia quandoq; officialis, quandoq; assessor appellatur: quandoq; eodem nomine intitulatur: sic vt ille, cuius est sedes postquàm omni casu idem est auditorium nō curatur, vt. ĩ. de procur. petitio.

¶ Quartò opponitur, ibi: *si causa sit ei appellatione remota commissa*. Nam idem videtur, si non sit sic cōmissa. C. qui pro sua iurisdictione iudicem dare possunt. l. vna vide Ber. in gloss. supp. maximè. ¶ So lex contraria loquitur vbi appellatio, seu appellationis causa mota non est, secundum quosdam.

¶ Sed contra de. c. vt debitus vt in dicta gloss. Ber. ¶ Dicit Hosti. ꝙ ista decre. prohibet appellari ante sententiam, nisi ex causa rationabili: sed non per hanc remouet hanc distinctionem. ¶ Nam in toto textu decre. vt debitus non reperitur, ꝙ ista clausula faciat mentionem, qua igitur fronte hoc dicit? quomodo enim potest aliquod ius tollere, vel corrigere, vel etiam in aliquo lædere id, de quo nullam facit penitus mentionem? verba tibi deficiunt, & intentio iurium. C. de inoffi. do. l. j ff de legi. non est nouum. & legibus sequentibus. &. s. e. j. Responso. & § intentionis.

¶ Dicas ergo, quòd vbi hec duo concurrunt. s. ꝙ aliquis delegatus principis aliquid sibi retinuit de iurisdictiōe & causa commissa erat ei appella. remota ad ipsum appellabitur, non ad Papam, vt hîc in cōtrario. ¶ Si autem alter ipsorum deficiat, non ad ipsum appellabitur sed ad primum, vt hîc à contrario. &. ĩ. eo § si verò duo. Et sic est hîc vnum euidens, in quo hæc clausula hodie operatur, & stet aliud notatū. s. eo. quærenti. secundum Hosti. ¶ Inno. recitat opiniones prima est, ꝙ idem est hodie, si non sit apposita clausula: vt. c. vt debitus. recitat & contrariam opinionem ar. huius literæ à contrario. Nam. c. vt debitus licet prohibeat appellari, aliâs quam ex causa probabili ante sentētiam: non remouet, quia si esset appellatio remota in literis, primus esset delegans appellandus. Sed hæc opinio sibi nō placet: licet Hosti. in ea pedem firmet: vt pędixi. Dicit enim Hosti. ꝙ glo. maximè destruit textum, nisi exponat maximè. j. precipuè & cum Hosti concordant Pet. & Ab.

5 ¶ † Teneas primam opinionem Inno. videlicet, ꝙ clausula appellatione remota posita in rescripto non impedit, quo minus à subdelegato ipsius debeat ad eū appellari, casu quo appellari posset. ¶ Nam licet illa clausula, remoueat appellationem generaliter. de casibus tamen quibus potest appellari, ipsa non obstante, non disponit, ad quem sit, vel non sit appellandum. ¶ Nam si sic operaretur effectum cōtrarium eius, quod signat: contra iura cōmunia: vt. ff. de condi. & demon. l pater. & de solu. l. qui hominem. in fi. Et hanc opinionem. Io. de Lignano, licet prædictas. rationes non ponat, & pro ista opinione Ber faciat. j. eod. si delegatus. in fin. vbi nil dicit de clausul. appellatione. remota. vbi notat Ioā. de mon. cancellariæ. In glo. mirabile.

¶ Sed tenendo hanc opinionem, quam verā credo: dic mihi quę est ratio, quare à subdelegato delegati Apost. nō appellatur ad Papam omisso medio, sicut in alijs? Respondet Nouella, ꝙ ratio specialitatis esse potest: quia habet appellans iudicium paratum. s. in persona delegati subdelegantis. Et inducit, ad hoc quod in textu sequitur: vt parcatur partium laboribus & expensis. ¶ Quod placet Io de Lignano, dicens quòd potest sibi dici: iudicem petis, & iudicem habes. Dic etiam de hoc plenius prout scripsi. ff. de iurisd. omniū iudic. l. more. in prima quæstione.

6 ¶ † Quæritur primò Nunquid si iudex delegatus totam causam commiserit, poterit de illa se vlterius intromittere? Inno. arguit pro & contra; & soluit. Sed dic vt. ĩ. eo. c. quamuis. lib. vj. & c. sequenti. cum ibi notatis, dicens, quod ordinarius semper potest ad se delegationem reuocare, siue totum commiserit, siue partem: vt. ff. de iudi l. iudicium soluitur. &. s. de rescript. pastoralis. &. ff. de offic. proconsul. l. solent § j.

¶ † Sed

7 ¶ † Sed nunquid potest sibi delegatus subdelegans retinere exequutionem & compulsionẽ partium, & suum consilium requirendum: quidam ꝙ sic. ar. s. eo. si pro debilitate. & di-cta. l. iudicium soluitur. quod tamen Inno. non credit. ¶ Recitat & Inno aliam opinionẽ quorundam, qui dicunt, ꝙ si delegatus causam audiendam committens, dicat etiam: Committo sententiam ferendam. & nihil dixerit, ꝙ sibi aliquid reseruauerit: tamen nihilominus ipse delegatus potest exequi sententiam ipsius subdelegati sui. Ratio eorum est: quia secũdum eos subdelegatus non potest exequi sententiam suam. Et ideò videtur, quòd subdelegatus semper retineat sibi exequutionem: secus tamen dicunt in casu, in quo diceret subdelegans simpliciter: Committo tibi vices meas: quia tunc nec reuocare posset, nec exequi: nec ad eum deberet appellari: quia totum, & nihil certum commisisse videtur.

¶ Certum est, quod committere potest exequutionem: vt ĩ. eod. fin. delegatus § si li. vj. Et si nihil aliud sibi retinuit, non potest amplius se intromittere: nec ad eum appellari vt ibi. & in c. præcedẽti legitur & notatur. ¶ Sed qualiter hæc procedunt: pone subdelegatus retinuit sibi exequutionem: hoc casu ambo sunt iudices. Nunquid sunt coniudices: vt simul sententiam ferre debeant: vt. s̃. eo. causam matrimonij? Respondet Inno ꝙ licet ambo sint iudices & iurisdictionem habeant, tamen non sunt coniudices: quia subdelegatus habet iurisdictionem à subdelegato, & sub eo.

8 ¶ † Imò plus dicunt quidam secundùm Inno. ꝙ etiam subdelegans abdicauerit à se totam iurisdictionem, & à se eam remouerit: tamen hoc est reuocare mandatum: vt. ĩ. c. venerabili. Quod tamen non placet Inno. sed remittit ad notata sua in dicto c. venerabili. in gl sua, quę incipit: sola commissio ¶ De quo dic, vt legitur & notatur. ĩ. eo. quamuis lib. vj. Et per hoc habes Inno. Hosti. & Nouel expeditos.

9 QVAERITVR secũdò, Nunquid subdelegatus Apostolicus, vel delegatus ordinarij, possit lite coram eo cõtestata, subdelegare? Et videtur ꝙ sic ad instar procuratoris: vt. C. de procur. l. neq;. ar. l & quia ff. de iurisd om. iudi. in fi. & ibi notat Accurs. in dicta. l. & quia. ¶ Godofredus ibi tenet contrarium: quia lege cauetur, ꝙ tales non subdelegant. nec cõtrarium reperitur expressum. Et idem tenet Cyn. post Pet. in dicta l à iudice. Ad contrarium Respondent, dicentes, ꝙ inter ista cadit magna rationis diuersitas. Nam procur. per litis contestationem efficitur dominus litis. & ideò non potest reuocari siue causa. ff. de procur. l. ante. & l. post litem. & eo. tit. C. l. procuratoribus. & tamen secus in iudice: vt. ff de iudi l. iudiciũ soluitur. Hanc tenuit Roffredus & Io. Nicoti.

¶ Sed quę est ratio diuersitatis, inter procuratorem & iudicem, de quo agitur? Dic secundum Io Nicoti istam esse rationem: quia procurator concipit verba in personam sui vt. ff de constitut. per. l. enim, qui § iulianus. & l. qui autem § fi. Et ideo quasi contrahit: vt ff. de pec. l. iij § idem scribit. Sicut institor. & ff. de instit l. j. & ij. Et ideò sententia formatur in ipsum. C. de senten. & interlo. om iudi. l. j. Sed secus in iudice, qui solum audit partes, & nihil in personam loquitur dispositiuè ex quo possit oriri obligatio contra eum: nisi cum per imperitiam malè iudicando facit litem suã: vt insti. de obli. quæ ex quasi delic. nascuntur. in prin. & ista est veritas. tetigi ĩ. eo. quamuis. in. iij. q.

10 ¶ † SECVNDO quæritur, vtrum Archiepiscopus sit ordinarius totius prouinciæ, & vtrum habeat iurisdictioné in quemlibet subditum illius prouinciæ. de quo per Bernardú in glo. ij. quam hic repetas. Omnino vide quæ scripsi. j. c. Romana. lib. vj. in prima quæstione & quæ dicam de elect. si cófirmationem. e. lib. Dicit Inno. quod Archiepiscopus habet ordinariam iurisdictionem Archiepiscopalem in tota prouincia. & ad hoc. xxj. di. c. j. post principium. & clemen. ij. de priuile. Sed non habet ordinariam iurisdictionem episcopalem. Nec si concurrunt de iure. Nam in tota prouincia habet visitationem & procurationem. j. de præscrip. cum ex offi. Ad idem. vij. q. j. in apibus. Quod dic, vt. j. de cen. c. j. & vlti. lib. vj. Et non sequitur: est Iudex totius prouinciæ: ergo cuiuslibet: vt in dicta glosa Bernardi. Quod patet etiam secundú Inno. in episcopo, qui licet sit iudex totius diœce. non tamé est exemptus: quamuis dici posit, & quod cuiuslibet Iudex est quia in pluribus causis iurisdictionem super quélibet, habet in omnibus. Ponamus enim, quod aliquis sit ita bonus, quod nihil cómittit, quod de iure correctione indigeat: super hunc inquid, habet iurisdictionem, sed ligatam. ar. xxij. di. de Constantinopolitana. Sic & Archiepiscopus iurisdictionem habet. sed ligatam quousque conueniatur in casibus exceptis. Simile. s. de rescrip. pastoralis. § quoniá. Ac si velit Inno. dicere iurisdictionem habet: sec non iurisdictionis exercitium nisi in casibus, secundum Hosti. Plerumq; enim secundum eum quis habet iurisdictionem & exercitio caret: vt dicto. c. pastoralis. & de cler. peregri. c. tuę. Dicit Lign. exclu. casus in dubios: videlicet Archiepiscop⁹ in propria diœcesi habet iurisdictionem immediatam actuale in subditos suæ propriæ diœce. & in proprios suffraganeos pro regula generali. Item in casib⁹ expressis à iure in subditos suffraga. quibus casibus exclusis dicit quod actualem & immediatam iurisd. nó habet Archiepiscopus in subditos suffraganeorum, præter casus à iure expressos. Subdit tamen, quod habet habitualem iurisdictioné in omnes reducibilem ad actú per modos in iure expressos: vt per appellationem, &c. Sed parcat mihi: quia nihil addit ad Inno. sed solum verba transformat. Puto tamen loquendo cum omni reuerentia, quod Archiepiscopus pręter casus expressos à iure nullá iurisd. actualé vel non actualé, ligatá vel non ligatam habet in subditos suffraganeorum per istud cap. in fine primi responsi, ibi: cum dicit: cum in eum exceptis quibusdam articulis nullam habeat potestatem. Modo qui vniuersaliter loquitur, nihil excipit. ff. de hęredi. institu. l. hoc articulo xix. di. si Romano. de maior. & obedientia solitę. in fin. de coniugio le. pro quoniá. Nec obstat, quod pót iurisdictionem habere: quia hoc fateor: sed illud locum habet solum in casibus expressis à iure. Hoc ergo quod dicit Innocen. de ligata, vel non ligata, & Hosti. de exercitio, vel non exercitio, sic debet intelligi, quod membra ambo comprehendátur sub articulis exceptis in iure: sic, quod in aliquibus eorum habeat iurisdictionem immediatam actualem non ligatam, & cum exercitio. Quod fit dupliciter: quandoque ab initio in actu, & pure. Quadoq; per reductioné ad actú. In alijs verò habeat iurisdictionem solum habitualem ligatam, & sine exercitio, licet per certos modos in eiusdem articulis exceptis expressos, reducibilé ad actú. Et prædictorú membrorum exempla, & probationes reperies discurrendo per casus exceptos & per iura, quę in dicta glo. secunda Ber. & infra statim adducuntur ad prędictos casus speciales & illam credo fuisse mentem istius decre. ac Inno. & Hosti.

¶ † Sed quęro, qui sunt illi casus seu articuli in iure excepti, in quibus Archiepiscopus habet iurisdictionem immediatá in subditos suffraganeis Ecce aduerte: Bernardus in glosa. ij. plures ponit, quos etiá recitat Hosti. Sed & vltra illos Hosti. alios addit. Primò, quia Archiepiscopus concedit indulgentiarum literas per totá prouinciam. Infra de pœni. & remis. cú ex eo. & . c. Romana. ¶ Item cum visitat, confessiones audit subditorum suffraganeorum, & absoluit. j. de censi. c. vltimo. lib. vj. Item audit causam, quę defertur ad eum per cósultationem. xvj. dist. multis. Not. Archi. ix. q. iij. cóquestus. ¶ Item habet potestatem in his, quę cómuniter tangunt totam prouinciam. de institu. ex frequétibus. ix. q. iij. Archiepiscopus. ¶ Idem quo ad congregationem concilij prouincialis, & ea, quę aguntur & statuntur ibidem. de accu. sicut de pręg. graue. xviij. di. quoniá. Ité casu infra de pœ. Romana. li. vj. Item ratione priuile. s. e. duo ¶ Item ratione consuetudinis: vt ibi, &. j. eo. Romana. & de fo. compe. & de ap. Roma. lib. vj. ¶ Ité si inter episcopú & c. suum fit permutatio super immobilibus: cum Episcopus nó posit autho. in re propria. argumentum. ff. de autho. tu. l. j. & Cle. si vna. de re. eccle. non alienandu. & . xj. q. ij. fine. Item idem videtur in casu decret. statuimus. de transact. Item cum episcopus, vel quia accusatus, vel alia de causa defert ad eum causam. de ap. cum specu li. s. titu. j. licet super quibus notantur versus in summa eodé titu. § quid. pertinet seu § sunt autem distinctę Hosti. ¶ Item secundum. G. in casu negligentię. Idem Hug. in dicto. c. conquestus. Et habet hoc pro regula: sed Archidi. ibi contra. Et super hoc remittit Coll. ad collecta sua de elect. cum ecclesia vulterana. Nec habet locum. c. cú vos s. e. in Archiepiscopo respectu suffraga. ecclesię vacan. Not. Archid. xij. q. ij. illud & probatur de supplenda negligentia prela. ecclesię. lib. vj. secundum Col. nec dispensat cum illegitimus prouinciæ visitando Collec. dixit de fil. presbyterorum ad extirpan.

12 ¶ † Sed occasione pręmissorum quęritur, quid si Archiepiscopus aliquem de subditis suffraga. excommunicauit in casu non suo: nunquid ipso iure tenet excommunicatio: loi. ix. q. iij. c. ij. tenet quod sic: licet sit puniendus. arg. in auth. de defen. ciui. § si verò egerint § pręcedéti. & § penul. collect. iij. Sed Inno dicit, nos contrarium credimus. argumentum. aij. q. vj. peregrina. vj. q. iij. scitote. ix. q. iij. nullus. Sic nec tenet absolutio secundum eum, si absoluat excommunicato ab Episcopo: nisi in casibus: licet secus sit dicendum in Episcopo, qui iurisdictionem habet non ligatam in tota diœcesi: vt notatur. s. c. cum ab eccle. Inno. & immediatam: vt notatur de offi. Archipres. c. iij. Host. De quo dixi. supra in prima q. principali. & latius in dicto. c. cum ab ecclesiarum. iij. q. ix. ¶ Distinguit verò Henri. hîc in sua distinctióe. ij. cum quæritur, vtrum excommunicatio Archiepiscopi in subditum suffraganei lata teneat ipso iure? Dicit enim quod tenet in casibus, in quibus iudex est de officio lega. c. j. s. e. duo simul. xj. quęstione. j. peruenit. Et si idé credatur propter appellationé probabiliter esse iudex. j. de appella. si duobus. ¶ Sed extra dictos casus, & cum non creditur probabiliter esse Iudex puta hîc sunt opiniones contrarię, quas prædixi. Placet tamen sibi opinio Inno. cui concordat Hosti. hîc, & Gof. in summa de sen. excommu. § sed quęres, an episcopus. ver. sed non idé & Archi. de offi. vica. c. j. & de foro compe. Romana in fin. lib. vj. & hîc. Coll. per literam, ibi: *nullam potestatem*. Et facit, quod notatur. xxxvj. quęstione. vj. c. j. glo. hic tamen. Et idé subdit de absolutione, vt dixi per istud capitulum. Cui concordat Hosti. in summa de sen. excomu. § est & alia regula. ver. sed quęres. an Episcopus. & Gof. eodem titulo etiam in summa. & frater Ioann. in summa de sen. excómu. licet Ray. eodem titulo contra, & malè. ¶ Et hoc teneas indubitanter, qui nullam iurisdictionem, seu potestatem ligatam, vel non ligatam habet Archiepiscopus extra casus sibi concessos vt s. dixi. Et hîc probatur: vt dixi. Et ibi ligatam habet & sine exercitio defectus exercitij & ligamen impediunt ipso iure: vt. j. de sen. excommu. per tuas. & . c. licet. & quod legitur & notatur. j. de dolo, veritatis. in fine & quod scripsi. s. tit. j. prudentiam. § adijcimus.

¶ TERTIO principaliter quęritur subintrando materiam glo. Ber. quæ incipit: *quo casu*. posité in § sed quod dicimus, super verbo, *in mortis articulo*. quis dicatur mortis articulus, in quo à sententia reseruata Papæ possit quilibet ordinarius absoluere

absoluere. ¶ Primò quæritur de trāsfretante, an talis eo ipso censeatur esse in huiusmodi periculo vt sic possit absolui. Vide Bernardum in dicta glo. ¶ Dixit autem Hosti. se aliquādo secutum fuisse simpliciter. Tanc. & modernos, qui contra opinionem Vinc. dixerunt transfretantem, non esse in huiusmodi periculo: nisi naufragium euidens immineret: & adhuc illam amplectitur, per rationē, quæ signatur in glo. Ber. ¶ Sed quid de obsesso? dicit Hosti. se etiam fuisse aliquando secutū indistinctè opinionē prædictorū notatā in gl. Ber. videlicet, quod quo ad hoc requiritur, quod talis sit vulneratus periculosè: aut quod aliud periculum euidēs sibi immineat. ¶ Verum dicit in illo considerandum modum obsidionis, & qualitatem personarum: vtrum videlicet sit Bellator, vel alius. Si enim locus obsessus non expugnetur: sed stat à longè exercitus, & commedunt & bibunt, & quiescunt secure hinc & inde sicut plerūque vidi, adhuc tūc Tanc. adhæret. ¶ Sed si locus expugnatur cū machinis: quia posset lapis super stultum cadere, & quilibet communiter imminet periculum: tunc concordat cum Vinc. indistinctè. s. quod censeatur in periculo, & posset absolui. ¶ Sed si locus expugnatur cum balistis, & alijs armis periculosis: quod plerunque contingit, etiam in vna die sæpius fieri. Tunc dicit distinguendum inter personas: quia de bellatoribus, qui ad pugnam exeunt, & quibus periculū immineret, idem credit: videlicet, quod sunt in periculo, & absolui possunt. Sed non sic de alijs, qui non pugnant. Ad hoc. s. de seruis non ordinan. c. j. cum suis con. & C. quando liceat sine iudice se vindicare. l. j. Si enim hic expectauerit vulnus, forsan mors cum vulnere infligetur satuum est igitur sentire, quod post mortem ad medicum recurramus. Non ergo expectes primum ictum, sicut alias notatur do. ff. ad leg. Aquiliam. l. sed & si quodcūq;. j. responso. ¶ Sed quid de ingrediēte bellū campestre? dicit Hosti. idem quod dixit supra proximè de existen. in obsidione: dummodo bellum sit iustum. ¶ Prædicta etiam omnia de pugnantibus dicta intellige secundum eum, de iustè pugnantibus. ¶ Si enim obsessi iniustè defendunt se tanquam excommu. & rebelles, nullus ipsorum absolui pōt in peccato existēs. j. de pœni. quod quidē. Ergo in hoc casu ad expugnantes eos hoc priuilegium deuoluetur. Super quo remittit ad not. sua in summa de treu. & pa. §. quid si iustum bellum de homici. pro huma. §. fin. ¶ Sed q̄d si iustè obsessus, & iniustè defēdens pœnitet: sed exire non potest securè? Respondet Hosti. quod tunc censetur esse in periculo, & absolui potest. dummodo tātum faciat, quod non possit aliquid imputari. Cauendum tamen dicit de ficta pœnitentia. & super hoc remittit ad notata. j. de regul. sicut nobis. §. j. & de appella. quæstioni. Subdit quod in omnibus istis casibus debet sic absolutus, si euadat, vel eius hæres, si mortuus fuerit ad excommunicatores recurrere & eis humiliter obedire. j. de sen. excōmu. de cætero. & c. ea noscitur. in fin. & c. à nobis. ij. Quod dic, vt legitur & notatur eodem titulo. c. eos. li. vj. ¶ [14] † Sed quid de muliere pregnante propinqua partui: nunquid censetur esse in tali periculo mortis. vt sic possit absolui per ordinarium à sententia Papæ reseruata nō præmissa ordinario, etiā propter sexum: ne incidamus in decretali, mulieres. de sententia excōmunicationis. ¶ Putat Nouella distinguendam mulieris conditionem. Dicit enim, quod si est corpulēta, quę multos habuit filios, & facile peperit: non est obsoluenda. nisi aliud periculum immineat. Si verò alias non peperit, & multum timet partum. Et fortè debilis est, potest absolui. Simile alleg. Coll. ff. de oper. noui nun. l. de pupillo. & de officio præsidis. l. senatus. Quia tamen experientia docet multas in partu decedere, pium esset dicere illas absolui posse: maximè, quia si euadunt reincidunt: nisi satisfaciant ad mandatum Papæ. Quod dic, vt dicto. c. eos. & remittit Nouel. ad notata sua. j. de pœ. & remis. quod in te. primo responso. ¶ Quid dicendum? in veritate verè nescio quid dem tibi pro regula generali: nisi quod dico totam materiam arbitrariam esse, pro eo, quod non est à iure certitudinaliter limitata. & non puto eam superioris. i. ordinarij iusto arbitrio remittendam. argumentum. ff. de iure deliberandi. l. ait pretor. §. j. coniuncta. l. continuus. in principio ff. de verborum obliga. & s. titulo secundo. c. de cau cum ibi notatis.

[15] ¶ † Sed nunq̄d generalitas nostræ literæ dat intelligere quod laicus habeat huiusmodi potestatem absoluendi in articulo mortis? vide Bernardū in principio dictæ glo. Arguit quod sic & pro hoc. j. de sen. excommu. nō dubiū & c. ea noscitur & c. quod de his. in quibus de hoc not. secundum Tan. Et idē videtur hîc notasse Bernardus in confessione s. quod quis in mortis articulo possit laico peccata sua confiteri. ¶ Sed dicit Hosti. quod nec à laico, nec à sacerdote minore pōt quis absolui, sic quod sit absolutio vera. xx q. iij. notandū. j. de sepul. parrochiano. Nec etiā à minore vinculo. j. de sen. exc. nuper. §. in secundo vbi apparet, quod proprius sacerdos requiritur, si haberi potest. de pœn. dist. j. verbum. & s. de sum. Trini. c. j. §. penul. & fin. ¶ Quod ergo dicunt de laico intelligas secundū eum quo ad signa pœni. declaranda. Est enim verisimile, quod ille, qui à laico absolutionem recipit, liberius ipsam reciperet, si haberet copiam à proprio sacerdote: vt expressè probatur per Augusti. de pœ. dist. j. quem pœnitet. & c. sequenti. Et ideo mederi potest & post mortem. j. de sen. excommu. à nobis. ij. Hosti. Concordat Ligna. pro eo, quod potestas clauium non cadit in laico. Et dicit hoc expressum in c. quem pœnitet. versu, tanta itaq;. Sed dicit hoc prodesse propter duo. Primò, vt per hoc appareat exclusio contemptus. Secundò vt ille testificetur in absolutione obtinenda post mortem. ¶ Supple glosas. In glo. ij. ibi. c. ij. vbi de hoc. & in Summa quęstionis. Et ibi: *in off. c. ij.* quod est verum, nisi ecclesiast. consuetudo & rationabilis obuiet ex aduerso. xij. dist. illud breuiter. Vel secundum Hosti ab illa generalitate excipe casum nunc de diuinis. ff. de legibus. non est nouum. & l. sequenti. Et ibi. *habet prælium.* de quo agitur. Et ibi: *negligens non sit.* quando est excommunicatus. de supplenda neg. prę la. Romana. lib. vj. Et ibi: *facere debet.* etiam si de excōmunicatione voluntatis agatur. in auth. de eccle. titulis. §. si autē pro redemptiōe. & sequenti col. ix. Nec mirum: quia ex causa deuoluitur iurisdictio ordinaria ad delegatum, & ecōuerso. de his. s. c. significauit. Et ibi: *non licet.* Quod dic, vt. j. de supple. ne prę. eccle. libro. vj. in fine. ¶ In glo. *si nullam.* ibi: *recipere.* j. de rap. in archiepiscopatu. Et ibi. *quod iacere.* potest secundum Vincen. Sed si episcopus potest cogere: ergo & archiepiscopus: cum iurisdictio ipsius sit deuoluta ad eum per appellantem. Sed dico, deuoluta est, sed nō efficax. Sic supra titulo. ij. super quęstionum. Ioā. vnde dicebat Vinceo. quod appellatio non dabat iurisdictionem, nisi inter personas, inter quas agitur. *In glo. quo casu.* ibi: *in laico. potest.* secundū Vinc. & Phil. Et ibi: *sed hic videndum.* secundū Tanc. & modernos. Et in fine. & est hoc expressum de pœn. dist. j. quem pœnitet ver. tanta vtiq;. & dist. vj. qui vlt. in princi. ¶ In glo. vt. s. *de officio.* ibi: *aduersus.* tibi consul succedit cōsuli. Et ibi. *mortuo iudice.* ibi: Iudex iudici. Et in fin. ibi: *argentarius.* succedit argentario. Sic legatus legato. j. de eo, qui mittitur: in pol. c. iij. In glo. *vel parens.* ibi: *ad illam causam.* Vnde nec hoc poterit generalis legatus, secundū Io. s. titulo. j. c. ij. ¶ In glo. *ex hoc videtur* ibi: in actione personal. s. secundum leges. Nam decretales loquūtur in reali. ¶ In glo. penul. ibi: *canonica.* vide quod notatur. j. de ver. signi. dilecto. In glo. & ita. & quod ibi dixi. Et ibi: *vndecim annos:* Dicunt quidam, quod idem est secundum Tranc. quia licet citatio perpetuet iurisdictionem, non tamē actionem. Dicit Hosti. quod id videtur mirabile, quod duret iurisdict. actionis perempte. Et ibi: *de calumnia.* si deierauit nō pręscribet: nec punitur. & malè conscium auctas iudicis excusabit. de pręscrip. c. fin. Hosti. In glo. finali, ibi: *simile consilium.* l. vt qui vlt. rem petere, si potest intentet possessorium. Et ibi: *alias non nocet* Idem Hosti. Dicit tamen Vinc. quod posteà cauere tenebitur. ff. de vsuris. l. debitor. ¶ Plura alia notauit hic Collect. quasi per duas columnas, quę alibi in locis proprijs plenè tractata sunt per Doctores. & in illis etiā per me

satis discussa. Ideò ex certa scientia illa obmittere dignum duxi.

¶ SVMMARIVM.

1 *Appellari à correctione, num possit?*
2 *Ordinario si scribatur qualiter dignoscatur, an ipsi vt ordinario, an verò vt delegato scribatur?*

¶ CAP. XII

Licet. Casus Papa per rescriptum cōmouens ordinarium suum officium exequi, non facit eum delegatum. Et ideò tunc ab eo ad proximū superiorem poterit appellari. ¶ Et primò ponit formam rescripti Secundò illā declarat, ibi *quia tamen.* ¶ Expone literā *inierclusum.* ipso iure, vt in concordantijs primæ glo. Et idem de inquisitione & exequutiōe: nisi tamen precedens formam excedat: vt in glo. ante pe. & nisi ex odio fiat. xxiij. q. iiij. ita planè. vel nisi corrigens eodē peccato, æquali, vel maiori, æquè, vel plus notorio laboret. iij. q. vij. iudicet. Sic potest intelligi de appel. de priore Hosti. *Statuens.* Facit ergo episcopus statuta in sua diœcesi de maio. & obedi. c. ij. *Regulare.* Nil enim potest contra canones statuere: dixi de offi. Archi. c. fin. *Nec esse debuit.* Sic. s. de arbit. exposita. *Declarandum.* quod eius fuit de sen. exc. inter. † Not. Lign. quod á correctione non appellatur. de appel ad nostram. & c. de priore. & c. reprehensibilis. Quod intellige, nisi excedat modum. j. de sen. exc. vniuersitatis. j. c. proximo. Et vbi est notorium. j. de ver. signi. ex parte. & c. cum olim. Et idem si aliter grauetur: vt. j. sequitur Inno. Idem, quod attendenda est mens scribentis. Super quo Collect. remittit ad concordantias notatas per Archid. de verb. signifi. c. fi. & ad Collect. sua de offi. dele. super eo Itē quod Papa non intendit iuri alterius derogare: nisi hoc exprimat: vt dicto. c. super eo. ix. q. iij. nunc verò. Inno Idem notat Collect. id, quod dicit decretalis in effectu. s. quod si mandetur ordinario id, fieri, quod aliàs ad eum spectat: non dicitur delegatus, sed instituitur vt ordinari⁹. Et cōcordat de rescrip. cum aliquibus. quo ad literas facultati⁹: nisi ponatur authen. nostra. vt ibi. ¶ † Sed qualiter cognoscam, dum scribitur ordinario, an scribatur sibi vt delegato, vel non? ¶ So. si in literis dicatur, auth. nostra: hoc est planum: vt. c. cum aliquibus. Et idem si dicatur: Committimus, delegamus: vel simile. Idem si apponatur, vel scribatur aliquid vltra formam iuris: vt si in literis de simplici iustitia scribatur app remota. vbi alias de iure remota non est, secundum Innocen. & Abb. Et per hoc not. Hosti. clausulam appellatione remota aliqd operari, contra notata sua, s. titu. ij. super § porro. Notat etiá Inn. quod si Papa scribit ordinario, quod audiat generaliter causas aliquorum subditorum suorum: non ponendo aliqd de supradictis, pcedet tunc, vt ordinarius. nō vt delegatus. Et est ratio secundum eum. Tum quia sic videtur ei suasisse exequutionem sui officij. Tum quia contra ius sunt huiusmodi generales commisiones. s. de rescriptis. ad hęc Secus tamen dicit, si inter aliquas personas specialiter mandaret ordinario causæ cognitionem: quia tunc delegatus pręsumitur j. de præscrip. cum ex offi. Et ad ibi not. remittit hîc Nouel. Nec obstat quod hîc fuit appellatio remota: qa hoc fuit hîc appositū qa de iure erat hoc, sēd. n Inn. Dicit Cal aut clare cōstituitur delegatus: vel dicit authen. nostra procedas. & tūc planum: vt. c. cum aliquibus. Aut per literas. recipit potestatem procedendi super aliquo. super quo aliàs procedere non potest: vt si dicatur, quod procedat simpliciter de plano, &c. Et tunc videtur constitui delegatus. aliàs videtur potius excitari: vt suum officium exequatur, quam quod noua potestas eidem tribuatur. Cal. ¶ Lign. verò, remittit ad notata sua s. titulo secundo de causis. in distinctione. & nihilominus in conclusiōe dicit, quod vbi Papa mandat aliàs iurisdictione carenti, vel habenti iurisdictionem alterat, vel auget: dicitur delegata, Secus verò vbi mandat aliàs iurisdictionem habenti: nec illam alterat, auget, vel restringit, alterādo. Inducit no. in. l. sæpe. ff. de officio præsidis. Tunc enim aliud exprimat censetur ordinaria: vt hîc, secundum eum. ¶ Supple glosas. In glo. prima. ibi: *de purga.* ibi de famoso non notorio hic loquitur, vt sequitur: in quo etiam non indicitur purgatio. s. titulo. j. c. penul. ¶ In glo. secunda ibi: *laicorum.* quia illud genus mixtum: sed in quantum religiosis participatur, dicuntur clerici: inquantum laicis dicuntur seculares. de his. s. de summa Trinitate. c. j. super verbo, communem. Hosti ¶ In glosa *puta.* ibi: *cum oporteat.* quod dic, vt eodem titulo. c. ij. lib. texto. ¶ In glosa penultima ibi: *instruat.* Idem Inno. vel ordinarium officium excitauit Hosti.

¶ SVMMARIVM.

1 *Correctio subditorū ad quem pertineat? & num ab ea, & quando appellandum sit?*
2 *Correctionibus pœnæ pecuniariæ admisceri non debent. & nu. 6.*
3 *Eligendi ius de capit. ad Episcopum qualiter deuoluatur?*
4 *Capitulum an cessationem in diuinis incidere queat, eamq; obseruare teneatur Episcopus?*
5 *Celebrans in ecclesia post cessationem inductam num irregularis fieri possit?*
7 *Iurisdictio delegantis morte, num expirare dicatur?*
8 *Conuentus hospitalis sancti Ioann. Hierosolym. an de iure magistrum eiusdem hospitalis & ordinis de iure remouere possit.*
9 *Episcopis inferiores, num causarum criminalium præscribere cognitionem possint? Et quid de officialibus, vel vicarijs?*
10 *Iurisdictio an de iure communi ad Episcopum pertineat?*
11 *Episcopus aduersum Abbates aliosq; Prælatos, num ad dispositionem eorundem sine capituli consensu procedere possit? Et sub hac aliquod eiusdem generis quæstiuncula.*

¶ CAP. XIII.

Irrefragabili. Casus. Prælati subditos corrigunt & reformant appellatione vel consuetudine non obstan. si tamen capitulum Canonicorum excessus corrigere consueuit: nisi hoc faciat infra terminum ab Episcopo præfixum, Episcopus corriget. Et si Canonici sine manifesta & rationabili causa maximè in contemptum Episcopi, cessant à diuinis, Episcopus cessationem nō saluabit. & Metropolitanus de hoc vice Papæ cognoscet. ¶ Et sunt quatuor partes. Secunda ibi: *excessus.* Tertia ibi: *cæterum.* Quarta ibi: *prouideant.* Vel sunt partes ponendo secūdam, seu quartam sub primam, secundum Nouell. ¶ Expone literam, *irrefragabili.* i. generali, vel id est irretractabili. Sic C. de legi. l. iij. s. de consti. c. fi. Host. Maximè hoc dicit quia laici ratione delicti sunt de suo foro. de iudi. c. nobis. Pet. & Abb. *clericorum.* Sic. j. de vita & honesta. cler ic. viij. q. j. qualis *Prudēter.* j. de pœn. & remis. c. j. Diligēter. i. nō torpeát, nec dormiant, iuxta Psalmum. Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel: quia non dormitat, neque dormiet, qui impugnat Israel. Super quo vide quod notatur de offi. prę. c. primo. j. responso. Hosti. *Sanguis.* i. anima. quæ dicitur habere sedem in sanguine: quia non potest habere sedem in sicco. xxxij. q. ij. Moyses. vel. i. peccatum. Iuxta illud Psalmi. Libera me de sanguinibus. Et facit. lxxxvj. di. faciens. in fi. & de sta. mo circa finem. manibus. i. operibus. de sacra vnctione c. vno. *Libere.* sine impedimento. Sic supra. c. j. *Nisi.* excipit ab eo quod de appel. dicitur. *Formam.* j. de accu. qualiter i. ij & c. inquisitionis. Et dicit hic Io. quod Episcopus excedit formam, si non citat illum, de cuius fama vult inquirere, per decret. qualiter. *Excessus.* respicit quod supra de consuetudine dixerat. *Cathedralis.* idem: puta de alia eccle. vel personis eisdem eccl. quæ hanc consuetudinem haberent. de foro cōp. cum contingat. *Per ipsum.* s. causam. *Habuerunt.* vel habebant in posterum

in posterū nō enim intendit futuras consuetudines damna re,quas approbant multa iura ad quæ vide notata in dicta decretali,contingat. *Infra termi:num.* Simile. ĵ.de excep. pastoralis. Et de hoc vide multas cōcordantias. de probationibus licet. in prima glosa. Et per hoc notant Pet. & Abbas, quod in iurisdictione deuoluenda necessaria est monitio: secus in collatione beneficiorum. de conces. præb. c.ij. *Alioquin*.i. si infra prædictum terminum prædictam correctionem non fecerint,extunc.i.lapso termino. ergo non prius. & sic nō est locus præuentioni:vt dixi. s̃.c.pastoralis.super prima glosa. Nec puto finem termini expectandum, si expresse responderet capitulū se nolle corrigere.ar. ĵ.de loca. potuit. & de ap. ab eo.li.vj.& de sen.exc.venerabilibus.§.secus.eod.lib.*ipsos*.s. canonicos delinquentes, & sibi resistentes.arg. de officio delegati.c.j.&.c.ex literis. Simile notatur. s̃.c.quantò. Host. *Animarum cura.* quæ per consuetudinem:vel per appel. impediri non debet. de præscrip.c.si. Hosti. *Censuram ecclesiasticam*. quā si non seruant, recurratur ad brachium seculare:vt. s̃. eo.c.j. Et optat Hosti.ꝙ canonici multarum ecclesiarum bene attē derēt ista iura:quia,si quam conscientiam haberent, nō essēt ita pertinaces in defendendis suis constitutionibus abusiuis, per quas & peccata nutriūtur, & bonum iustitię impeditur. Et dicit mirandū,quod nullus inter ipsos in talibus resistit: cū tamen paulus Petro restiterit.viij.dst.qui contenta. Cum tamen agentes & consētientes, & c. de sen.exc. quanto. Quomodo ergo in tali statu audent viuere, vel eucharistiam sumere non pœnitentes,sed potius irridentes.Ivideant de pœn. dist.iij.pœnitentes.& per totum. *Postponat*. Nec mirum cum ordinaria ad delegatum,& delegata ad ordinariam, & Episcopalis ad Metropolitanam.per negligentiam deuoluātur s̃.titu.ij.prudētiam.§.vj.&. s̃.c. significauit.&. s̃.c proximo. §.*Caeterum*.ibi: *Manifesta*.i.notoria. Nam alias nulla consuetudo prodesset in hoc,ꝙ capitulum in causa sua contra Episcopum esset Iudex:quia esset contra bonos mores & graua men induceret eccle. s̃.de consuetudine.c.j.&.c.cum venerabilis. Sed vbi factum est notorium potest valere consuetudo:nec iudicat. sed cessat pro manifesta offensa, ꝙ fieri pōt ĵ.de verb.signi.ex parte.&.c.cum olim. Caue, quia sufficit quod sit rationabilis & manifesta:licet non sit notoria. vt no. Archi.&.Par.ac Nouel .ĵ.c. si canonici:vt ibi dixi in .iiij.q. licet Card.ibi contra. Nec est irregularis celebrans in ecclesia tali cessatione durante:quia non est interdicta:sed secus si interdicta esset:vt. ĵ.de exces. Prel.tanta. Hosti.idem notat Io. Andre. ĵ.c.si canonici.in quarta glo.& Nouel.super illa. Et ibi dicam. ¶ Caueant tamen religiosi à pœna Cle.j. de sen. exco. Et licet decanus,vel cap.possit habere potestatem interdicendi eccle.tn̄ si pro re dubia interdicant, puniantur .ĵ. de appel. dilect. ¶ Quod dic,vt ibi notatur in glo. de his. *Rationabili*.debent ergo concurrere ista duo. Simile. ĵ. eo.cōquerente.de sen.cum Apostolus.de vi.& ho.cle. monast. de sen. exc.sacro. Dicebat ergo Hosti.ꝙ si quis non solueret pensionem.x.solidorum debitam cap.non esset hęc iusta causa de his quę fiunt à maiori parte capituli.c.j. *Incontemptum*. forte motū ex aliqua iustitia, quam facit Epis.quam fortè dicunt iniustam *Cessauerint*. de his cessationibus, dic vt . ĵ.c. quāuis. &.c.si canonici. Et vide quod notat Io. An.in .c. quamuis.in glo.fi.*Si voluerint*. quasi factum ipsorū nō adstringat Epum etiam si cessare possit: Ad hoc. s̃.eo.pasto.§.j.&.c. cum ab ecclesia. Vbi tamen ex iusta causa cessānt, decet, vt alijs se cōformet.argumentum prędictæ decretalis, cum ab ecclesiarum: &.c.ad reprimendam. s̃.e. Hosti. *Cathedrali*. cum capellanis & domesticis suis.ij.q.vij.cum past. Nec intererunt Canonici,nisi omnes vel maior pars concordent, vel re assument organa. Canonicus etiam, qui non consensit in cessatione, per se celebrare nō poterit:quia ꝙ maior pars.&c. sed enim Epo potest Vincen. *A nobis*.concordat. ĵ.de cleri.egro .c. vno. & de statu regu.c.vno.libro.vj.& in Cle.e.tit.attendentes. & de supp.negli.Pręla.c.vno.de relig.do. quia contingit. *Cognita*. de plano,cum agatur de correctione, & timeatur de scandalo. & periculosa sit mora. argumentum supra.§.j. infra de prescriptio.cap ij.de sen.excommunicationis vt famę. &.c. sacro. Hosti. *Veritate*. puta,quod sine manifesta & rationabili causa cessauerint. Innocen. *Salutare*.i. statutū ad salutem animarum pertinens. *Grauamen simile*. vt puta;vt subditum criminosum.& se velle inquirere dicat, vt sub.titū grauet. *Canonicam*.s.suspensionis & depositiōis, si sit suspensus celebrauit ĵ.de vi.& honesta.cleri.vt clericorū.§. antepenul.& penul. Hosti Sed Pet dicit,quod erit arbitraria,ex quo non exprimitur. s̃.titu.ij.de causis.

1 ¶ † Notat Lign.quod ad Pręlatum pertinet correctio subditorum.de accusa.qualiter. Et quod à correctione non app. nisi modum excedat.& quod consuetudo dat iurisd.

2 ¶ † Item notat argu.de tanquam. Item, quod in correctionibus nō debent imponi pecuniariæ pœnæ. de quo. ĵ.de pœnis,licet.secundum AEgid.de quo infra dicam. ¶ Opponitur contra.§.j.decreta.ibi:*nulla consuetudo*.de.§. excessus proximè sequenti. So.consuetudo impediens Prælatum corrigendi potestatem habentem in corrigendo reprobatur hic. Sed consuetudo auferens istam potestatē vni,& illam attribuēs alteri,approbatur & modificatur: vt in.§.excessus. ¶ Secundo opponitur contra.§. excessus.quia videtur,quod ex negligentia absque monitione fiat deuolutio: vt . ĵ. de conces. præben.c.ij. ¶ Solutio quandoque præfigitur tempus à iure:& tunc quia illud pro homine interpellat: vt. C. de contra hen.emp.l.magnam.non requiritur tempus hominis, neque monitio: vt in contrario. Quandoque tempus non præfinitur à iure:& tunc requiritur monitio: vt hîc. Simile. ff. de vsuris l.mora in princ.

¶ TERTIO opponitur contra eundem.§. excessus. quia sic videtur,quod Canonici se ipsos possunt iudicare, contra l.nam & magistratus. ff.de arbi.de le iij.l.si quis.& ad Trebel.l.ille.§.temp. ¶ Solutio.& hîc intro.iij.glo.Inno. dico,ꝙ in contrarium procederet, si singuli canonici ipsorummet sing. Iudices essent. Sed nō est sic:Imo capit.ipsum Iudex est, & penes ipsum corpus capitu.est iurisdictio,& non penes singulos Canonicos. Nec de aliquo cano.pōt dici:hic est Iudex vel cōiudex. Sed verba resonantia actum de eis dici possunt. s.hîc cano.cōiudicat:sicut elect.est penes cap.& nō penes singulos.& tamē singuli coeligūt. Inn. Sed caueret cōis elect.de elect.quia.&.c.in Gene.e tit.c.sicut.cū de re.Iudi.c. pe.li. vj. ¶ Quartò opponitur specialiter contra id, quod proximè dixi,instan.quia si cap. iudicare habet,& Episco. est de cap. vtpote caput capituli.argumentum . ĵ. de verbo. signi. cum cleri.ff de his qui not.infa.l ij. Insti.de iur.na.§. plebs. Præterea,quia videtur,ꝙ non possit post ea ad eum deuolui iudicandi potestas. Nam & si omnes fuerint negligentes,paria delicta pari pœna puniri debent. de supplen ne. præl.dilecti.de elect.bonæ.memo.in fin. Si verò nō omnes negli.fuerint penes non negli.debet remanere hæc potestas Iudicandi. ar. s̃. de postu.præl.gratū.&.c bonæ.ij.& de elect. bonæ me.Ma.

3 ¶ † Et eadem quæstio est,quomodo deuoluitur: ius eligendi de cap.ad Epum. ¶ Solutio,dicunt quidā,quia Epus aliquādo nō est de capi. s̃.de rescrip eam te.ꝙ vbicūq; Epus est de capitulo,si Episco.negligēs est:cum alijs potestas eligendi.vel iudicandi: vel quælibet alia deuoluitur ad superiorem Episco.non ad Epum. Et sic intelligunt.l ff.quando app. sic l.j.in fi.quādo præses sedebat in ordine non iudicans,sed cōsulens. Sed contra hoc esset. C.de acces.l.l. vlt. vel quādo sedit iudicantes,sed contradicit. ¶ Quid ergo dicendum? nos dicimus,ꝙ si Epus interest in Capitulo, non tanquā Epus, sed quodam iure segregato, tanquā Cano.puta: quia Papa sibi de gratia reseruauit canonicatum, vel etiam priuilegiū speciale habet Episco.quod quicunq; est Epus, sit canonicus ita,ꝙ fingitur gerere duas personas: tunc si omnes fuerint negli.& etiam Epus.& tamē nihilominus tunc potestas eligendi, vel Iudicandi deuoluitur ad Episcopum:nisi dolus eius interuenisset,& propter hoc procurasset elect. non fieri: vt ad eum deuolueretur potestas: vt. ĵ.de conces.præben.postulasti.ar.

ſ.de elect.cũ inter cano.xvij.di.multis.ij.q.vj.oẽs.ff.de ſucce.eo.l.j.§.ꝙ dicimus.C.de adul.l.mater.ff.de adop.l.ſi pater.§.j. Sed nec tũc tenetur cõmittere vices ſuas.Nec ob.ff.de iur.om.iudi.l.præt. illud eñ ideo eſt,qa cõſulẽs ſuã volũtatẽ declarauit:vnde ſuſpectus haberẽ,ſi iudicaret Sed ſecus eſt in iudicãte qui ſuã voluntatẽ nõ manifeſtauit. Verũ ſi Ep̃us in electione Canoni.tñ interſit eo,qa Ep̃us:puta,quia de hoc habet priuilegiũ & perpẽditur hoc: qa ratione dignitatis plus valet vox Epi,quam Canonici.Non,quia Canonicus,vtpote, quia ſortẽ,nec canonicus eſt nec poteſt dici gerere perſonam Canonici,ſed Epi tantum. Et tunc non deuoluitur poteſtas hmõi ad Ep̃um ſed ad Archiepiſcopũ. Nec obſt. lex.ff. quãdo ap.ſit.l.j.in fin.quia approbo reſponſionem ſupradictam Inno. & hic plura ſunt recitata de dictis Ber. ¶ Subdit tamen Inn. quod malicia vel negligentia volentium eligere, alijs diligentibus non nocebit. Subaudi, quando eligere poſsint.argu.ff. ex qui.cau ma.in integrum reſti.l.non enim. Et hoc verum, ſi non negligentes infra terminũ eligunt. Non enim poteſt ſe Epiſcopus non negligens,neque eligens ſe excuſare, dicens, ſicut potui,electionem fieri procuraui:ſed non potui obtinere,quia ipſe ſolus poteſt Canonicos alios conuocare. Et quãuis non veniant,ipſe nihilominus circa finem vltimæ diei cõuocato capitulo eliget,& iudicabit:vt.ſ.de offi.del.cõſuluit. & not.de elect.cum nobis.&.c.eccleſia veſtra.ar.ſ.de poſtu.præla.c.bonæ. Et procedit hoc ſecundum eum, pro eo, quia certum tempus à iure habuit capitulũ.ĩ.quod procedere deberet:vt.ĩ.de conceſſ.præl.c.nulla vel à præb.vt hĩc. Secus enim vbi tempus non eſſet præfixum ab homine, vel à iure:qa tunc vnus ſolus non poſſet procedere in neg.quod pluribus imminere:licet quo ad decretalem,bonæ.de poſtu.poſſet dici,& melius quod ibi proceſſerunt, licet forte iniuſtè.non enim poterat procedere vnus ſolus cõtra ſententias plurium: licet ſecus,vbi ſunt negligentes in propoſito ¶ Caue tamen quia hoc quod dixi vnum ſolum poſſe eligere,vel iudicare, alijs negligentibus: intelligitur vbi ius vniuerſitatis recidit in vnum:puta in his,quæ ſpectant ad aliquos collegialiter vt.ff.quod cuius vniuer.no.l.ſicut.§ fi.arg.xij.q.ij.nõ liceat. Secus ſi non eſſet colle.vt quia eſſent plures delegati, vel ordinarij.Nam tunc in vnum nõ recederet ius eligendi, vel iudicãdi alijs negligẽtibus vt no.ſ.tit.ij.causam. Vel melius dic quod loquitur hæc decre.quando ad ſolum Capitulum pertinet correctio,vel non ad Ep̃um.Et ſic non habent locum prædictę obiectionis,ſecundum Inno ad literam. ¶ Sed dicit Hoſti.quod etiam hoc caſu vltimo poteſtas non deuoluitur ad Ep̃um, ſed ſolum impedimentum conſuet. remouetur quia hanc poteſtatẽ habet à Iure.vt.c.de perſona licet ratione conſuetudinis ipſius exercitium impediatur.Simile.ſ. c.quantò.ĩ.c.graue.ſecundum vnam lecturam.ſ.de reſcrip. paſtora.§ fin. Ad quod impedimentum remouendum adhibetur hic remedium monitionis & termini.ſecundũ Hoſti. ¶ Verum circa hoc Henri.circa hoc ſic diſtinguit:cum quæritur nunquid,& quando poteſtas eligendi,vel iudicandi de Capitulo ad Epiſcopum deuoluitur. Aut Epiſcopus nõ eſt de capitulo & tunc deuoluitur ad Epiſcopum ex negligentia Capituli,huiuſmodi poteſtas:vt hĩc,&.c.nulla.in fi. Aut eſt de Capitulo:& tunc ſi eſt de capitulo, vt Canonicus adhuc idem ceſſante dolo ipſius:vt e.poſtulaſti. Sed ſi eſt de capitulo, vt prælatus,ſeu Epiſcopus,ſiue caput:& tunc ſecus:vt e.c.poſtulaſti.in principio. Et iſta ſunt in effectu dicta Inno. quæ poſui ſupra. Et pro duobus vltimis membris ſimul facit infra de app.à collatione.lib vj. Vide tamẽ eundẽ Henri. ſuper hoc plenius.ſ.de elect.cum in cunctis.§ fi. Et huic concordat hic Cal.in additione. Sed de hoc dicam plenius in.c. à collatiõe.& in.c.poſtulaſti.allegatis. ¶ Quintò opponitur contra.§ cæterum.ibi:*abſque manifeſta & rationabili cauſa*.quia tex.iſte videtur innuere, † quod capitulũ,dũ modo cũ cauſa,&c.poteſt indicere ceſſationem, quam Epiſcopus obſeruare tenetur.Contra quod videtur, quia ſic capitulum in ſua cauſa contra Epiſcopum ſuum eſſet Iudex: quod eſſet, vt videtur cõtra bonos mores,& grauamẽ adduceret eccl. Et ſic talis cõſue.hoc inducẽs videret intolerabilis: vt ſupra de cõſue. c.j.&.c.cum venera. ¶ So. verbũ manifeſta.ꝙ in tex.ponitur, ſoluit cõtrariũ: qa requirunt duo copulatiuè, videlicet quod cã ceſſationis ſit rationabilis & manifeſta.i.not. Nec eñ tunc cũ factũ eſt notoriũ, propter quod capitulũ ceſſat, Iudex eſt Capitulum in facto proprio:quia non iudicat,ſed tantũ ceſſat, pro manifeſta offenſa:quod poteſt fieri.vt.ĩ.de verb ſig. ex parte.vbi de hoc notatur,&.c.ſequenti. Verum ſi interdixeris capitulũ celebrationem in re dubia punitur, vt hic & ĩ.de appel.dilect.Imo dic,vt dixi in expoſitione,ſuper verbo manifeſta. ¶ Conclude ꝙ ſi manifeſta & rationabilis cauſa ſubſit,& conſuetudo ſuper hoc ſit, ceſſare poſſunt. Nam & ſolus decanus poteſt interdicere eccleſiam, vt dicto.c.dilecto. Inno. ¶ Sed contra pręmiſſa replicat Inno.quia ſi ſoli canonici poſſent indicere ceſſationem, iam ſe ipſum ſuſpenderet, & legem ſibi dicere,ac ſibi imperare poſſent, contra iura, quę vide in glo.Bernardi,quę incipit: *videtur, quod ſoli*. ¶ Item Iudices eſſent in facto proprio cõtra id,quod eſt.C.ne quis in ſua cauſa.&.ĩ.de conceſ.pręb.poſt electionem. Item, quia de conſenſu Epiſcopi & Canonicorum interdictum ponendum eſt.de his,quæ fiunt à maiori parte capituli.quæſiuit. ¶ Solutio. Dicit Inno.quod bene de iure eſt quod Epiſcopus & Capitulum ſimul interdicant: ſed conſuetudo poteſt facere,quod ſolus Ep̃us,vel ſoli canonici hoc facere poſſint. ¶ Sed ex hoc ſequit quod aliquis ſibi imperet, vel ſe puniet: ſed capitulum imperet ſingulis canonicis,& eos puniet.arg. xij.q.ij.c.Epiſcop.§ qui manumittitur. Nec videtur Iudex in cauſa propria,ſed in cauſa eccleſi. & ſuper iniuria eccle.arg. C.vbi cauſæ fiſcales legitimæ &.ff.de his quæ in teſta.dele.l. proximè.&.ij.q.vij.ſi quis ab Epiſcopo. ¶ Vel dic,quod nõ eſt interdictum Iuris,ſed ceſſatio quædam. ¶ † Et ex hoc infertur,quod celebrans in eccleſia poſt ceſſationem inductam ſiue ſit ille,ꝗ ceſſationẽ induxit,ſiue alius nõ efficitur irregularis eccleſia,ſi ſit canonicus ſit interdictus celebrare, qui celebret:licet ſecus eſſet in interdicto Iuris:quia tunc irregularis eſſet:vt notatur.ĩ.de exceſ.præl.tanta.Inno. Super quo vide quod ſcripſi ſuper verbo,manifeſta.in expoſitione literali.De hoc autem,quod cauſa eccle.non cẽſetur propria cauſa prælati. Et ꝙ ideò in illa iudicat Prælatus, vide.ĩ.de maledi.c.j. Dicit Hoſtien. quod canonici non imperant ſibi: ſed ceſſant ab eo,quod facere poſſunt. Nec dicunt ſibi ius.qa nec ſniam ferunt.ſed ſolum ſuſpendunt organa ſua & campanarum ſonum & fere omnia alia expediuntur, vt prius. Remittit Nouella ad notata ſua de ſen.exc.ꝙ in dubijs.in glo. qui.ſ.vide omnino de prædictis.ĩ.eo.ſi canonici.in.iiij.quæſtione princ. ¶ Sextò oppo.cõtra.§ prouideant.ibi:*ad quæſtũ pecuniæ*.qa iſte tex.videtur innuere,ꝙ pro correctiõe nõ poſſit prælatus imponere pœnam pecuniariã. Contra ꝙ videtur xxiij.q.v.nõ duos.&.ĩ.de rap.in Archiepiſ.de quo.ĩ.de pœnis.c.licet.in glo.ij. ¶ Sol.dicit Hoſti.ꝙ Prælatus viſitans & inquirens,ſi videt pœnã pecuniariam magis timeri,quã ſpiritualẽ:bene põt illã imponere:vt in cõtrarijs. tamẽ illam in pias cauſas cõuertere,& nõ imburſare debet:ne videatur id ad quæſtũ facere:niſi fortè egeret. Remit.ĩ.c.dilect. Nã pœnæ ſeu mulctæ, quas infligit Iudex ſecularis ei,qui venit contra præceptũ ſuũ,acquirũtur fiſco. Tamẽ illæ quæ infligũtur pro facinoribus iam cõmiſ.ſunt publicis operibus deputandæ ſicut in refectione viarũ,pontiũ & ſimiliũ. Dicit tñ,ꝙ de facto ſibi applicãt has & illas. & remitt.ad Sum.eo.ti.§ quid pertinet ad officiũ.ver.debet etiã punire.& ſequẽtibus. Circa hoc autẽ,vtrũ ſuperiores p̃ſumũtur ꝓpter quæſt.pœnas pecu.imponere. dic ſcd̃m Hen.ꝙ ſi non cõuertũt eas in pias cauſas,p̃ſu.ꝓpter quęſtũ imponere vt hĩc,&.C.ad leg.Iul.repe.l.iij. Alias non,vt.ĩ.de p̃ſump.liſas.l.fi.&.ĩ.de pœ.c.ij.& de ſen.exc.gra.&.ĩ.de homi.pro hũani. Ideò cõſulẽt præla.ꝙ illas cõuertãt in pias cauſas Idẽ not.Ho.ſ.de offi.ſi.c.vlt. Licet eñ inferio.nõ ſit iudi.de Ep̃is,vtrũ bene operent an nõ iuxta illud:tu qs es,qui iudicas alienũ ſeruũ. Tamen dñs eos

iudicabit

iudicabit. Isa.iij. Stabit ad iudicandum dominus. Et sequitur verbum durum ad prælatos. Depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo vestra. vnde dicitur.ij.ad Roma. viij. Prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus vita & pax. Sapientia carnis inimica est Deo. concordat.xxiij.q.iiij. c.hæc autem.ex his omnibus. vnde caueant ne sint de illis, de quibus loquitur Gregorius. xliij. dist. sit rector in principio ibi. sunt namque rectores improuidi, &c. De his namque dominus conqueritur per prophetiam Isa.vj. capitulo. dicentē Ezechieli: Non abscondisti ex aduerso: nec apposuisti murū, vt staret in prælio pro domo Israel in die domini. Vnde Eze. xiij.capi. scribitur ex aduerso, quippe. Ascendo, &c. Vnde cōsiderare deberent, ꝙ beati sunt, qui persecutionem patiuntur, &c. Mathe v. xliij. di. scimus. in fine. Nam si hominibus placerem, &c. ad Galathas. j. capi. xlv. di. sed illud. & quod scribitur. j. ad Corinthi. v. capi. &. j. ad Thimo. v. capi. Peccantem coram omnibus argue, &c. xlvij. dist. c. non enim. &. c. quod ad nos. Henric. dicam in. c. licet. vel fortè in. c. pro humani.

¶ SEPTIMO opponitur contra dictum § cœterum. ibi: *delegantis*. 7 † quia iurisdictio ista etiam morte delegantis, etiā re integra non expirasset: vt hic innuitur contra naturam iurisdictionis delegatæ. ſ. tit. j. c. fi. & ti. ij. c. gratum. c. relatum. & c. licet. vide Bernar. in prin glo. penul. Inno. verò metu cōtrarij, exponit delegatus .i. datus. Vel secundum eum si propriè stet. dic ꝙ hic est hoc speciale, quòd perit iurisdictio morte mandatoris. Et ita vides, ꝙ Inno. loquitur alternatiuè. Sed Vincen. præcisè tenet eam delegatam, non ordinariam. Et dicit, ꝙ fuit concessa: quia Archiepis. non erat Iudex causæ inter Episcopum actorem & subditum eius reum, loquēdo de solo Archiepiscopo. Secus enim in eo, & cum prouincialib⁹ vj.q.ij.c.j. Vnde dicebat Hosti. ꝙ Archiepis. quia Metropolitanus recusari non posset: sed ex alia causa legitima posset. Sed & tunc possent partes compellere ad arbitros eligendos: cum censeatur delegatus. de offi. dele. suspitionis. C. de iudi. l. fi. Dicit etiam, ꝙ Episcopus posset cogere Canonic. ad hos arbitros eligendos. Et facit quod notatur in glo. penul. Ber.

3 ¶ † Sed subintrando quandam aliam glosam additionalem Inno. quæro vlterius, quid erit effectus huius confessoriæ per Abbatem pro dictis iuribus intentatę. Respondet Innocen. dicens, quòd si aliquis occupauit illa iura, rectè competit cõtra eum Abbati confessoria per quam adiudicabuntur sibi prędicta iura, & auferantur ab ipso possessore. ¶ Sed nunquid Abbas super istis iuribus molestatus, poterit intentare interdictum vti possidetis? Respondet Inno. dicens, quod sic: vt. j. de prescrip. veniens. ¶ Iuxta præmissa quęrit Inno. satis curiosè dictum est supra, quòd Abbas potest agere negatoria pro iuribus capellę substractis nomine Capellę, non autem nomine suo, vel monasterij. Pone ergo quòd Abbas simpliciter egit, non exprimẽs nomine eius, &c. sed simpliciter petẽs Episcopo imponi silentium: & quod per ipsum factum erat cassum nunciari, & etiam decerni, quòd nullũ ius supra prædictis iuribus pertineat ad Episcopũ. Nunquid secundũ istum libellum erit sententia pro Abbate ferenda: dummodo probat iura, de quibus agitur ad se pertinere? dicit Inno. quod sic: quia licet hęc verba sonare videantur in negatoria, quam dicimus non competere Abbati pro dictis iuribus, sed capellæ tantũ. Tamen faciẽda est interpretatio: vt potius valeat, quod actũ est. Et quia intelligitur Abbas omne ius suum in iudicium deduxisse, etiam quocunque modo deduci possit, dummodo sub verbis positis in libello cõprehendi possit. Nec dicas hîc confessoriam intẽtatam: quia ad illam nullatenus competũt verba libelli, neq; negatoriam: quia illa non competit Abba. sed capellę. Sed dic Abbatem implorasse officiũ iudicis: quia illud bene cadit sub verbis prędictis. Et quia illud competit vbicunque quis iustitiam habet, & non habet aliquam certã citationem. Est enim latissimum officium iudicis ff. de iuris. om. iudi. l. j. ar. ad prædicta. j. de cau. posses. cum ecclesi. C. de anna. excep. l. si. Sed contra hoc obijcit Inno. nam Abb. competit alia actio, scilicet confessoria. Ergo non officium Iudi. ar. ff. de mino. l. in causa ij. Solutio, dicit Inno. quod quando datur contra ius. vt patet in restitutione in integrũ. Contra ius enim est, quo Iudex præstet suum auxilium contra sententiam, aut præscriptionem: & tunc non datur, nisi in defectum aliarum actionum: vt in contrario: sed quando officium iudicis non est extraordinarium: vt pote, quia non est contra ius: sed potius secundum ius; vt in proposito: tunc nihil prohibet officiũ iudicis concurrere: cum alijs actionibus: cum latissimum sit vt dicta. l. j. ff. de iurisdi. om. iud. de quo videbitur. j. ti. j. c. ij. in v. q. De capella autem certum est econuerso, quòd ei competit contra Episcopum pro prædictis iuribus negatoria, secundũ Inno. in additione prædicta, quæ omnia menti cõmendes: quia sunt iudicio meo notabilissime dicta, & possunt continuo ad multa vtiliter applicari. Verum mihi apparet probabiliter posse dici, quod nomine capellæ in dubio prædictus libellus censetur esse formatus: quia quãdo in libello non exprimitur quo nomine quis agere velit, vtrum proprio, vel alieno: tunc si non potest agere proprio, & agere potest nomine alieno: tunc si verba possunt ad hæc conuenienter adaptari: ff. quando ex facto tutoris. l. post mortem. § tutor. Et hoc maxime vbi in re pertinente ad alium, nomine cuius agere põt contrahitur: vt ibi & in l. fi. e. ti. Expressio enim causæ capellæ habetur perinde, ac si diceret nomine capellæ se agere. Simile. ff. de negoti. gest. l. si pupillis. § j. ibi, vt creditorem tuum vel pignus liberet, & de exercitoria. l. j. § nõ autem. ver. sed & si in precijs rerum. Super quo tamẽ vide notata Bar. in dicto § tutor. & ff. de oper. noui. nuncia. l. j. § nunciatio. Et de hoc qualiter remedia ordinarium & extra ordinarium simul concurrere possunt, vide per Bar. ff. de oper. nou. nun. l. in prouinciali § j. vbi de hoc plenissimè, & aliquid per Car. j. de elect. cupientes. li. vj.

¶ TERTIO opponitur ibi: *specificarentur.* quia videtur, quòd deberet sufficere petitio generalis: cum pro vniuersitate ac pro certis iuribus proponatur, vt in prima glo. Ber. ver. sed videtur. Ecce hîc habes videre, verificare & simul recolligere, ad expeditionem huius oppositionis glo. Ber. Inno. & Hosti. positas hîc, &. j. de resti. spo. cum ad sedem. & de reli. do. constitutus. & de libell. oblati c. penul. ¶ Ecce tamen spetialiter ad glo. Inno. hîc positas descendendo, & primo subintrando glosam Inno iiij. quę incipit: Episcopus autem dici potest ad oppositionem, quod Episcopus hîc petebat, non in iudicio, sed extra iudicium ab Abba. & de facto episcopalia iura. & Abbas negatoria, vel alio modo iuxta nota. in opposi. pręcedenti omnia iura specificari petijt. verum ad hoc non tenebatur Episcopus: sicut nec in alijs generalibus actionibus teneretur, iuxta no. in pręcedenti oppositione. Quod ex eo apparet, quia nec omnia hîc specificauit. ¶ Dicit tamen Inn. quòd etiam posset dici, quòd ideo cogitur Episcopus quandocunque specificare iura, quia fortè erant aliqua iura de quibus concordabant: vel quod essent, vel quòd non essent dãda & ideò non erat bonum partes super illis probationibus grauari. ff. de interroga. action. l. vbicunque. ¶ Item potest & alio modo intelligi & hîc dici secundum eum: quia ante litem contestatam potest quæri ab Episcopo an hęc iura possideat ff. de interro. ac. l. qui seruum. § in iure. ¶ Vel & horum occasione intrando glosam penulumam Inno. in versu, Item no. & materiam. c. penulti & vltra. de lib. obla. secundum Inno.

4 ¶ † Scire debes, quòd habemus tria genera actionum. Quædam enim dicuntur vniuersales, quędam vero generales, & alię singulares. vniuersales dicuntur, quę pro vniuerso iure, vt pote pro hęreditate dantur, quia hęreditas dicitur ius vniuersum defuncti. ff. de verbo. signifi. l. hęreditas. Vt puta istę quatuor hæreditatis petitio, fami. ercis. actio ex testamento, quę datur pro hęreditate, & quę ex trebellianica restituenda est, & actio ex empto, quę datur quãdo hæreditas tota emitur. Et in his sufficit causam agendi spetialiter. Et res, quę petuntur petere, vt, puto à te hæreditatem, vel partem, vel bona, quæ fuerunt patris mei: quia me instituit hæredem, vel quia ei ab intestato successi. Et pro primo videlicet, quòd causa sit exprimenda, spetialiter probatur. ff. de petit. hæreditatis. l. j. ij. & iij. ¶ Et pro secundo videlicet, quòd sufficit res vniuersaliter exprimere in libello, probatur. ff. de petitione hæreditatis. lege quarta. ¶ Et pro hoc facit, quia leges dicunt, quod si intentata hæreditatis petitione tẽpore sententię, inueniatur reus plura possidere quam tempore lit. cont. debet ad omnia condemnari. ff. de pe. hęre. l. iiij. & l. si quo tempore. quo infertur quod illa fuit vniuersalis petitio. Nam aliter in pluribus principalibus rebus, quam petitę sint, condemnari non posset: licet in accessorijs posset in bonę fidei Iudicijs & stricti iuris: sicut sunt fructus & vsurę. ff. de vsur. l. videamus. & C. de pe hære. l. j. ¶ Plus dicit, quod in huiusmodi actione sic sententia fertur: condemno te ad restitutionem hęreditatis. ff. si pars hęre pe. l. j. & l. nõ possumus. ¶ Sed dices, quid prodest talis sententia Respondet Inno. quod multum, quia si probarẽ res à te possessas fuisse in bonis patris mei: condemnaberis ad illas. & in illis, mandabitur sententia executioni, etiam si id non probaui pẽdente lite. Nam post sententiam bene admittar ad id probandum quodam extraordinarium modo vt puta si dum peto in illis sententiam executiõi mãdare, ille neget, potero probare, quod fuerant in bonis patris mei. & tunc fiet in illis executio ar. ff. de re. iudi. l. à diuo pio. § si super. ¶ Verum petitio iuris episcopalium non censetur vniuersalis petitio secundũ eum. Et est ratio, quia talis petitio non respicit vniuersa iura eccle. sed solum certa iura.

5 ¶ † Secundò principaliter dicit Innoc. quòd habemus actiones generales, sicut est actio pro socio: cum societas est contracta de omnibus bonis, vel maiori parte eorũ, & actio neg. gest. si oĩa nego vel plura gesta sũt semper pro so. l. arbi. Et aliæ multæ quę gñales dicuntur quia plura sub se capitula cõtinent si administrati. panis, vini, & olei, &c, non

tamẽ vniuerſum ius, quod habuit defunctus Multa enim poteſt habere pater, quę non perueniunt ad ſimilia. Et in his actionibus exprimitur cauſa ſpecialiter, & res generaliter. Sed in proſequutione litis oportet, ꝙ exprimet ſpiritualia: vt C. de iu di. l. licet. Sic. l. ſi peto rationem adminiſtrationis negociorum meorum, quæ geſsiſti ſine mandato actione negociorum geſtorum. Et hinc dicit Inno. ſimile petitionem iur. epiſcopalis, ſaluo ꝙ dicit, ꝙ licet hic ſpecificata fuerint iura epiſcopalia ab illo Epiſcopo in pͥncipio, non tamen ad hoc

6 tenebatur ſecundum eum. ¶ † Tertio principaliter dicit, ꝙ habemus alias actiones ſingulares, in quibus ſi reales ſunt, oportet exprimere actionem, & rem. Et vtrum in totũ, an pro parte, & ſi pro parte, pro quota parte & confines & colores & alia: vt. ff. de re. vẽ. l. ſi rẽ. in pri. de cẽſ. l. for. ĩ pri. Et idem in hypothe. & ſimilibus, dicit tamen ꝙ in iſtis non eſt neceſſe proponere cauſam actionis: quia illius nulla cauſa alia eſt, niſi dominium, quod aſſerit ſuum eſſe. Et id totum in iudicium deduxit qualecunque ſit: vt. ff. de excep. re. iudi. l. ſi mater §. eandem. Nec ob. ff. de re. ven l. j. vbi dicitur, quòd vendicare poteſt adiecta cauſa. Nam ibi loquitur in libero homine, qui nunquam poteſt eſſe noſtri dominij. Et ideo nec propriè vẽdicari. Subdit, quòd ſi actiones huiuſmodi ſingulares perſonales ſunt, ſicut certi conditio, & ſimiles. Non ſolum rem & actionem exprimet. ſed etiam cauſam. ſ quia tibi mutuaui, vel in dotem promiſiſti, vel ſimilia. Et ideo oportet exprimere cauſam. quia aliter reus deliberare non poteſt: cum poſsit vna res ex pluribus cauſis deberi: vt. ff. de excep. rei iudic. l. & an eadem § actiones. ĩ. de liber. ob. c. vltimo. Dicit autẽ Ho. quo ad ſolutionem oppoſitionis, quod iura debita Epiſcopo de iure cõmuni non ſunt neceſſario ſpecificanda in libello ꝓ eo, ꝙ ius certum eſt, & in certis coniecturis non eſt locus. ff. de verbo obli. continuus § j. Sed debita Epiſcopo ex pacto, conſuetudine, vel priuilegio ſpeciali ſpecificari oportet, pro eo, quia illa certa non ſunt. Et pro hoc inducit rationem, ꝗ facit Bernar. in prin. j. glo. Et finaliter dicit, ꝙ ſi Epiſcopus iura epiſcopalia petit in genere, & pro eo, feratur ſententia, mãdabitur exequutioni quo ad illa, quæ de iure cõmuni habentur. Sed illa quę deberentur de iure ſpeciali, vt pote ratione conſuetudinis in tali ſententia non venirent, niſi eſſent ſpecificata, vel niſi dictum fuiſſet in petitione hoc modo: Peto iura epiſcopalia, quæ mihi debentur tam de iure cõmuni, ꝗ de iure ſpeciali. Tunc enim ſi negaretur conſuetudo ipſa probata mãdaretur ſententia exequutioni, etiam quo ad ea, quæ ratione conſuetudinis deberentur: ſicut & denarius ſancti Pet. & præparatio Archidia. quæ non de iure cõmuni, ſed tantũ de cõſuetudine debentur, & ſic loquitur. ĩ. de præſcri. audit.

7 ¶ Subdit, ꝙ nec reus actorẽ cogere poteſt ad hæc iura exprimenda: quia generalis, ſeu vniuerſalis petitio ſufficit, ꝗ & cõſilijs ſententia ſequitur: ſicut & patet in petitione hæreditatis quæ vtilis eſt. ff. de petit. hære. l. ij. & . iij. & . l. illud § penul. & fi. & . l. ſi quo tempore, in qua, & ſi poſt ſententiã negetur res hæredita ꝓbato de plano, ꝙ hæreditaria erat mãdabitur ſententia exequutioni. ar. dictæ. l. à diuo pio § ſi rerũ. & § ſequẽ. Sed illa, quæ de iure cõi non debentur, ꝓbari non poterant: q̃a certa & in iure ſcripta ſunt. Remittit Nouella ad not. ſua poſt alios. ĩ. de exceſsi. prælato. tãta. in glo. ſua, quæ incipit, nota gñalem, & Hoſtien. quo ad ea, quæ ſupra poſt Inno. de vniuerſa. gñalibus & ſpecialibus petitionibus remittit ad no. ſua, de electi. querebam. & de libelli oblatione. c. ij. & . iij. De quo etiã remittit Nouel ad ſpecu. de ſen. ꝓla. § qualiter. Eſt cũ hoc verũ ſcd'm Inno. & Noue. quid ſi certa iura fuerit ſpecificata, & poſtea ſentẽtia lata ſuper illis tñ obſtabit exceptio. Sed ſi nil ſpecificetur, vel aliqua ſpecificentur, & ſequuta fuerit clauſula generalis, & poſtea ſuper illa petitione lata ſẽtẽtia generalis obſtabit in omnibus: vt. C. de tranſ. ſub prætextu, niſi dolus interuenerit: de quo tunc agi poſſet: vt. ff. de pact. l. tres fratres. Licet aliter dicam ſecundum eum in liberatione cum ſufficiant verba generalia. ff. de pactis. l. emptor § vlt. licet ſecus in tranſlatione: quia tranſactio reſtringitur ad ea tantum, de quibus eſt actum de quo. ĩ. de tranſac. c. j.

¶ Hoc vltimum dictum referas ad ſententiam abſolutoriã ſuper generali petitione Epiſcopi contra Epiſcopum latam & quod prędixi ſecundum Hoſti. referas ad ſententiam adiudicatoriam pro Epiſcopo latam: ſed vt quantum ad hoc ex integro habeas notata hic, per Inno redeundo ad prima. ſuę penultimę gloſę. Quęro nunquid ſi propoſita generali petitione Epiſcopi hoc modo. Peto ius epiſ. in tali eccle. ſequuta fuerit condemnatio, mandabitur ſententia exequutioni in omnibus iuribus epiſ. quę enumerat iſta decretal. Et idẽ quęritur de his, quę continentur. ĩ. de pręſcr. auditis. Dicit Inn. nos hoc fatemur. Nam hic & ibi quędam cõtinentur, quę nõ ſunt de iuriſdictione epiſcopali, & mortuariorum, quod ex eo apparet: quia alicui datur tertia, alicui medietas, alicui nihil x. q. j. de his. & . c. antiquos. & . q. iij. viuo de ſecul. certificari. Idem in cathedratico. x. q iij. nec numerus. Et expreſſus in decretali auditis. quia ibi petijt inter iura Epiſco. denarium ſancti Petri & procu. Archidiaconi. Et conſtat non eſſe de iure epiſco niſi ratione conſuetudinis ſecundum eũ. Et ideo dicit, quod hic Papa fecit ſpecificari capitula: & ſuper eis litẽ conteſtari: quodq; ſuper his probatiões inductę fuerũt. Licet tamen multa ex eis contentis adiudicaſſet Papa ſine probatione, non tamen omnia. Dicit tamen Inno. quod illa admi nus ſpecificari debent in ſententiam de quibus ius dicit ꝙ cõſuetudo ſeruanda eſt, ſicut eſt in tertia mortuariorũ. & huiuſmodi vt. c. certificari. Et idem dicit in alijs, quę ratione conſuetudinis debetur: ſecus dicit in his quę de iure cõmuni debentur quia niſi pars aduerſa probaret pręſcriptionem, vel priuilegium, cõdemnaretur ſuper illis: vt dicto. c. auditis Remittit etiam Inn. ad notata ſua. ĩ. de cap. mona. cum in tua. Et in hoc habes ad plenum dictam pe gl. Inno. expedita.

Quarto opponitur proſequendo quęſtionem in fin. pręcedentis oppoſitionis tactam & intrando glo Inno. ſuper verbo, Canonicam quia videtur, quod canonica obedientia non ſit de iuribus epiſco. quia ad alios etiam inferiores Epiſcopis reperitur etiam pertinere. ſ. de offi ar. c. ij. & vlti. Et idem de viſitatione. e. ti. c. j. & . c. mandamus. & de inſtitutione. ſ. e. ti. ij. ſuper eo. Et de cen. eccle. de offi. ar. cum ſatis. Et de iuriſd. vt notatur. ſ. e. cum ab eccle & ſic de alijs pro magna parte ſecundum Inno. ¶ Solutio licet prædicta quandoque ad inferiores pertineant cum hoc ſtat, nihilominus, quod pertinet ad epiſ. & ita in iurib⁹ epiſco. dici debẽt cũ iuriſd. eadẽ poſſit eſſe apud plures in ſolidũ ſi vt dixi. ſ. ti. ij prudẽ. ar. ff. de of ſi. cõſul. l. vna. Verũ tamẽ dicit Inn. ꝙ prędicta iura epiſcopalia, dum competunt alijs, quam Epiſcopis: vt puta inferioribus prę latus, aliter pertinẽt ad eos, quã ad maiores, puta Epiſcopos: pertinent enim ad eos, quaſi ſub alijs.

7 ¶ † Subdit Inno. vnam concluſionem mirabilem, ꝙ inferiores Prælati ea, quę ſunt cõmunia tam eis, quam Epiſcopis illa tanquam Epiſcopi, & non ſub Epiſcopo exercere vidẽtur. Et per hoc Inno. ad intelligendum ꝙ id quod proxime dixeras, intelligit de iuribus non cõmuniter, ſed diuiſim: hoc eſt per Epiſcoporũ excluſionẽ ad prælatos inferiores pertinentibus. ¶ Ex qua concluſione Inno. infert aliam concluſionem mirabiliorem, videlicet, ꝙ in his quæ cõmunia ſunt Epiſcopis & inferioribus prælatis, non admittitur appellatio à prælatis inferioribus ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſ. appellari debet ac ſi dicere velit, ꝙ ſi talia cõmunia eſſet, & c. ab ipſis inferiorib⁹ ad Epiſcopum appellari deberet. Verum Hoſtien. & Io. An. neſcio quo ſpiritu ducti mentem & verba Inno. alternantes prædictam concluſionem mirabiliorem timentes amplecti, aliter Inno. recitãt ſic dicentes: inferiores autem prælati tanquam Epiſcopi, & non ſub Epiſcopis ea, quæ ſibi & Epiſcopis cõmunia ſunt, exercere vidẽtur, vbi ſic eſt de conſuetudine, ꝙ ab eis non appellatur ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſ. exemplum ponentes. ĩ. de ope. no. nun. c. ſignificantibus. ſupplentes vltra dicta Inno. id, quod de conſuetudine dixi: quæ ſuppletio re vera correctionem operatur, & habet vim gloſ. quæ tex. corrumpit. ¶ Puto tamen re vera gnrãliorem intellectum

lectum habent, quam Inno. in hac parte. quia cum regula generalis habeat, ꝙ de iure ab inferiori ad superiorem immediatum appellandum est, non video quo iure possint inferiores prælati se defendere quominus de iure comuni qualitercunque ad eos iurisdictio pertinere dicatur, ab eis ad episcopos appellandum sit: saluari tamen posset dictum Inno. vbi vsus iurisdictionis cõmunis esset, & induisus per. c. à collati. de appel. li. vj. Sed non credo, ꝙ illa fuerit mens Inno. ¶ Miror etiam, in qua ratione fundetur dictum Inno. cum dicit, quòd huiusmodi cõmunia exercere videntur prælati inferiores tanquam Episcopi & non sub Episcopis: quia licet consuetudo priuilegium, aut ius aliud det iurisdictionem inferiori prælato, non tamen per hoc sequitur, ꝙ iuri, aut dignitati, seu aucti prælati vltra id in aliquo detrahere videatur ar. ꝭ. de consue. cum dilectus. ĩ. de ver. signi. Abb. ꝭ. ti. ij. super eo C. de inoffi testa. si quando. & quia concessio, vel remissio vnius seruitutis aliam non includit. ff. de serui. vrba prędio. l. si domum. de vsupal. ex tuarum. de priui. pasto. de sen. excom. cum pro causa. Modo si non posset appellari ad Episcopum hoc casu, seu si æquipareť authoritas inferioris prælati in hac parte iuri dignitati, & aucti episcopali nimium derogaretur.

¶ Præterea, si id quod minus videtur, &c. Sed casu quo Episcopus non concurrit cum inferiori Prælato in iurisdictione immediata, appellatur ad eum, secundum mentem Inno. aliter secundum eum. Et nunquam ad Episcopũ appellari posset, quod nullus diceret. Igitur fortius vbi multum in iurisdictione habet: quia in habentibus symbolum facilior est transitus. ff. de rei vendi. l. in rem. § itaq uæcunque. ¶ Vltra procedendo dicit Inno. ꝙ vbi Episcopi non permittuntur cognoscere de causis pertinentibus ad subditos: vel prędicta facere: idest iura episcopalia, de quibus hîc dicitur exercere: vel alijs modis impeditur ipse Episcopus per prælatos inferiores in sua iurisdictione exercenda: vel etiam si minores præcipiunt aliqua in negocijs ad se pertinentibus, & maiores aliud præcipiant: & subditi minoribus tantum intendunt in eis, & ab hoc appellari contingat ad Archiepi. appellandum est, secundum verum intellectũ Inno prout credo: licet Hostien. & Nouella aliter ipsum intelligant dicentes, ꝙ Innocẽ. vult hoc dicere, quod contra Episcopum possunt inferiores Prælati ad Archiepis. habere recursum in duobus casibus. ¶ Primo, vt Episcopi non cognoscant de causis pertinentibus ad prælatos subditos suos de quo dixi. ꝭ. c. cum ab eccle. in. ix. q. Secũdo, vt si minor iudex vnum pręcepit in his quę sunt de sua iurisdictione, & Episcopus aliud: potius pareatur minori iudici, quam Episcopo: quod totum dependet ab his quæ dixi in ix. quæstio. prædicta. & eod ti. pasto. in. j. q. &. ij.

8 ¶ † Expeditis Oppositionibus ad quæstiones accedo. Et primò propter vicinitatem vltimæ oppositionis præcedentis & continuationem dictæ glosæ Inno. quæro per quem modum inferiores prælati, seu quiuis alij iura episcopalia contra Episcopum per pręscriptionem, vel priuilegium acquirere possunt? Et primo circa præscriptionem videamus, an scientia Episcopi quoad hoc sit necessaria. ¶ In primis pro euidẽtia dicendorum pręmisit Inno duo pręambula. ¶ Primum est ꝙ sine possessione non currit præscriptio. ĩ. de præscrip. causam quę. & regula, sine possessione, li. vj. ¶ Secundum est, ꝙ possessio, quam aliquis per se tenet, non amittitur sine scientia, & animo possidentis: vt. ff. de acqui pos. l. peregrè § quibus. Necesse est enim, ꝙ expellatur de illa possessione, vel reuertens non admittatur, vel quod suspicetur se posse repelli: vt. ff. de vi & vi arma. l. j. § deijcitur. & l. iij § si quis autem vi sis armatis. & ff. de acqui. possessio. l possideri § io admittenda. & l. clam possidere § quia ad nundinas. & l. peregrè § quibus explicitis. ¶ Et ex his præambulis colligit Inno. conclusionem vnam talem, videlicet, quòd si aliquis habet generalẽ iurisdictionem in aliqua re, sicut Episcopus in diœcesi sua. ĩ. de exceptio. cum venera. de religio. do. constitu. Tunc nullus homo, sit Episcopus, vel alius potest pręscribere de nouo, vel totam iurisdictionem episcopalem, vel etiã aliquod tam iurisdictionis videlicet, quod visitet aliquam ecclesiam eius diœces. vel ꝙ vocet aliquem ad synodum, vel ꝙ cognoscat de aliqua causa, nisi diœsacenus Episcop⁹ sciat, & aliquo prædictorum trium nostrorum possessioni amittat: sicut per prædicta iura apertè apparet. ¶ Subdit tamen ipse Inn. aliam cõclusionem talem: videlicet, ꝙ si præscriptio non tendat ad acquirendum ius nouum, nec ad acquirendum ius, quo pręscripto. i. per præscriptionem acquisito. lædatur Episcopus, vel ecclesia sua, bene valeret præscriptio etiam ignorante Episcopo: quia sic in nullo tangit hunc Episcopum hæc præscriptio: vt puta si alius Archiepis. in diœcesi huius Episcopi pręscriberet ius Archiepisco. Sed tamen non pręiudicaret talis præscriptio proprio Metropolitano: nisi vt ipso sciente hæc præscriptio procederet: & per aliquam ex prędictis modis possessionem amisisset. Et idem videtur secundum Inno. si quis plebanus eius diœcesis præscriberet ius plebanatus in capella alterius plebani eiusdem diœcesis. Nam id sufficit secundum eum, quòd legitimè procedat præscriptio cõtra plebanum. i. eo sciente, & possessionem aliquo prædictorũ modorum amittente, etiam si Episcopus nihil sciat: quia Episcopi nihil interest. quia ita bene potest habere ius Episcopale in illa capella alieno plebano ibi habente iurisdictionem sub Episcopo, sicut si primus plebanus eam haberet. ¶ Et fortè idem est secundum eum, etiam si plebani sint diuersarum diœcesum. Et hec vera de iuribus statutis à iure cõmuni qualia sunt prædicta iura. s. Archiepisco. & plebanale.

9 ¶ † Sed modo huius occasione, quęritur primo, quid si præscribant iura, quę aliquis habet in diœcesi ex priuilegio vel præscriptione, sicut est videre in Episcopo Papiensi qui ex priuilegio, vel præscriptione habet iura multa in quibusdã ecclesijs Placentię diœcesis. nũquid hęc iura pręscribere posset Episcopus Parmensis contra Episcopum Papiñ etiã ignorãte Episcopo Placẽtino? dicit Inno. ꝙ sic, qa sic nihil præscribitur de iure quod possidet Episcopus Placentinus. Verum de iure possesso ab Episcopo Placẽtino, nihil præscribere posset Episcopus Parmensis: nisi Placentinus hoc sciret, & nisi prius de possessione expelleretur: vt ex præallegatis iuribus apparet secundũ eum. ¶ Secundo quęritur quãtum ad hoc outquid in præscriptione iurisdictionis talis, qua lem habet Archiepiscopus in diœcesi suffraganei requiritur sciẽtia Archiepi. dicit Inno. distinguendum esse: quia aut Archiepiscopus per hoc nõ admittit suã iurisdictionem Archiepiscopalẽ: & tunc licet in hac præscriptione necessaria sit sciẽtia Episcopi, qui huiusmodi iurisdictionem habeat: nihilominus tamẽ ipsius Archiepiscopi licẽtia non est necessaria: quia illius nihil interest: quia per hoc iurisdictionis posse. non amittit. Aut Archiepiscopus per hoc amittit suam iurisdictionem Archiepiscopalem, quam ipse possidet: & tunc requiritur scientia sua. & quod sit de illa expulsus, & quod alius eam occupet ipso sciente. Et idem in plebanali & alijs similibus dicit. Nec mirũ, quia redeundo ad primũ mẽbrum huius distinctionis, hoc tenere debes quod id quod dictum est in prima conclusione habet locum, vt etiam sonat ipsa cõclusio, quãdo aliquis habet generalem iurisdictionem. Idem tamen intelligit Inno. quãdo solum in multis Capellis habet iurisdictionem. dũmodo in omnibus habeat, nisi in excẽptis, vel per iura vel per priuilegia, vel per præscriptionẽ, vel alio modo. sed si aliquis tantum habeat in certis articulis iurisdictionem: vt Archiepiscopus. ꝭ. eod. c. duo. In hoc casu non est necessaria sciẽtia huius, qui in certis tantum habet iurisdictionem: dummodo de iurisdictione, quam possidet nihil præscribatur: quia non dicitur hic præscribi iurisdictio Archiepiscopalis: cum per hoc Archiepiscopo nihil de sua iurisdictione amittat: sed extraordinaria iurisdictio præscribi dicitur.

¶ Veniendo tamẽ ad secundum membrum dictę distinctionis, dicit Inno quod sine licentia proprij Archiepiscopi, non posset alius Archiepiscopus præscribere, quod portaret crucẽ, vel vteretur palleo, & alijs consimilibus in diœcesi sui suffraganei: quia Archiepiscopus ipse hoc ius, vel potius honorẽ

possidet in prouincia sua. Et ideo nullus potest hunc honorem præscribere: nisi prius Archiepiscopus possessioné amittat quam amittere non potest, nisi inde expellatur: vt dicendum est, secundum Inno. ¶ Sed contra conclusionem primam, & quasi omnia supra proximè dicta, opponit Innoc. hoc modo: quia per priuilegium possunt haberi hæc iura sine licentia illius, qui ea possidet: Imo posset vnius Archiepiscopus in prouincia alterius exercere hęc iura authen. priuilegij sibi concessi. ĵ. vt lite pen. c. j. Et tamen proprius Metropolitanus possessionem suam nihilominus retineret ergo videtur, ꝙ etiam eo modo possint per præscriptionem haberi. Respondet Inno dicens, ꝙ aliud est in priuilegio, vbi nouũ ius cõstituitur authoritate eius, qui potest ius nouum statuere: & qui potest vnius ius alteri donare: vt Papa. ix. q. iij. c. cũcta per mũdum. & c. per principalem. Aliud in præscriptione, quæ nunq̃ procedere potest: quia si dicat se habere titulũ, fortè ex collatione alicuius, qui non habebat potestaté conferendi illud, constat ꝙ hîc nõ potest procedere præscriptio cũ non habuerit iustum titulũ. ĵ. de decimis, dudum. § j. Itẽ, quia per talẽ titulum non habuit, nec habere potuit possessionem apud aliũ constitutam: nisi sciret ille apud quẽ erat possessio. & multò fortius, si nullũ allegat titulum, nisi præsumptũ, & vsum non potest præscribere, nisi prior possessor sciat, & de possessione expellatur. C. di. cõtra morẽ. xciij. di. illud. Fatetur tamẽ bene Inn. ꝙ hunc honorem extraordinarium ex priuilegio cõstitutum: quẽ alius, q̃ priuilegiatus possideret, si bonam fidẽ haberet: vt puta, quia crederet, ꝙ licitè esset translatum in eum authoritate eius, qui hoc facere posset, & alijs ad præscriptionẽ necessarijs interuenientibus præscribere posset, secundũ Inn. Remittit Host. ad notata sua. ĵ. de præscrip. si diligenti. & de decr. dudum. & . s̃. c. q̃co. & Nouel. addit. ¶ † Tertio quæritur: Ecce, præmissa clarè procedunt, vbi ageretur de præscribendo per exclusionem possessoris. Sed restat dubium aliquale, vbi agitur de acquirendo iurisdictionem per præscriptionẽ, non exclusionẽ possessoris: sed per concursum & modum præuentionis, sicut regulariter præuenitur, q̃ inferiores Prælati in iurisdictione cum Episcopis concurrunt, sic ꝙ præuentioni est locus, & facit occasionem dubitandi: quia hoc non videtur acquiri inferiori Prælato res possessa per superiorem. & sic non vidẽtur vendicare sibi locum verba Inno. ¶ Verum nihilominus puto de mente ipsius, & veritate iuris idem in hoc casu. Nam sicut in corporalibus ad acquisitionem possessionis requiritur vera traditio, seu corporalis apprehensio: ita ad acquisitionem possessoris iuris incorporalis requiritur vsus illius iuris incorporalis cum patientia eius, quẽ tangit: vt. ff. de serui l. quotiens. ij. in fi. Quod prosequere plenius per notata eiusdem Innocen. & ea, quæ post ipsum scripsi. s̃. de postu. Prælat. c. bonæ. ij. in quarta quæstione cum quatuor quæstionibus sequentibus. ¶ Sed vt habeas dicta Collec. subijcio quæstiões, quas mouet, ipsas tamen q̃tum potero decurtãdo. Et primò ibi: *Procurationem*. Quærere potes de notatis Archid. de censi. Romana. li. vj. super verbo, pluribꝰ. Et dic, vt ibi: quod hîc Collec. prosequitur adijciens aliqua extracta per eum de dictis Inno. hîc notatis. Subdit etiam, ꝙ ibi: *synodum*. incipit enũ dare spectãtia ad legem dioecesanam, licet omnia quæ sequũtur, ad eam non pertineant, scilicet visitatio & correctio ad legem iurisdictionis pertinentes. Remittit ad Inno. ĵ. de sta. mona. c. primo. ¶ Itẽ ibi: *quartam decimationum*. Recitat Collecta. notata Innocen. & Hosti. & Ber. hîc, & . ĵ. de deci. quoniam. eo. titu. cum contingat. & de censi. cum olim. & in summa de sepul. § an hæc cano. portio. & de deci. § cui. vers. nunquid. & Archid. x. q. j. nouerit. Et subdit, ꝙ id quod hîc dicitur de quarta decimationum, seruatur in pluribus ecclesijs vltra Rhodanum: sed in alijs seruatur contrarium. ¶ † Item ibi: *moderatum auxilium*. quærit Collecta. nũquid illud potest Episcopus sine capitulo implorare? & recitat Inno. & Hosti. de censi. cum Apostol. ¶ Item quærit, vtrum inferiores Prælati, sicut Archidiaconus & alij. illud exigere possit. Et recitat notata Innoc. de priuileg. cum & plantare. circa finem, & Ber. in additione in. c. cum Apostolus. & Hostien. de offic. Archidiaco. c. ij. & Card. de elect. cupientes. super verbo, aliunde. & Archid. xvj. quæst. j. generaliter. & Abbas in. c. cum Apostolus. alleg. ¶ Subdit autem ꝙ negatiua opinio Abbatis videtur clarè probari per literam decretalis, cũ Apostolus. & ꝙ doctores sui illam tenebant. dicit tamen, ꝙ opinio Archid. contraria posset locum habere in casu, vbi quicunq; etiam laicus suo domino subuenire tenetur. ¶ † Quęrit igitur qualiter domini temporales à subditis suis huiusmodi moderatum auxilium possunt exigere? & super hoc recitat notata Archid. x. quæst. iij. qua cognouimus.

¶ Supple Gloss. in glo. j. circa finem, ibi: *quæ hoc commertium*. Aliter notat glosator ponendo dictum Innocenti. ĵ. de religio. do. constitutus. in fine penul. glo. Et salua vtrunq; glos. vt ibi dicam. Et ad materiam vide quod dicam de resti. spo. cum ad sedem super verbo, pertinentijs. Nouel. ¶ In glo. *publicas*. ibi: *terminum*. quorum absolutio reseruatur Episcopis. ĵ. de poeni. si Episcopus. li. vj. vbi de hoc, & per Host. in summa de poeni. § cui confitendũ in fine secũdæ columnæ. Et in fine. xvj. q. vj. c. vlt. Inno. ¶ In glo. *duos solidos*. ibi: *decessu*. ciuitatem includit. Et ibi. q. iij. vbi de hoc in summa. *Et in fine*. de quo remittit Host. ad summam de censi. § ex quibus causis. j. responso. & . ver. sequenti. ¶ In gloss. *Sed videtur*. in fine. Imò de iure. Non enim dicitur hîc, ꝙ perceptio decimarũ spectet ad Episcopum: sed dicitur hîc, ꝙ de decimis receptus ab ecclesia recipit quartam: quod est de iure. ĵ. de quarta. Abbas. ¶ Vnde dicebat Host. de iure cõmuni deberi quartam, licet quota sit consuetudinaria. Et dicit, ꝙ sic diffiniuit ipse Innocen. *in causa*. quam ipse Hostien. habuit pro ecclesia Cisterciens. & vide ꝙ de mortuarijs dicam de dona. pastoralis in glo. secus in fine Nouella. ¶ In glo. *& sic semel*. ibi: *mandamus*. vbi idem notatur, & hîc superfluè iteratur. Hostien.

¶ *SVMMARIVM.*

1. *Clericus ab indecenti maximè abstinere debet.*
2. *Archiepiscopus monasteria visitans de canonicis suis introducere potest.*

CAP. XVII.

VT iuxta for. ¶ Casus. Episcopus visitans monasteriũ nõ introducit seculares, sed duos, vel tres Canonicos ecclesiæ suæ cum aliquibus religiosis. ¶ Et premittit motiuum prohibitionis. Secundo prohibet ibi: *firmiter*. Et dicit Innocen. quòd hoc est commune, & æquum est. ¶ † Nota ibi: *indecens*. quòd ab eo, quod indecens est debet maximè clericus abstinere. de vita & honest. clerico. cum ab omni. & . c. clerici officia. Nam generaliter ea, quæ pietatem, æstimationem, famam, opinioné, seu verecundiam nostram lędunt: vel sunt cõtra bonos mores, vel cõtra iura, vel derisoria, nos facere posse credẽdũ nõ est: vt. ff. de condi. institu. l. conditiones. & . l. filius. Hostien. ¶ Secundò nota, ibi: *vel tres*. quòd Archiepiscopus potest introducere de canonicis suis dum visitat monasteria. Nec obstat de cleri. non residen. de cætero. & . c. ad audientiam. quia loquuntur in Episcopo. Fa. de censi. cum Apostolus. Vel loquuntur de Canonicis, qui continuo cum Episcopo equitant: hic de his, qui vadunt, cũ visitant: qui paucis diebus aberunt. Et sic ecclesia non grauatur. Et ideò adhibentur duo, vel tres: quia in ore duorum, vel trium. & c. ĵ. de testi. in om̃a quoq; Hostien. ¶ Tertiò nota ibi: *expedire*. quòd licet taxauerit numerum in Canonicis, non tamen taxat in religiosis adiũctis. Et est ratio: vt si forsan totum Capitulum duceret, remaneret Cathedralis ecclesia ministrorum officio destituta consyderata tamen mente, non verbis, plures aut pauciores ducere poterit, aut debebit, considerans idoneitatem & numero eorundem. Host. Et videtur per extrauagantem Bonifacij. eo. titu. debent. ꝙ tres clericos, quorum vnus sit religiosus, & vnus notarius clericus, ducere possit, & debeat. Loquitur tamen illa extrauagans, cum visitat Capitulum suæ ecclesię.

fiæ cathedralis,reprobans consuetudinem,quòd nullos duce re posit. ¶ Sed hodie concilium Viennen.de sta.monac. attendentes.ad finem.dicit visitatores monasteriorum monialium cōtentos esse debere duobus notarijs,& duabus personis ecclesiæ suæ,& quatuor alijs viris maturis & honestis. ¶ Dicit Collect.quòd hoc occasu propter visitationis officium debet procuratio. Et quòd si casus emergat,quòd Archiepiscopus habeat inquirere super aliquo tangente generalem statum prouinciæ habebit expensas ab ecclesijs prouinciæ prout notat Goffre.de præscrip.cum ex officij.& Archidi. ix.q.iij. Archiepiscopus.

¶ Supple Gloss.in glo.j.ibi:*laicos*.&c.j.de munita.eccle.cap. non minus.in princip. Et ibi:*iudicorum*.per hoc patet secundum Hostien.quòd nec congruit aduocatus admittere. Et ibi:*olim*.& quia visitator de his,quę secretè nunciantur. Et sic sunt secretè corrigenda.ij.q.j.si peccauerit. Goffr.in gloss.iij. in fine.quod intelligit Hostien.si Canonici sunt idonei:alias secus.j.de verbo.signifi. Abbate.in fine. Quod dic,vt notatur in summa.eod.titu.§.quid pertinet.§.sunt autem.versicu. quando autem Prælatus.in gloss.quarta in fine.per quæ iura dicebat Iacob.quòd debent esse in cappa,vel in alio habitu honesto.& secundum Hostien.debent esse in habitu,in quo chorum intrant.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Abbatem iurisdictionem habere,& pœnas exigere.*
2 *Consuetudo iurisdictionem dat super qua petitio fundare dicitur.3. Et quid actori ad intentionem fundandam sufficiat.4.*
5 *Iudex,vbi de crimine nō per accusationis modū, sed ciuiliter agitur, an pœnam ordinariam temperare queat,& in aliam commutare?*
6 *Monasterium pœnas ac multas pecuniarias,an exigere ac recipere in vtilitatem propriam possit?*
7 *Clericus delinquens de quibus bonis mulctam resoluet?*
8 *Episcopus duplex beneficium obtinentem,num possit ad ostendendā dispensationem,vel titulum compellere?*
9 *Leges diœcesanæ,quæ sint? Et quotuplic.legem habeant Episcopi in Ecclesijs sibi subiectis.*

¶ *CAP. XVIII.*

Dilectus filius. ¶ Casus. Lex diœcesana,& lex iurisdicti. sunt diuersæ. vnde res iudicata in vna, non obstat agenti super alia. Et in prima partis cō questio:in secunda Papæ prouisio. Secunda. ibi:*cum ergo*.

¶ Expone literam *quinq; parrochia*. proprium nomine, & vna pars,secundum Iaco.sicut quinq; ecclesiarum.de postu. bonæ.§.verum.vel sunt duæ partes. Hostien. ¶ *Compelluntur*. quando ergo fiebat condemnatio pro aliquibus delictis tertiam partem habere consueuerat monasterium. ¶ *Impediūt*. opponēdo exceptionem rei iudicatæ. ¶ *Dictus Episcopus*. supple,proponens exceptionem rei iudicatæ:quia forte Abbas petebat coram delegatis:vt procederent in his quæ erant de lege iurisdictionis,quæ sunt diuersa à lege diœcesana. ¶ *Ab ecclesijs*. alijs,vel de prædictis quinq; alias non iuuasset exceptio. ¶ *Emende*.i.iustitię, quę communiter leuantur à partibus. *Vlterius*. quasi minus fuerit protelatum. ¶ *Prædicta*.s.citatio,causarum examinatio,&c. ¶ *Formam*.scilicet instruen-
1 do & remittendo. ¶ † Nota primò ibi. *Abbas*. Abbatē in iurisdictionem habere,& pœnas exigere. De hoc de delictis puerorum.c.ij. ¶ Nec obstat.de sta.monac.recolentis. quia ibi loquitur de Cisterciens.pœna prouenient e ratione temporalis iurisdictionis. Et est exhortatio siue consilium, non præceptum:vt ibi notatur. Hîc autem loquitur de alijs,& quando prouenit pœna ex spirituali iurisdictione.& osten-
2 dit quid iuris potest esse. ¶ † Secundo nota,quòd consuetu
3 do dat iurisdictionē.s.eod.irrefragabili.§.excessus. ¶ † Tertiò nota ibi:*ab antiquo*.petitionem fundari,super consuetudinem.j.de verbo.significa. Abbate. Innocen. Dicit Hostiē.quod hoc Innuit vsum præscriptum:alias non esset cōsuetudo.de
4 consue.capi.fina. ¶ † Quartò notat Hostien.quòd ad fundandum intentionem actoris sufficit proponere,& probare quod sic est ab antiquo hactenus obseruatum: vt hic,&.s.de translat.c.quarto.& de foro compe.cum contingat. Et idem in electionibus, pedagijs, & similibus: vt dicta decreta. Abbate.&.eod.titu.super quibusdam de censib.peruenit. ¶ Et sunt hęc in argumentum contra principes,qui castra & iurisdictiones occupant:nisi eis ordinatur titulus,quem requirūt contra iura. C.de re vendi.l.fina. C.de peti.hęredi.l.cogi.j. vt ec.bene.cap.vno.§.j. Nam sufficit quòd sic ab antiquo fuerit obseruatum,iret secus sic in ecclesiastico Principe. De quo remittit Hostien.ad notata sua in summa de præscriptione rerum immobilium.§.quę exigantur.sub.§.quartū. ¶ Quinto.not.quòd relatio fienda Principi sufficiens esse debet:nec aliter est fienda.s.de elec.dudum.j.§.cum autem.post principium. Hostien.

¶ OPPONITVR ibi:*emende*. de.cap.cum ab omni.j. de vita & honesta.clerico. Solutio,ibi loquitur de delegato faciente illicitam pactionem hîc de ordinario,qui licet magis astringatur ad gratis reddendū officium.argumen.s.ca. inter cœtera. Tamen potest super hoc habere consuetudinē certā & moderatam,quia vbi potest.argumen.de symo. ad Appostolicam in fi. Potest etiam leuare sportulas vt nota. in capi.cum ab omni. Et secundum hoc diuersus est casus. Hostien.

¶ SECVNDO opponit̃ de.c.licet.j.de pœnis. Solutio, quòd loquitur de emendis pecuniarijs,quę leuantur pro ex
5 cessibus. † Potest enim Iudex,quādo de crimine,nō per modum accusationis,sed ciuiliter agitur, pœnam ordinariam temperare,& in pecuniariam,vel in aliam communicare:vt ff.de pœnis.l.respiciēdi &.l.aut facta.&.l.hodiè.&.C.ex quibus cau.infa.irroga.l.& seuerior.&.eod.titulo.ff.l. quid ergo.§.pœna grauior de quo plenè dixi.s. titulo secundo de causis.in.xvj.quæstione cum duabus quæstionibus sequentibus. Quinimo &. ex causa semper molliendæ sunt pœnæ: vt notatur in summa de pœnis.§.fina.secundum Host.

6 ¶ † TERTIO opponitur: Quia saltem monasterium pœnas,seu emendas huiusmodi imbursare non deberet:sed potius in vsus pias erogare.per nota.in dicto capitulo licet. ¶ Solutio,dic quòd monasterium hoc tanquam eleemosynam percipit ac si daretur alij pro loco.argumen.j.de donationi.consultationibus. Et sic non obst. dictum capitulū licet.quia loquitur in priuata persona:vel quando hoc fit causa auaricię venalis. vel dic,quòd hic loquitur,quādo est statutum,vel consuetudo,quòd qui furtum,vel aliud crimē commiserit,soluat certam pecuniæ quantitatem. Quod dic, vt legitur & notatur.j.de delic.pue.capi.ij. Vel melius dic, quòd Abbas melius poterit alicui de officiarijs vel aliquibus indigentibus talia deputare. Sed & si egeat suam euidentem inopiam,exinde poterit releuare. Et idem dicas de Episcopo,si egeret:quia ordinata charitas hoc requirit:vt nota. de vsur.pa.nisi specialis. Et hoc expressum videtur in auth. de sanct.Episcopis.§.Deo amabiles.&.§.si autem in ecclesijs. versu,sin autem œconomi. Alias autem non imbursabunt talia,si nostro consilio acquiescunt. Quod dic,vt not.capit. irrefragabili.§.fina. ¶ Et hoc intelligas,quando de criminibus agitur ciuiliter,vel etiam inter laicos de criminibus quātuncunq; grauibus ciuiliter. Nam si criminaliter non posset hoc competere,nisi ratione regalium:& tunc etiam oporteret,quòd haberent laicum deputatum ad talia exercenda.j. ne clerici vel monachi sententias.&.eod.titu.capi.fina.libr. sexto. Sed etiam si ageretur criminaliter de maioribus criminibus inter clericos ad degradationem non posset tunc Abbas consuetudinem aliquam allegare:vt.j.de excessi.prælа. accedentibus. Et sic non obst.hæc decre.his quæ nota.s.eo. capi.irrefragabili.§.excessus. Sed & potest hoc intelligi de

emendis excommunicatorum. Quod dic vt notat. j. de simo. ad aures Host. Faciunt secundum Nouellam de senten. excõmunica. venerabilis. §. deniq; li. vj. ¶ Vel dic, quod cõtraria loquuntur, vbi certa pœna corporalis, vel specialis est scripta in iure, quam mutare non possunt, maximè inferiores: vt notat in dicto capitulo licet. & per Hosti. eodem titu. in summa §. quot sunt species. & notat. xviij. distin. quoniã. vel possunt intelligi contraria secundum Ioan. vbi pœna pecuniaria non timetur. vt not. xciiij. distin. dicam. vbi not. Archidiaconus. quod in foro iudiciario ecclesia non potest recipere pœnam pecuniariam pro culpis: nisi vbi inuenitur à canone diffinitum: vt dicto capitulo licet. Licet in contractibus peti posit pœna pro damno & interesse. verum ipse idem Archidiaconus. xxiij. quęstione quarta ea vindicta dicit, quod vbi pœna pecuniaria plus timetur, imponi potest. vbi dicit Hug. se credere, quod Episcopus in bonis proprijs clericum punire posit si illa pœna magis timetur. Et hoc verius hîc credit Collectarius, vbi proceditur per viam inquisitionis ex officio: sed vbi per viam accusationis procederetur oporteret & fieri iustitiam secũdum petita: licet hoc Hosti. contradicere videatur, quem vide in summa de raptoribus rubrica de pœna raptorum. versu, quem etiam. & in summa de cohab. cleri. §. & qualiter in fine & quod notat Ioan. xcix. distincti. studendum. & quod legitur & notatur in dicto §. deniq;. per Archidi. vbi sodm Colle. videt expressũ quod istæ pœnæ leuari non possunt. quod bene cõcedit Collecta. vbi pœna corporalis est determinata in iure: nec talis, qui dispensare posit aliàs secus: arg. xxiij. quæstione quinta prodest vel forsitan posset melius dici secũdum eum, quod illud, quod ibi dicitur, locum habet in iudice, non in ordinario delinquentis, &c.

7 ¶ † Sed nũquid, si clericus delinquat de bonis ecclesiæ emẽdam soluet. tractat hic Collect. de quo vide per Archidi. j. de rescrip. statutum. super verbo, de suo proprio, vbi de hoc dicam.

8 ¶ † Sed nunquid Episcopus potest compellere obtinentẽ duo beneficia simplicia ad ostẽdendum dispensationem, vel titulum. Et quid de prælatis inferioribus, an ad hoc compellere posit? Fa. not. Ioan. Andre. j. ordinarij. in glo. tertia & ibi dicam. li. et de hoc tractat Collectarius.

9 ¶ † QVERITVR autem & examinare possemus hîc, quæ sunt illa, quæ sunt de lege diœcesana: & quæ sunt illa, quæ sunt de lege iurisdictiõis, quia de hoc ponit hîc Berna. vnam glosam recipientem quasi in omnibus fundamentum & glosa Ioan. decima quæstione prima. in summa. materiam tamen latius tractat Innocen. s. de statu monachorũ capitu. primo. in glosa tertia. cui satis modicum addit Hostien. Archidiaco. verò Nouel. Ligna. Héric. Collectari. & Cal. nihil in affectu: ideò vt plenè Innocen. habeas in proprio loco, ibi dicam tibi, Et nõ hic. Salua leui suppletiõe glosarum quam statim ibi subijciam. & saluo vno dicto. quod hîc Innocẽ. ponit, dicẽs: quod licet hîc videatur approbari distinctio antiqua. s. quod duplicem legem habent Episcopi in ecclesijs sibi subiectis. s. diœcesanam & iurisdictionis. Tamen mirabile videtur, quod lege iurisdictionis dicitur colla. sacrorum. probat tamen id capitulo interdicimus. x. quæstione prima. quod ad id arctat monachos. Et respõsio hęc doctrinę conuenit antiquorum, quia & potius videretur fuisse dicẽdum. Episcopos tantum vnam legem habere scilicet diœcesanam, & sub ille comprehendi. totum ius Episcopale, quod in diœcesi habet, & etiam legem iurisdictionis secundum eum. Nec enim videtur vtilis multum dicta distinctio, quæ nõ intelligit. nisi difficultatem quo ad significata verborum. Nec ob. quod de monasterijs, & eorum exemptiõe hîc legitur & notatẽ quia Capella illa, in quibus de beneficio exemptiõis ponitur clarè exprimi poterant: sicut & expressa sunt, licet non ita clarè. Et prædicta tenè menti & vide omnes quę de lege diœcesana & de lege iurisdictionis. scripsi ad saturitatem. j. de statu monacho. capitulo primo. in prima quæstiõe & in quatuor quæstionibus scilicet sicut per vnicã decretalem fieri potuisset.

¶ Supple glosas in glo. secunda ibi: *Dando.* vel faciẽdo, quod Hosti. dicit in actione. Et ibi: *ad synodum.* xviij. distinctiõe. c. si. etiã sodm doctrinã antiquorum: quia conuocare & tenere synodum, & in eo præsidere & contẽnentes punire non est pati: vel recipere: sed potius. agere. Et idcò synodus potius videtur legis iurisdictiõis, quam diœcesanę. Quod satis probari dicit per decreta. quod super. j. titulo secundo. Et dicit idem. s. capitulo conquerente. vbi vide super verbo, synodum. ¶ Et ibi: *mortuariorum.* decimasexta quæstione prima. placuit. Sed dicunt Pe. & Ab. quod hoc non est in iure expressum: sed sunt verba Hugu. posita in summa. decima quęstione prima Et dicunt, quod sic est in quibusdam Cathedralibus ecclesijs, in quibus mortuo Canonico, vel alio clerico, vocantur presbyteri ciuitatis per sonum campanę. ¶ Et ibi: *Cathed.* x. q. iij. c. j. Et ibi: *& consilia.* & missas publicas vbi voluerint Cantare & Cathedram ponere Causa prędicandi, vel causas audiendi. xviij. quæstione secunda luminoso. Subsidiũ petere de cen. cum Apostolus pro negocijs ecclesiæ clericos mittere, & eis imperare. xij. quæst. j. argu. fin. de clericis non resid. de cœtero. de ma. c. ij. secundum Innocen. in capi. j. de stat. monacho. alleg. ¶ Et ibi: *in recipiendo.* vel panendo. Sed doctrina ista non bene placet Innocen. dicam in dicto. capi. j. Et ibi: *libera.* dicit Vincen. hoc verum nisi in casu. j. de testamen. requisisti. vbi de delicto monasterio Episcopus petit Canonicum. ¶ Et ibi: *ad legem iurisdic.* per statuta tamen Episcopi, monachi non obligantur ad aliquid quod sit contra regulam de offi. Archidia. capi. fina. ¶ Et ibi: *per populum.* non exemptum. Et in fi. quæ requirantur ad hoc: vt obstet exceptio rei iudicatæ. not. j. de except. capi. penul. in fin. vltimæ glosæ.

¶ CAP. XIX.

GRaue. ¶ Casus. Per rescriptum quo Papa mandat ordinario, vt corrigat clericos diœcesis suę, non datur ei iurisdictio super exemptos. ¶ In prima conquæstio. in secunda prouisio. Secunda ibi: mandamus.

¶ Expone literam. *spectan.* pleno iure. de priuileg. quoniam. Hostien. ¶ *Nullam.* & sic non est contraria decretalis ista his quæ diximus. s. eod. capitu. j. & c. quãto. Innocen. ¶ *Delegatam.* Est etiam tertia species iurisdictionis scilicet ex compromisso: sed quia ex ea non licet interdicere: nec excõmunicare. Et sic liceat contumaciam litigatorum alias punire. s. de arbi. l. non ex omnibus. Et sic ex ea agitur ad interesse: & sic exequutioni mandetur. j. de arbitr. per tuas. Ideò de illa subijcetur. Goffr. & Hostien. ¶ *Occasione.* fa. j. titu. ij. solitæ. in principio. ¶ *Transmisimus.* incitando officium suum, non delegando. vt. s. eod. Sed contra. s. titu. ij. sanè. Goffr. Quod tamen potest intelligi etiam quòd alias talia in generali mandato non venirent. Vide de offic. deleg. quod translationem. Hostien. ¶ *In clericos.* interdicitur locus, sed persona suspenditur. vnde hæ sententiæ in quibusdam conueniunt, & in quibusdam discrepant. quod dic, vt no. de senten. excommunic. cum medicin. §. & hæc eadem. Hostien. ¶ *Relaxes.* hanc decretalem allegabat Vincen. quòd si mandatur alicui prouideri in diœces. non potest prouideri in ecclesijs exemptis. Sed cõtrarium tenet compost. de rescript. Abbatem. Vide. Ioannes Andr. eod. titu. si propter. in princip. libro sexto. ¶ Item etiã per hæc notant Petr & Abbas quòd clerici monasteriorum vel ecclesiarum, sunt exempti. de sta. regula. capit. vlnnio ad fi. patet de priuileg. per exemptionem libr. vj. ¶ Collec vero hîc accumulauit not. Innocen. s. c. licet. & Nouel. de priuile. per exemptionem de conces. præben. quia conctis. de consti. vt animarum. dicam in proprijs locis.

¶ Supple Glos. in glos. secunda ibi: *maxime.* Idem Innocen.
¶ In glos. penultima. in. fin. dic, vt ibi. & s. de elect. nostu. & lv. distin. ¶ In glos. vltima ibi: *vel posset dici.* Hæc lecturaest

contınui

cõtraria illi verbo, nullam. quod sonat, quòd nec mediatam nec immediatam: nec principalem, nec accessoriã. ¶ Et ibi: *sic paratus*. & secundum hanc lecturam colligit Hostiẽ. quòd Abbas vnius Episcopatus in alio Episcopatu potest pro tribunali sede. de quo remittit. s. c. q̃to. in fin. & s. titu. j. nouit. ¶ Et in fin. idem Innocen. vel ideò dicit, relaxes: vt Episcopus posit prudenter & cautè errorem suum corrigere: ne cõfundatur. vnde poterit dicere. quales sentẽtias quas tali devoluntate Pape relaxo, cui opportet obediri. xix. distin. in memoriam Hostien.

His quibus. Breue est, ideò non summatur.

¶ Expone literam. *Canonicam*. xvij. quæstio. iiij. si quis suadente. Licet. i. licitum est. ¶ *Expedire*. puta, quia ipsi sunt occupati. s. c. quod sedem. vel quia eis placet: vt no. s. titu. ij. Pastoralis. Hostien. ¶ *Ex officio*. delegato. dummodo cum iurisdictione. s. titu. ij. c. j. vel ordinario. Innocen. vt in prima glo. Ber. ¶ *Casibus*. j. de sententijs excommunicat. capi. j. & c. de coeterò. & ca. peruenit. & capi. Pastoralis § fin. s. e. Innocen. & vide Ber. in glo. ij. *Committere*. secus si ministerium tantum sit mandatũ. s. titu. ij § fin. ¶ In gloss. ij.

¶ Supple Gloss. ibi: *in hac parte*. Et hoc tenet hîc Hostiẽ. & inducit hîc literam ex officio, quasi secus, si ex ministerio. Item gratiam priuilegij sibi facti non potest alij committere. s. de vsupa. capi. ij. Nec alius debet ipsam vsurpare. de priuileg. sanè. Talia enim sunt personalia. de cõces. præ. constitutus. Dictum glo. seruamus, & est verius. Ad contrariam dic, quòd illud cum ministerium absolutionis competit ex delegatiõe: secus si ex officio, vt hîc. Et ibi: *sacerdotis*. Et etiam laici, in necessitate secundum Philip. hîc. Dic, vt. s. capitu. Pastoralis. in glo. quo casu in fin.

De Officio Iudicis. Rubr.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Iurisdictio, qualiter diffinitur? Et vnde dicatur? Item qualiter diuidatur? nume. 2. & 3.*
4 *Imperij in genere accepti finitio.*
5 *Iurisdictionis specifice accepta, quæ sit finitio?*
6 *Imperij diuisio.*
7 *Imperij meri diffinitio. Et quid sit mistum? numero. 8. Et quid merum imperium dicatur? nume. 9.*
10 *Imperij meri ac misti, quæ proprietates sint? Et quæ iurisdictionis? numero. 11.*
12 *Imperij misti causæ quo ad proprietates accidẽtales, quorum naturam sumant?*
13 *Imperium merum si quis habeat in vno territorio, & alius in eodem mistum omneq; aliam iurisdictio. num posit habens merũ imperium ibidem furcas erigere?*
14 *Criminalium causarum si duo cognitionem habeant, vnus vero eorũ solus executionem habeat, in illoq; eodem loco altero iuncto furcas erigere velit: an id posit?*
15 *Imperij meri ingratis defunctio.*
16 *Condemnatio excedens legis pœnam, vt hic: an nulla sit in eo, quod excedit?*
17 *Officij iudicis spes, quæ & quod sint?*
18 *Officium iudicis, qualiter à iurisdictione differat?*
19 *Officium iudicis & actio in quo differant?*

Continua sic. de singularibus officijs dignitatũ & iudicium singularium: dicto nunc de officio communi omnibus tam ordinarijs q̃ delegatis, in determinatẽ dicamus. Gostre. de hoc habetur. iij. q. vij. capitu. infamis §. tria. cum Ioan. ad fin. Et. j. de appellationi. significante. & de exceptio. pia. in fin. Nouella. & ff. de inter. act. l. vbicunq; in repetitione Bartoli. ¶ Verum, quia hîc de officio, quod iudicibus ratione iurisdictionis suæ competit, agitur: aliqua primò de iurisdictione, tanquàm de causa: & posteà de officio tanq̃ de effectu ipsius videamus.

¶ QVAERO igitur primo Circa Rubricam, qualiter iurisdictio diffinitur? gloss. ff. de iurisdict. omnium iudicum. l. prima. & Petr. & Cyn. post dictam glossam & alios scriben. eodem titu. l. imperium in prima quæstione sic magistraliter diffiniunt iurisdictio est potestas legitima de publico introducta cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuẽdæ. Declaremus Ecce, dicitur in diffinitione. *legitima potestas*. probatur. ff. de verborum significationibus. l. potestatis. & l. ij & iij. de liber. & eod. l. & in procem. Insti. § primo & ff. de iurisdictione omnium iudic. l. ij. § exactis. & § omnium. vbi Iudices dicuntur potestates, sicut in Italia communiter appellantur. Et dicitur legitima. i. à lege data. *De publico introducta*. quia minus iudicandi publicum est. ff. de mune. & ho. l. munerum § iudicandi. & l. fina. & ff. de origine iuris. l. ij. § post originem. & ff. de Iustitia & iure. l. j. § ius publicum. *Cum necessitate iurisdicendi*. quia iurisdictionem, maximè ordinariam, compellitur quis subire. vt. ff. de muneri. & ho. l. si quis mag. & § iudicandi. allegato. C. de decur. l. nullus. & etiam delegatam à superiore. C. de aduoc. distin. iudi. l. sancimus. s. de offi. deleg. pastoral. Fa § post originem alleg. & ff. de Iustitia & iure. l. fina. in authen. vt iudi. non expect. sa. iussi. in principi. & vt in medio lit. iuss. non fi. § fina. Licet de arbitrio sit quæstio, de qua in dicta. l. sancimus. & ff. de arbit. l. iij. § tam est si. *Et æquitatis statuendæ*. ff. de eo, quod certo loco. l. quòd si Ephesi. & C. de iudi. l. placuit.

2 ¶ † Sed vnde dicitur iurisdictio? dic, quòd à iure, & ditio, quod est potestas: vt in procemio Insti. § j. in authen. de non. eli. ij. nuben. in fin. quasi iuris. i. legitima potestas. Et ideò imperium potestas dicitur in dicta. l. imperium. Faciunt. ff. de offic. e. cui man. est iur. l. j. § j. & l. potestatis. & l. ij. de lib. allega.

3 ¶ † SECVNDO quæritur, quomodo diuiditur iurisdictio? ¶ Ecce plures diuisiones dantur. ¶ Prima, quia quædam voluntaria, quædam contentiosa. de qua. ff. de offi. proconsul. l. ij. Et dicitur voluntaria, quæ inter volentes redditur, sicut manumittere. ff. de adop. l. non potest. Et contentiosa, quæ redditur in inuitum. ff. de verborum obliga. inter stipulantem § j. Ideo tutelæ datio non est voluntariæ iurisdictionis secundum Petrum de bel. per argumen. ff. de tute. l. j. qui dicit voluntariam non esse iurisdictionem. Et ideò hanc diuisionem non esse multam bonam argumen. dictæ. l. ij.

¶ Secunda diuisio, quòd alia ordinaria, de qua. C. de offic. rectoris prouin. qui ordinariam. vbi senatores, vel El. l. fina. de mo. mul. eos. de consti. pec. l. seruum, qui. s. de offic. ordi. per totum. Alias delegata, de qua. ff. de offi. eius, cui mandata est iurisdictio per totum. C. de iudi. l. à iudice. s. de offi. dele. per totum. ¶ Sed quibusdam dominis legũ non placet: quia bona diuisio debet fieri penes species. Modo ordinaria & delegata species non differunt, secundum eos: quia delegata nõ est alia, nisi ordinaria demãdata. Nam delegatus nullam propriam habet: sed solum exercitium alienæ: vt. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdict. l. j. § penulti. de iurisdict. omnium iudic. l. solet. argumen. ff. de re iudic. l. at prætor. in princip.

¶ Tertia diuisio, quia alia dicitur merum imperium, alia mistum imperium, alia iurisdictio strictè sumpta: alia modica coertio. i. quoddam modicum imperium, quod inest iurisdictioni. Pro primo scilicet quòd merum imperium sit iurisdictio. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio. l. j. § j. vbi etiam de secundo & de tertio. eod. l. § ij. de quarto. eod. l. § fina. & l. vlti. § j. eod. titu. & de tribus primis in. l. imperium. ff. de iurisdict. omnium iudic. allegata. ¶ Sed non placet Petro, quia imperium in genere & iurisdictio strictè sumpta, sunt immediatæ species iurisdictionis. Sed imperium in merum & mistum diuiditur: vt dicta. l. imperium. Simile. ff. de adop. l. ij.

4 ¶ † TERTIO quæritur qualiter diffinitur imperium in

genere. Licet diuersi diuersimo de diffiniāt, moderniores domini legum citramontani & maxime Petrus de bella pertica & Cyn. post eos in dicta. l. imperium diffiniunt sic. *Imperium est legitima potestas de publicis introducta, &c. consistens in his, quæ ex potestate officio & authoritate Iudicis dependent.* Dicitur. *potestas &c.* vt diffinitio generis cōpetat speciei. argumen. ff. de do. l. j. § ij. ¶ Dicitur cōsistens, &c. hoc probant sic: quia dicit vna lex, quòd causę imperij non delegantur. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio. l. j. in princip. & § j. Et dicit alia lex, quòd quę ex officio Iudicis dependent non delegantur: vt. e. l. § fina. & C. de peda. Iudi. l. j. ¶ Ex quo inferunt, q̄ quę ex officio Iudicis dependent, dicūtur imperij. Sed istud est arguere ex puris affirmatiuis in secunda figura, contra doctrinam logicorum. ¶ Secundò probāt, quia lex dicit, quòd ea, quę sunt magis imperij, magistratibus non conueniunt: vt. ff. ad municip. l. ea, que magis. & l. si quis magistratus. Modo dicit alia lex, quòd quę ex potestate Iudicis dependent, iure magistratus non competunt. in authen. de defen. ciui. § non enim coll. iij. vbi dicitur, quòd defensores ciuitatum, qui dicuntur simplices magistratus, cognoscunt de his quæ competunt iure actionis, sicut de agris & pecuniarijs causis non de illis, quę ex potestate Iudicis dependent. Sed istud ita cancellat, sicut ex pręcedens. ¶ Tertiò persuadent ex allusione vocabulorum. Nam imperare certus dicere in hoc differūt: quia cum Iudex iudicat ex iure partis de per se plures & sufficienti: tūc proprie ius dicit idest ius partis detegit, seu declarat, quod non est propriè imperare. argumen. ff. de rei vēdi. ex diuerso. si serui. ven. l. sicuti. & si quęratur. de ac. & obligat. l. obligationem. substantia. C. de euict. l. si ob causam. Sed cum ius partis plenom non est, nec de per se sufficiens, & Iudex ex potestate & officio suo ratione alicuius æquitatis, supplet illud ius imperās obediri. Executioni in causa restitutionis in integrum. vt. ff. de minorib. l. quod si minor. § fina. & ĩ. eod. capit. j. & ij. Tunc non est simpliciter ius dicere idest declarare: sed potius vltra ius scilicet partis ex officio imperare. argumen. ff. de diuersi. & temp. pręscript. l. de accessionibus. & ff. de euict. l. si plus, vel minus. Et fortius apparet natura imperij, vbi non parti sed rei publicę compeut aliquod ius agendi, ad quod tamen Iudex ex officio priuatū admittit: vt patet in accusationibus. argumen. ff. de accusationibus. l. qui accusa. & de popula. l. j. Et ista est ratio. l. penultima § ad crimen. ff. de publicis Iudic. Fa. ff. de publica. l. licitatio § quòd illicitè. Ad legem Aquiliam. ita vulneratus. de fideiuss. si à reo. C. qui accusare non possunt. l. ea quidem. quia eum volenti certare iudicialiter deficit ius agendi, aut totaliter, aut in parte opus est, quòd imploret officium imperantis: vt suppleat potestas imperij scripta æquitate dicti ante defectum partis: vt. ĩ. eodem capitulo secūdo. Fa. & ff. de dam. infect. l. cum postulassem § hoc autem. Et licet ista videantur magistraliter dicta, tamen satis videntur menti iurium applaudare, & satis probabiliter persuasa. ¶ Pro quibus adhuc persuadeo sic. Nam nomina in dubio pręsumuntur imposita secundum naturam & proprietatem reorum. argumen. Institu. de donatio § est & aliud. & de tute § finali. Et. C. de ser. l. à nullo. cum simi. Item res debet suam appellationem, recipere ab eo, in quo magis percipiat, & cui propriús & directius conuenit. ff. de stat. ho. l. quæritur. de auro & argen. leg. & si non sint § perueniamus. si ager vectig. & Teophy. petitur. l. j. § finali. Insti. de iure naturali § quoties. Modo vbi totum iudicium principaliter fundatur in iure partis, quasi ex toto cessare videtur imperium salua executione, his, quę concernunt officium mercenarium. de quo infra dicam. argumen. notatorum Innocen. de iure iur. ad nostram ij. in gloss. ij. versi. sed non sic. pręter hoc solùm, quòd ius partis dicere idest declarare habet: ideò tunc propriè iurisdictio, & non imperium dici debet: sed vbi pars non habet ius sufficiens à se ipsa: sed oportet, quòd illud imploret à superioris imperio, iam apparet, quod ipsum imperium, seu eius potestas directè & principaliter ac propriè & immediatè est in causa. proxima autem & immediata causa attenditur. ff. de condi. ob. turpē cau. l. penult.

5 ¶ †QVARTO quęritur, qualiter diffinitur iurisdictio strictè sumpta? dic secundum prędictos docto. vbi. s. doct. quod dicitur. *legitima potestas &c. consistens in his causis in quibus iure actionis ratione, seu ex potestate pleni iuris residentis in actoris persona proceditur aliquid applicando actori.* Et patet ista diffinitio satis ex proximè dictis, & dari potest exemplum in potestate, ex qua Iudex procedit ad instantiam actoris contra reum in omnibus actionibus personalibus & realibus, non ex officio suo: sed de iure ipsius actionis, in quibus semper aliquid per sententiam applicandum est parti: vel per modū adiudicationis: vel per modum declarationis. Ibi enim est obligatio mater actionis residens in persona partis, ex qua tamen actione in iudicio fit persequutio. ff. de procur. l. licet § ea obligatio. Instit. de act. § primo vel ius aliquod reale dominij, vel quasi, aut seruitutis: vt dicto § primo & § æquè. eo. titu. & ff. de rei ven. l. in rem. Talem autem matrem, vel causam, seu fundamentum in parte residens, non habet officium Iudicis: sed solam æquitatem habet matrem: vt. ff. de acquir. l. qui per confusionē § finali. & l. cū postulassem § primo allegato.

6 ¶ †QVINTO quæritur qualiter diuiditur imperium. Et breuiter secundum docto. prædictos vt supra. Prima diuisio est, quia quoddam est magnum, de quo in dictam l. imperium. Et quoddam modicum, de quo in l. § vltimo. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdictio. & consistit magnum in his quæ ex Iudicis officio mercenario dependent. de quo. ff. si quis Iudi. non obtemper. l. vna circa principium. Et de offic. eius, cui mandata est iurisdictio. l. j. § fina. & l. fina. § primo. ¶ Verum Iaco. & Petr. cum Cyno. C. de peda. Iudi. l. secunda videntur velle istam distinctionem reprobare, tanquā modica coertio sub mero imperio debeat cōprehēdi: quòd placet Ioan. Nicoti, per dictam legem imperium indistinctè loquentem. Et licet minores magistratus leuia corrigant, etiam ex officio nobili: vt in authen. de defen. ciui. § audentiam. Tamen talis correctio est meri imperij. vnde lex ea, quæ. ff. ad municip. restringitur ad causas maiores. vnde vera diuisio imperij est: quia aliud mistum. & probatur in l. imperium. allegata. vnde modica coertio & officium mercenarium, quæ iurisdictioni accedūt, licet de natura propria sint imperij: nihilominus propter accessionem & adhæsionem ante dictas sequuntur naturam iurisdictionis, cui adhærent, & accedunt, & nomen perdunt, ac sub nomine iurisdictionis continentur attento principali propter quòd, &c. argumen. ff. de noua. l. prima & secunda. & l. si stipulatus in tacum. l. sequenti. pro donato. l. fina. de authoritate tuto. l. prima. C. de testamen. l. dictantibus. Sed non sic de coertione leuium criminium: quia ex toto permanet sub imperio mero: licet propter leuitatem ipsius minoribus permutatur. Et sic in illis fallit regula legis, ea quæ alleg. ad exonerationem pręsidum, & propter modicum periculum.

7 ¶ †SEXTO quæritur quomodo diffinitur merum imperium? docto. prædicti vbi supra sic diffiniunt. Merum imperium est *ex potestate, vel officio Iudicis nobili dependens nihil applicando parti seu agenti.* Sed sequendo Petr. alibi, & Ioan. Nico. in dicta. l. imperium insisto diffinitioni, quam ponit textus in dicta. l. imperium. dicens: Merum imperium est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines. vnde animaduerti secundum glossam dicitur, idest contra animatum corpus verti vnde secundum hoc quomodocunq; Iudex propter delictum quodcunq; quantumcunq; poenam corporalem, vel pecuniariam imponat huiusmodi: quia sic vertitur contra eum, per poene huiusmodi impositionem exercet merum imperium. Restringere enim genus animaduersionis ad capitalem, vel corporalem poenam diuinare est. Facit. ff. de regu. iur. l. nemo potest gladij. & de offic. proconsulis. l. solent. versic. nec enim. Iuncta l. prima in princip. & l. penultima. in princip. & § primo de offic. eius,

cui

cui mand. est iurisdictio. & dicta. l. imperium. in fin. Nec obstat lex si quid erit versicu. nec enim. de offici. proconsulis. quæ propter tollendam superfluitatem, videtur restringere animaduersioné ad maius quàm sit coerctio, vel actrix verberatio: quia hoc facit propter principium, quod loquitur de animaduersione maiori argumen. ff. de pœ. l. sanctio.

8 ¶ † SEPTIMO quæritur, Qualiter diffinitur mistum imperium Doctores prædicti. vbi supra sic diffiniunt: Mistum imperium est. *legitima potestas &c. consistens quæ ex potestate, vel officio Iudicis nobili dependent aliquid applicando parti, seu actori*: vt si peto bonorum possessionem mihi decerni, nó peto ex iure meo, ratione alicuius obligationis realis, vel personalis mihi competentis: sed imploro Iudicis officium solùm ex quadam æquitate. Et ideò solùm cum decreta est, robur accipit: vt. ff. de successio. edict. l. prima. § decretalis. & § qui semel. Et ideò ex officio Iudicis nobili dependent: vt. ff. de iurisdict. omnium iudic. l. prima & l. imperium. versicu. penultimo allegata. Sed aliquid applicat parti: puta bonorú possessionem decretam & successionem. ff. de bonorum possessio. l. quarta. § primo. & . l. iubere. ff. de iurisdict. omnium iudic. Et in hoc solo à mero imperio differt, quod de natura sua non tendit, vt applicet parti: sed rei publicæ applicat pœnam animaduersionis: licet ex consequentia quandoq; aliquid parti redundet. Quæ consequentia non ponderatur in iure: vt. ff. de authoritate tuto. l. prima. ¶ Et hoc in effectu dicit textus de misto imperio in dicta. l. imperium. versicu. penultimo. dicens mistum est imperium, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Signat enim textus huiusmodi per verbum implicatiuum, etiam quòd mistum imperium ideò mistum dicitur: quia mistum participat de vtroq;, videlicet de imperio: quia dependet ab officio Iudicis nobili. & de iurisdictione: quia aliquid parti, quidquid aliud videtur gloss. innuere, in. l. imperium allegata. Verum quia res debet denominari à nobiliori: ideo imperium & non iurisdictio appellatur: vt dicto § perueniamus. Facit. ff. de vsocap. l. rerum mistura. & de sta. homi. l. quæritur. & quòd vi, aut clam. l. tertia Instit. de rer. diui. § tamen in suo. ¶ Et quòd imperium sit maius, probat, lex iubere. ibi: magis imperij, & c. fa. quia principium rei potissima pars est. ff. de origine iuris. l prima Modo principium venit ex officio nobili: & executio tendit ad bona: imò possunt dicere, quòd simpliciter dicitur imperij, & non iurisdictionis: vt dicta. l. imperium. ante finem. Nam iurisdictio, nedum requirit aliquid applicandum parti: sed etiam ius plenum partis. vel si sit iurisdictionis non est iurisdictio stricte verba recipiendo.

9 ¶ † Dicitur autem merum imperium ad differentiam misti, sicut de vino solemus dicere, secundum Doctor. nostros. licet ibi interueniat quandoq; accessoriè commodum pecuniarium: vt. C. de Episcopis & clericis. l. raptores. de raptu virgi. l. vna de bo. dam. authen. bona damnatorum.

10 ¶ † OCTAVO quæritur, Quæ sunt proprietates meri & misti imperij & iurisdictionis. ¶ Dicit Petr. Helyæ, quod duæ sunt proprietates essentiales, & duæ accidentales meri imperij, & totidem iurisdictionis. ¶ Prima essentialis est, quòd semper consistet in coerctióe principaliter: licet quandoq; veniat pecuniarium commodum ex accessu. C. de bo. præscript. l. secunda, in authen. de manda. Princip. § quòd si delinquentes. ¶ Secunda est, quia semper officio Iudicis expeditur, & nunquàm iure actionis: licet quãdoq; in modum directæ accusationis. Dixi supra, & ex hoc dicens rem diffiniendam per essentiales differentias, diffinit sic merum imperium: quòd est legitima potestas, & c. ad animaduertendum gladio in facinorosos homines. accipiendo gladium similitudinariè, pro modo, seu instrumento coerctionis & vindictæ, sicut ensis & furca & insula. ff. de pœnis. l. tertia. § primo & l. Capitalium. § famosos. & l. veluti. de re milit. l. tertia. § his. qui hostem. de offic. proconsulis. l. si quis. & l. Iuliam. peculatus. de interdic. & rele. l. relegatorum. per totum. Vel exponit gladio pro gradiali idest tribunali potestate. C. ad legem Iuliam repetundarum. l. prima. ff. de pœnis. l. si quis forte. § primo & l. aut facta. in fine.

¶ Subdit, quòd prima proprietas accidentalis meri imperij est, quòd duntaxat maioribus magistratibus competit: quia res magna est: vt dicta. l. ea, quæ. argumen. ff. de arbit. l. non distinguemus. § secundo de officio eius, cui mandata est iurisdictio. l. prima in princip. & § primo.

¶ Secunda est, quòd non potest delegari de iure ciuili: nisi ex causa necessaria: vt dicta. l. prima. § primo & § qui mandatam. & l. cognitio. circa principium eodem tit. & l. & si quid. de offic. proconsul. & leg. l. nemo. de regu. iuris. Fallit primú in leuibus, quæ non iure magistratus, sed permissionis propter leuitatem eorum, & maiorum exonerationem minoribus permittútur: vt § audiant.

11 ¶ † Subdit de iurisdictione, quòd prima eius essentialis proprietas est, quòd semper tendit ad interesse pecuniarium. & si excedat, vt in causa status imperij est. C. de peda. iudi. l. secúda. Et hoc nisi ex consequenti: vt in actione famosa accedit infamia damnato. ff. de his, quæ notantur infamia. l. prima. C. de decimis. l. prima.

¶ Secunda est, quòd semper expeditur iure actionis, quia si officio Iudicis cum plena causæ cognitione esset misti imperij. ff. de officio proconsul. l. non soleot. § vbi decreterum.

¶ Subdit, quòd prima accidentalis proprietas iurisdictionis est, quòd competit minoribus magistratibus: & secunda, quòd potest delegari: vt. l. imperium. in fine.

¶ Dicere etiam potes misti imperij duas esse proprietates essentiales. Prima in eo, quòd recip. ab imperio mero. & secunda in eo, quod recipere à iurisdictione, quasi ab vtroq; misturatum vt dixi supra vnde secúdum Petrum. Helyæ, cum de causa pecuniaria agitur: quæ alias esset iurisdictionis scilicet iurisfactionis, &c. Tunc si expeditur officio Iudicis cum plena causæ cognitione dicitur misti imperij: vt § vbi decreterum. alleg.

¶ Et econtra si causa non pecuniaria, quæ alias esset meri imperij ex officio expedita, expediatur iure actionis: erit tunc misti imperij: sicut causa status. C. de peda. Iu. l. secunda.

¶ Sed non placet hoc vltimum Ioan. Nicoti. nec mihi: quia in causa liberalis status iure actionis agitur ad aliquid adiudicandú, seu declarandú parti. Et per consequens est iurisdictionis per diffinitionem iurisdictionis. de qua. s. Fa. lecta & notata. Instituta de actio. § præiudiciales. & . ff. de libe. causa. l. liberis. § finali & . C. de asser. tollen. l. vna. Et quòd referuentur maioribus magistratibus, hoc est speciale in fauorem libertatis. vt. l. non distinguemus § de liber. alleg. Et per hoc non obstat. l. secunda. C. de pe. Iudi.

12 ¶ † Subdit post Pet. Helyæ, quòd causæ misti imperij quo ad suas proprietates accidentales sumunt naturam meri imperij, & iurisdictionis: quia causæ misti imperij, si sunt summariè & breuiter expediendæ sunt delegabiles, sicut & causæ iurisdictionis & competunt minoribus magistratibus: vt in tutela, restitutionem, & cautione in facti. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. l. secunda. § finali Institu. de Attilia. tutela. § finali. C. vbi, & apud quos. l. finali. ff. de damno infecto. l. prima & l. ea, quæ alleg.

¶ Aliæ verò maiorem tractum & causæ cognitionem requirentes mediam viam tenent: quia non solum sunt delegabiles, secundum legem, propter absentiam necessariam: sicut causæ meri imperij. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. l. prima. § primo Innocen. & propter publicas occupationes. C. de peda. Iu. l. secunda secundum eum. Sed non placet: quia Imo regulariter etiam cessantibus publicis occupationibus causæ meri imperij sunt delegabiles: quia causæ huiusmodi non commissæ specialiter aliquibus: quia non est reperire magistratum, quin habeat mistum imperium. argumen. ff. de officio consul. l. vna. de origine iuris. l. secunda. § exactis. & § deinde cum ærarium. & § cumq; consules. Pa-

tet consequentia per dictam legem primam in principio de officio eius, cui mandata est iurisdictio à contrario. Et quia per hoc conuertitur, Huiusmodi causas iure magistratus competere: & per consequens delegabiles esse: vt dicta. l. prima secundo respõ. Et facit, quia dicta. l. prima prohibendo de mero, videtur de iuxto argumentum. ff. de iudic. l. cum prætor. Videtur casus in. l. cognitio. § finali allegat. Fac. quia edictum de non delegando est prohibitorium: ergo non prohibita, sunt permissa. Sed non reperio prohibitionem de imperio iuxto etiam secundum legem. igitur argumen. ff. de procurato. l. mutus. § cum quæritur. vnde Ioannes Andre. in Spe. de iurisdictione omnium iudicum. § vno. versu, mistum autem imperium in additione, quæ incipit, prætor. dicit quod Canonistæ huius materiæ subtilitatem dimittant legistas, qui nec in hac materia sunt concordes. Subdens, quòd Gul. de Suz. in. l. prima. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. reprobat omnes glo. dicentes mistum imperium non delegari. dicens illud delegari. nisi in casibus expressè prohibitis, quorum vnus. ff. de tute. l. mutus. § tutoris. & de tute. & cura. da. ab. l. nec mandate. & Insti. de Attili. tuto. § finali. alius. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. iubere. Ali⁹. ff. de officio procõ. l. nec q̃q̃. § vbi decretam. Nec obstat. l. prima in princip. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. versu, quæ verò. quia causæ misti imperij non conceduntur maioribus magistratibus ex lege, senatusconsul. vel cõstimoonibus. Sed eo, q̃ tales sunt, habent illud inducit. C. de peda. Iudi. l. secunda: C. qui pro sua iuris. l. vna. Dicit etiam Petrus Heliæ, quòd licet accidentales proprietates meri imperij, vel iurisdictionis immutentur manentibus tamen essentialibus: nõ ideo minus dicũtur causę meri imperij, vel iurisdictionis: vt puta, si causa meri imperij de iure spetiali, aut ex commissione Principis sic delegabilis: aut de foro minoris magistratus: nihilominus meri imperij est: sicut venditio mutatis qualitatibus accidentalibus, non mutatur. Notatur. ff. de contrahenda emptio. l. pacta. argumen. eod. titu. l. in venditionibus cum legibus sequẽtibus. Et placet, quia causæ meri imperij delegantur ex causa: vt. ff. de officio eius, cui mãdata est iurisdictio. l. prima. § primo. Sic etiam dicit, quòd si causæ iurisdictionis sint indelegabiles propter magnitudinem earum, remanent tamen iurisdictionis: vt excedentes trecentos aureos: vt dicto. § audiant. Sed hoc vltimum non placet: quia imo etiam excedentes dictam summam, & quęuis aliæ huiusmodi pecuniariæ causæ secundum leges sunt delegabiles, secundum Petrum de Bel. per dictam legem imperium. in fine. j. l. morem maiorum. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & dictę. l. j. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, quę indistinctè loquuntur. Et hec sufficiant de pręsenti quo ad materiam iurisdictionis. Et residuum quære in Cyno in dicta. l. imperium.

13 ¶ † NONO colligendo hic aliquas quæstiones Oldradi, & recipiendo primo. xvij. secundum computationem libri⁹ mei: Quæro vtrum, posito pro certo, quod in vno territorio ad vnum spectet merum imperium, & ad alium mistum imperium habentem omnem aliam iurisdictionem, possit habens merum imperium illo furcas erigere? Oldra. determinat, quòd sic. Pro cuius deductiõe supponit, quòd publica & priuata vtilitas in furcarum erectiõe versantur: Patet de publica: quia publicè interest de maleficijs, &c. ff. ad legem iuliam. ita vulneratus. depositi, bona fides. de fideiul. si ab eo. § vltimo. Et quòd homines terreantur, &c. quia melius est ante tempus occurrere &c. C. quando liceat sine iudi. se vendicare. l. prima in quibus causis. integra restitutio non est necessaria. l. fina. ff. de iustitia & iure. l. prima circa principium. ad legem iuliam repetundarum. l. j. de pœnis. aut facta. in fine. Et vt in illis, sicut in sepulchris, memoria conseruetur. ff. de cond. & demonstra. l. si quis io suo. & vt visus vltra auditum operetur. argumen. Insti. de gradi. in fin. Et quia talis memoria per talia signa retenta. C. de officio præfect. prætorio Afric. l. in nomine domini. Cedit ad solatium amicorum interemptorum, & damnum passorum. Colligitur hæc omnia. ff. de pœnis. l. capitalium. § famosos. Est enim furti loco edicti: vt si quis sic fecerit ibi pariturus sit. ff. de exord. criminibus. l. Saccularij. § quodam. Facit. ff. de publi. l. licitatio. § publicè. ¶ Ex quo infert, quòd furcarum erectio de iure licet. ¶ Secundò dicit, quòd licere debet ei duntaxat, cui competit impositio pœnæ. Probat, quia cõpetit dispositio hois, & omnium quæ ad finem sunt. ff. de re. milita. l. officiũ. in authẽ. de defens. ci. § & iudicare ad finem. C. vt nemo priuatus otulus prædijs suis, vel alienis imponat. l. secunda. Hinc est, quòd operas indicit, cuius vtilitati indictæ cedunt. ff. de oper. lib. &. l. quotis. ¶ Et quia debet esse conformitas inter signum & signatum, alias falsum committatur. ff. ad legem Corneliam. de fal. l. eos, qui inter se. § finali. de iniur. l. item. § si quis virginem. C. de fabri. l. æstimata. infra de sententijs excommunica. si Iudex libro sexto. Fact. C. de diuers. rescrip. l. sacri affatus. & de vestibus. olob. per totum libro vndecimo. Alias esset illusio. C. de latin. libertate tollenda. l. vna. § sed & qui domini. Et esset vmbra in opere sine veritate effectus. de cõsuetudine. quando. in fine. Imo dominus soli compelleretur ad vendendum locum propter publicam vtilitatem, si non reperiretur locus alius ita commodus. ff. quemadmodum serui. amit. l. si locus. § vltimo de rei. vendica. Item si verberatum. § vltimo. de euic. l. Lucius. ad Sillanian. l. Cornelia. C. in quibus causis. ser. pro primi libri accep. l. secunda. & de religio. & sumpt. fune. si quis cedet locum. argumentum. ff. ne quid in loco publico. l. prima. § sunt qui putant.

¶ Et hanc puto veram: quia cum errectio furcarum fiat solum ad executionem meri imperij, reputo illã eiusdem naturæ. iuxta illud quando vnum propter alterum, &c. de officio delega. si super libro sexto. ff. pro dõa. l. fina. de nouatio. l. prima & secunda, de condicio. & demonstr. de. l. filio. Sicut dicim⁹, quòd modica coerctio personæ, quæ sui natura meri imperij est. dum iurisdictioni cohæret, censetur naturã iurisdictionis habere. Et ideò secundum. l. simpliciter est delegabilis. ff. de offi. eius, cui mandata est iurisdictio. l. j. § fin. &. C. de testi. l. nullum.

14 ¶ † DECIMO recipio aliam quæstionem Oldra. xlvij. secundum dictam computationem. Et quæro: pone duo habent cognitionem causarum criminalium: sed vnus eorum solus habet executionem, qui vult in illo loco inuito altero furcas erigere: quæritur, an possit: dicit Oldra. quòd potest: quia in omni contradictione est ratio contradictionis attendenda: vt. C. de edic. diui Adri. tollen. l. vltima. & . ff. ne quid in loco publico. l. secunda. § hoc interdic. Item, quia ei cui cõpetit signum & signata res, & econtra per allegata. s. in proxima quæstione. Fa. ff. de iur. an aur. per tot. &. C. de Athle. l. vna libro decimo. Argumentum verum. C. de officio præf. prę. Affr. in nomine ibi: sicut ex clausuris burg. &c. Item videtur hæc firmari per legem si ita. § dominus. ff. de vsur. & hic. & si dubitet. Alteri de pręiudicio circa cognitionem in posterum fiat protestatio de hoc. argumen. ff. de aqua cott. æsti. l. penultima. ibi: sine præiudicio amittendæ seruitutis. &c. Et de testa. tu. l. idem fiet. ibi: sine vllo lius præiudicio & de liber. exiben. l. tertia. § etiam maximè. ibi vt sine diminutione &c. Et hanc etiam omnino credo: quia furcarum erectio non tendit ad cognitionem, sed ad executionem. & executioni, & non cognitioni annexa est: ideò executionis naturam sequi debet per motiua tacta in quæstione præcedenti. argumen. de consti. translato. de iur. pa. q̃tò. de dona. inter vi. & vxo. de prudentia.

¶ VNDECIMO subijcio aliam quæstionem eiusdem Oldra. numero quinquagesimo secundo. secundum dictam computationem Et quæro supposito, quod quis vendidit Castrum cum iurib⁹ & pertinentijs suis excepto mero & misto impe

sto imperio: quid per hæc verba videatur exemptum? Et in primis volens videre, quid appellatione pertinentiarum contineatur, vide notata de donat. inter dilectos. & de restitu. spoliato. cum ad sedem. Pro responsione autem quæstionis dicit Oldrad. Primo videndum quid sit merum, & quid mistum imperium. Et hoc cognito scietur, quę causæ sub vno & quę causę sub alio comprehenduntur.

15 ¶ † Dicit ergo, quòd merum imperium sic consueuit magistraliter describi. *Merum imperium est potestas, seu iurisdictio seuerioris vltionis exercende in personam, vtilitate publica introducta.* Dixit, *potestas, seu iurisdictio*, tanquam genus. argumen. leg. potestatis. allegat. dixit. *seuerioris vltionis*, seu exequutionis: quia & si aliæ sententię quedam seuerè sunt, hæc tamen quę ex mero imperio procedit seuerior est. vt. C. de pœnis. lege qui sententiā. & de his quæ notātur in famiam. lege. & si seuerior. ff. de pœnis. lege respiendum. & lege & in seruorum. Dixi: *Exercende in personam*. propter omnes causas, quæ in personā pœnam infligunt: quæ ponitur in textu. ff. de varijs & extra ordina. cognit. lege cognitionum genera.

¶ Ex quibus infert Oldra. duas conclusiones. Quarum prima est, quòd omnis capitalis causa, quę triplex est, vt. ff. de publicis Iudicibus. lege secunda & de bonorum possessione. lege edicto. § primo & de pœnis. lex secunda est de mero imperio, sicut notatur in lege imperium.

¶ Secunda est quòd idem videtur dicendum de cuiuslibet membri mutilatione: vt in authe. de collatori. § prohibemus & notatur. C. de offi. i. eius, qui vicem alterius gerit. lege vltima. & in lege imperium. super verbo, animaduertendum.

¶ Tertia conclusio est, quòd idem de qualibet corporis coerctione: vt dicta lege in seruorum § vltimo.

¶ Excipit tamen modicā, sine qua iurisdictio bene explicare non potest: vt. ff. de officio eius, cui mādata est iurisdictio. lege prima. § vltimo.

¶ Sed nō placet ista exceptio: nec placet simpliciter quod de se veritate & coerctiōe personę quia puto, quòd omnis coerctio personę quantumcunq; modica, & omnes pœnæ impositio etiam pecuniaria est meri imperij: Licet coerctio modica cohęrens iurisdictioni, sequatur naturam ipsius: vt colligi potest ex his quę supra in primis octo quæstionib^9, quæ magis perscribentes examinata fuerunt, & veriora sunt. Aliter credo ipsum bene dixisse.

¶ Subdit Oldra. quòd mistum imperium cōsueuit sic describi mistum imperium est iurisdictio explicandi quęstiones ciuiles, quæ sui excellentia maioribus Iudicibus deputantur: vt prouinciarū præsidibus: vt. C. de peda. Iudici. lege secūda.

¶ Quæ verò defensoribus competunt, de eorū numero non sunt. Et istæ videntur esse causę ciuiles vsq; ad trecentos aureos. vt in authen. de defensis ciuilium. § & Iudici. Et leuia crimina, ex quorum pœnis de iure communi non constringitur corpus, sed modica pecuniaria pœna infligitur. vt in authen. de defen. ciuitat. § audiant.

¶ Et sic apparet secundum, quæ causæ sint mixti & meri imperij: & quæ remaneant sub iurisdictione simplici. Subdit autem quòd enumerare actus maioribus Iudicibus reseruatos, ac per hoc de misto imperio existentes, superuacuum est. Sunt enim multi, sicut est tutoris datio. vt. ff. de tutel. lege muto § tutorum. Et decretum super alimentis. ff. de transla no. cum hi.

¶ Sed ista doctrina non est bona. & fortè, vt aduocatus loquebatur. Nam omnia crimina quantūcunq; leuia, sunt meri imperij, & non misti. & omnes causę ciuiles, in quibus ex pleno iure partis agitur, sunt simplicis iurisdictionis. quantūcunq; magnæ existant: vt patet in hisquę dixi in dictis quæstionibus octo, Per quę patet decisio quæstionis. An autem vendito castro simpliciter, seu dato in fuodum transeat iurisdictio: vide Ioan. Andream in Specul. de locatione § finali super versu. xxiij. & de iurisdictione omnium Iudicum circa principium secundæ columnæ suarum additionum. vbi etiam vide plenè, an per hoc merum imperium videatur esse translatum. Et ibi vide etiam, an cōcessa omni iurisdictione videatur concessum imperium. Et quod de armis & nominibus dicam infra de iurisdictione pa. ex literis.

16 ¶ † DVODECIMO Quia de pœnarum impositionibus, quę sunt meri imperij, vt dixi, fecimus mentionem, subijcio aliam quæstionem Oldrad. numero. lvij. secundum dictam computatiōem. Ponit enim circa intellectum. lege eos C. de modo mulctarum. quòd Iudex mādauit alicui de lato de graui crimine, sub pœnam sexcentorum paruorum turonen. & ita vult dictam summam. lege eos. quòd comparet & non comparentem in dicta summa damnauit. Quęritur nunquid condemnatio nulla sit in eo, in quo excedit modo dictę. leg. eos. videtur, quòd sic per dictam legem &. C. quando prouocare non est necesse lege certa ratione in fine & secunda quæstione sexta, et qui § item cum certa cum ibi notatis ¶ Sed contrarium verius videtur secūdum eum: quia limitatio dictę legis locum non habet in contumacia commissa super maiori crimine: vt ibi patet, quia tunc maiori cōtumacia maiorem pœnam exigit. ff. ex quibus causis in possessionē eatur. lege hoc autem. § vltimo & de pœnis lege relega. quia contumacia in illis criminis suspitionem inducit: vt in auth. de exhibendis & introducendis Reis § si vero. &. C. de omni agro deserto. lege locorum. & . ff. de suspectis. tut. lege impuberibus. Quæ suspicio facit contumaciam maiorem & atrociorem iudicari. argumen. de bonis eorum, qui mortem sibi cōsciuerunt lege tertia § Idem rescripsit.

¶ Verum potest etiam dici, quòd dicta lex, eos loquitur in mult., quæ imponitur ratione contemptu præcepti indeterminati idest pœnę ab Initio non subiuxi. ¶ Sed vbi, ab initio in ipso præcepto Iudex certam pœnam infert, non videtur habere locum lex, eos. sed quòd pœna ipsa committatur per contemptum. & nisi sit nimis excessiua, ille cōtumax debeat condemnari. Et de ista potest intellig. quod dicitur, Iudicis potestas est, quātum dicit, & quod alibi dicitur: multi quidem ex arbitrio eius venit, quam mulctam dicat. ff. de verborum significatu. lege si qua pœna. in fine, ibi: nisi cum lege est institutū quantā dicat. quasi ibi loquatur de. l. eos. sed hoc est falsū quia lex eos. nō constituit quantam dicat, sed quantā nō dicat. Et potest esse ratio hui^9 differentiæ secundū eum: quia id potest prætor in actibus, qui ab ipso procedunt in tempore quis cum produxit: quod possunt contrahentes, cum vendunt seu contrahunt. vt argumen. ff. de manumissionibus. lege seruus hac. & de verborum obligationibus. lege incōuenionabilibus. Licet non sit ex post facto: vt. ff. de prætori. stipulatio. lege prima. § de contrahend. authenti. Certum est enim quod contractu pœnam possunt apponere quantam volunt, vt. ff. de verborum obligationibus lege stipulatio ista. § alteri.

¶ Præterea cum officium prætoris in edictis consistat. vt. ff. de officio asiesso. lege prima potest illud à principio cum facit, certa pœna valere: vt. ff. de seruis fugiti. lege diuus. ibi. & si ita res exegerit, &c. vt sic per talem certificationem a principio factam antequam delictum cōtumaciæ committatur pœna facta sit certa. Et sic cum hoc sit factum virtute legis hoc permittentis, iam non mulcta, sed pœna dicetur, per prędicta. ff. de verborum significationibus. lege aliud est fraus: & lege si qua pœna. Et pro ista distinctiōe argumen. ff. de iure pa. lege prima & de admit. tute. lege tutor, qui Repertorium. § si deponi.

¶ Et est casus de hoc. ff. de custodia & exhibitione reorum. l. si quis. Reum. ibi: neq; in decreto principis certa quantitas comprehensa est. & ibi notatur in fine vltima glo. quę dicit. l. eos. intelligi secundum illam. l. si quis. rem. Quod etiam videtur sensisse Hostien. in summa de sen. & re Iudi. Rubricella de mulcta § & pro quibus. Et hanc sicut ipse narrat vniuersali cōsuetudo approbat. vnde sunt mutāda, &c. ff. de legibus l. minime.

Tractatus Secundus de offi. Iud.

¶ VISO ERGO de iurisdictione. Nunc de officio videamus. & licet super hoc deberent sufficere: quæ scripserunt moderni domini legum, & præsertim Cynus post alios. ff. de Iurisdict. omnium Iudicum. l. prima. quæ incipit ius dicentis officium latissimum est. & per Odonem de se nominis intra ctatu, quem fecit de officio Iudicis sub Rubrica, de officio Iudicis quæ domini Aurilianen. solent etiam recitare. ff. de interdicti in Rubrica. Verum quia Canonistæ illa nõ habent saltem ita ordinatè, ego decreui aliqua pauca de illis ad doctrinam Iuniorum canonistarum inserere sine recitatione tamen illorum, quæ Summistę Canonistę scilicet Goffredus, & Hostiensis hic recitant: cum per Canonistas communiter habeantur.

17 ¶ † PRIMO igitur quæramus quę, & quot sunt species officij Iudicis? Et breuiter sequẽdo dicta Iac. de Ra. & Pe. de Bella pertica Odonis & Cyn. & aliorum in locis prædictis, addendo aliqua communi stilo, dicere possumus duas esse species principales. Quædam enim est quæ residet in Iudice. hoc est illud, quod Iudex habet exhibere absq; petitione & instãtia partis solummodo à se ipso: vt purgare prouinciam malis hominibus, procedere per inquisitionem cõtra infamatos: inquirere vnde viuunt homines carentes amicos, lucris, & redditibus & quibus expensis. & curare quod carnes & merces bone & competenti pręcio vendãtur, & alia homini: vt. ff. de officio præsi. l. iij. in fine & l. congruit. de officio pręfec. vr. l. prima. § cura carnis. C. de Episco. au. l. j. Et ita intelliguot quidam hoc eod. titu. c. primo. ĵ. de accusa. qualiter. ij. de empti. & venditi. c. primo. Facit in authen. de quæstore. § si verò & . C. de ven. nu. po. l. ij. li. vj. De isto loquuntur iura, quæ dicunt, quod Iudex debet cuncta rimari. xxx. quęstione. s̃. Iudicantem. & sententiam certam ferre. Insti. de acti. § curare. Lites diminuere. ĵ. de dolo. c. finem. & . c. venerabilis. Malicijs hominum obuiare. ff. de rei vendi. in fundo. s̃. de rescript. plerumq;. & . c. nonnulli. Exceptiones arctare. ĵ. de except. pastoralis. Crimina punire. ĵ. de senten. excommuni. vt famę. & . s̃. tit. primo. capitulo primo. ff. ad legem. Aquil. ita vul. æquitante præocul. habere. ff. de eo, quod certo loco l. quod si Ephesi. Aliud verò est officium Iudicis, quod dicetur suo modo residere in parte: licet re vera resideat in Iudice videlicet, quia ad partis postulationem impartitur: licet secũdum Iaco. non omnino ex iure partis, seu iure actionis. Et illud subdiuiditur, quia quoddam nobile, aliud mercenariũ. Nobile dicitur, quod per se stat alio fundamento non egens ex instantia partis principium, & à Iudice recipiens complementum. Mercenarium vero dicitur: quod alteri principaliori, puta actioni, vel exceptiõi deseruit: quasi pedisseca. C. de postulati. l. quarta argumẽ. C. de vet. iuris. eadem lege secunda. § quartus

¶ Officium nobile quandoq; ponitur loco actionis: vt illud quo petitur principaliter in integrum restitu. ĵ. eodem capitulo secundo. & . ff. de minori. l. quod si minor. § fi. & . ff. quod me. causa. l. metum. § ex hoc edicto. & . ĵ. de in integrum restitu. capitulo primo. & per totum. Et tunc ponitur quandoq; loco actionis deficientis: vt in exemplo. s̃. proximo. quandoq; loco actionis non deficientis. ff. de rei vendi. l. prima. § per hanc. Et tunc quandoq; contra dicitur Iudici, & paru: vt cũ pro actione ponitur vt dicta lege. quod si minor. § fi. C. si aduersus rem Iudic. & titu. sequentibus. Alij suli Iudices. Exemplum. C. si minor ab hæred. se abstine. authen. omnes. Item quandoq; ponitur loco accusationis, seu denunciationis. C. de accusa. l. ea quidam. ĵ. de capitu. primo. Quandoq; loco exceptionis. ff. de petitione hære. l. planè. & l. finali.

¶ Officium verù mercenarium subdiuiditur. Quoddam enim est, quod non auget cõdemnationẽ: vt illud, per quod citationes, litis contestationes, testium coactiones fiũt. in authen. de litig. § omnem. C. de testi. si quando. ĵ. de testi. cogniti. dilectorum. C. de exhi. re. l. secunda. Et istud vocatur officium ordinarium litis. Aliud auget condemnationem, & quandoq; oritur ex lite: vt aliud, quo soluuntur expensæ. ĵ. de dolo. cap. finem. & . cap. actor. C. de Iudi. l. sancimus. & l. properandum. § sin autem alteratur. & de fructib. & li. ex. capi. terminato. & . ff. de Iudi. eum. quem temere. ¶ Et quandoq; oritur ex re in Iudicium deducta. Et est duplex: quia quoddam auget condemnationem secundum naturam rei in iudicium deductæ: vt in vsuris. quę veniunt in iudicijs bonæ fidei post moram. & in fructibus perceptis bonę fidei possessor. post litem contestatam. ff. de vsuris. l. mora. C. de re. vendi. l. certum. § bona. & . ff. eadem. l. ex diuerso. cum ibi no. ĵ. de resti. spolia. grauis. ff. de nego. gest. quia tantundem.

¶ Aliud verò auget condemnationem vltra naturam rei in Iudicium deductę, vt in cõtractibus stricti iuris, quo ad vsuras & fructus post litem contestatam: vt. C. vt de condicti. indebit. & . C. de vsuris. l. prima. & . ff. e. l. videam⁹. § qui actionem. & in omnibus arbitrarijs. ff. de eo, quod certo loco. l. prima tertia & quarta. & per totum & . ff. de in lit. iuran. l. in actiõis. ¶ Et istud officium mercenarium quandoq; deseruit actioni stricti iuris, vel bonæ fidei arbitrariæ. vel non arbitrariæ. ff. de ædili. edict. l. ędilio. § item sciendum. Quandoque accusationi inquisitioni, vel denunciationi. de pœnis. calumniam. Quandoq; officio iudicis notabili. ff. de iureiurã. l. nam posteà. § si minor. Quandoq; exceptioni, vel replicationi Instituta de exception. & replication. per totum.

¶ Item quandoq; imploratur in iudicio: & tunc quandoq; ante litem contestatam: vt cum petatur aduocatus. C. de postula. l. prouidẽdum. vel locus tutus. de appellat. ex parte. vel iuramentum relaxari. de iureiurando. capitul. primo. Quãdoq; post litem contestatam. vt etiam cum petitur locus tutus assignari. de spon. cum locum. Et circa interrogationes & responsi. de confirmati. statuimus. libro sexto. Quandoq; extra iudicium Imploratur: vt dicta. lege congrut. & de vsuris. l. ęquissimũ. Super quo vide Ho. in summa e. ti. § penu. & specu. e. ti. § secũdo & . iij. Et per hoc habes expeditã primã distinctio. ĵ. e. cap. secundo. & distincti. Lig. circa hęc ibi positam. Licet autem vt dixi, mercenarium requirat instantiam partis. ff. de postulation. l. quarta. & . C. de appella. l. eos. in fine. Tamen si pars petere nescit, Iudex vltra offerre debet: vt ff. de officio consul. i. nec quicquam. § aduocatis. Nec curo de sophisticatione quorundam curantium de curialitate verborum, & dicẽtium nullum officium subiectiuè residere in parte: quod fateor. Sed dico, quod non sic loquebantur. Iac. Petrus Odof. & Cyn. sed intellexerunt, & bene, quo ad certum effectum consistentem in petitione, seu instantia, de qua supra De quo effectu solum secundum veritatem curandi est: cum illi verba deseruiant, nõ contra. ff. de legibus. lege scire. & lege contra. de superlec. lega. l. Labeo. ĵ. de verborum significatio. capitu. propterea. capitu. intelligẽtia. & capitulo in his.

¶ Præterea non curo de subtilitate dicentium nullum Iudicem habere vigorem eiusdem iurisdictionis propter vnum officium: quia hîc tractamus inquisitionem essentialem secũdum proprias differentias earundem: quod spectat ad Metaphisicos: sed potius rerum effectus, & ordines, per modum cuiusdam glossę doctrinę discere volentibus designamus. Ideò reprehensiones pręmissorum, quas in plurimis prælegi quatabellis sub silentio derelinquo.

¶ Fateor tamen alias esse diuisiones multiplices: quia aliud consistit in mera voluntate Iudicis: aliud subest necessitati: de quo. ff. de officio præsi. lege sæpe. & de Iudicis lege non quicquid. & supra de officio delegati. ¶ Item aliud præparatiuum, aliud ordinarium, aliud exequutiuum verum ista vlterius non prosequor: quia ista non sunt multum scientifica: cum sic tot possent dari diuisiones, quod possent modi exequendi officium assignari.

18 ¶ † SECVNDO, qualiter officiũ Iudicis à iurisdi. differat Solutio secũdum omnes modernos, iurisdictio est potestas vt dixi. supra articulo præcedenti, in quæstione prima. pro quo .ff. de munere. & hono .l. munerum § iudicandi. & .l. si quis magistratum. Sed officium est istius potestatis executio siue vsus. ff. de officio eius cui manda. est iurisdictio .l. fi. in fine. de officio proconsul. l. prima. de rei vendi. l. qui restituere. & .l. officium. induci potest ff. de officio. consul. l. vna. tangam .j. capitulo fi. quæstione prima.

¶ PRIMO opponitur. quia videtur, q nō maior in ordine. Imo nec solum primo receptus, sed etiam is pro quo primò scriptum est, præferri debeat. vt. s. de rescrip. eo. capitulũ. Sed dicit Host. id melius probari. s. de offic. deleg. ex parte. Sol. Inn. aliud loqui, vbi nō est hæc consuetudo, vel vbi præbendæ sunt distinctæ. Tūc enim cũ præbendę sunt distinctę quis receptus est ius habet in omnibus communibus: vt. s. de consti. cũ non omnis. &. c. cũ. M. &. j. de pre. dilectus. ij. Item ibi non dicit q plures haberent ius, & q vnus esset alteri præferēdus: Imo ibi vnus solus tantum habet ius, scilicet ille pro quo primo scriptum est. & ideo non quæritur ibi quis sit alteri prę ferendus. ¶ † Item no. Hostiē. q si quis receptus sit in canonicum, quis in minoribus ordinibus constitutus, quādo receptus est ius habet, per quod potest petere futuras prębēdas & portiones. Quod verũ est, vbi sunt recepti autho. Papę alias in eccle. in quibus sunt recepti nullum ius haberent. Nec valeret receptio quod dic, vt infra de præb. dilecto. & de concess. præb. c. ij. & iij. Nisi receptus esset authoritate literarũ facultatis, cui tamē præferretur receptus per literas authorita. Quod dic, vt. j. de rescrip. cum aliquibus. li. vj. ¶ † Quæres quid si in talibus ecclesijs sit aliquis receptus authorita. Papę, & postea authori. eiusdē recipiatur alius maior in ordine, & vacat præbendā quā petit vterq; sibi assignari. Dicit Inn. hoc casu non habere locũ decretalē hāc. Nā iniustum esset, q per receptionem secundi primus perderet ius iam sibi acquisitũ. Sed dicit Host. hoc verum præbenda sibi assignata, vel adiudicata. Vbi verò de adiudicanda, vel assignanda agitur: dicit, q maior in ordine, quis posterior tempore, velut priuilegiatus, sit alteri præferendus. ar. C. qui po. in pign. hab. l. assiduis. &. s. de æta. & qua. c. quæris. Sed quicquid dicat Host. opin. Inn. verior est, & saluatur. Et de prærogatiua dignitatis expeditũ est, q propter illā posterior nō præfertur priori in præbendā dignitati nō annexa. j. de preb. quia sępe. li. vj. Et idem Collec. quia simplices clerici in obtinēdi gratijs à sede Aposto. etiā curata parificātur promotis de præb. si pro pauperibus. Et idē dicit notari per Archid. & Io. An. in. c. quia sæpe. Standũ enī dicit regulæ, qui prior tēpore donec eā constiterit vulneratā. de rescrip. tibi, qui. cũ ibi notatis per Ioā. An & in alijs pōt regula locũ habere remittit etiā ad collecta sua de præb. graue. Plus dicit, q si in eccle. sint officia per Epm conferenda, & Eps de primo vacaturo fecerit gratiā primo vni diacono, secũdo vni presbytero, adhuc stādũ est prædictæ literę: cũ ius hospitij possit cadere in diaconũ, sicut in presbyterũ. Et quod hic dicitur intelliget de his, quæ cōpetūt de iure cōi. Secus verò dicit in his, quæ gratiose cōcedũtur: vel quæ relinquũtur arbitrio disponēda, seu distribuenda. Et ad hoc vide. xvij. di. § fi. p lo. Nec obst. s. e. c. si fundo. quia loquit̄ cœteris paribus: aliàs secus: vt hic. s. de ęta. quæris & no. p Inn. in prædicto. c. sc. Im eũ. In receptis aūt ꝓprio motu capi. dicit Inn. hoc certũ esse, q licet recipiētibus pręferre quē volũt: tñ ꝓpter hāc decre. maiores in ordine præferre deberēt: nisi cōsuetudo haberet cōtrariũ. Tñ si etiā eligerēt extraneũ, teneret electio, quis in pœnā ipsorũ tenerētur illi interim ꝓuidere. j. de pb. dilect'. ¶ † Sed quid si recepti sicut autho. Papę ad pbēdas cũ se facultas obtulerit, videt aliud hic dicēdũ, q qñ sicut recepti ad primo vac. turas: quia posset dici, q tũc tātũ offerret se facultas, qñ nō essent aliqui maiores, qui essent minorib' præferēdi. Sed Inn. dicit idē, quia cũ primo sit ius quæsitũ, pri' facultas se offert primo in prima vacāte, & secũdo in secũda: & sic alijs. Et adde quæ si ri. de cōst. c. fi. & quæ no. in su. c. ti. hoc. Et § j. Sup gl. In gl. j. ibi: sed vtia. &c sequit: melioris actio cōprobat, &c. In gl. ij. ibi: Vulterrae. vbi de hoc. Et ibi: consuluit. vbi de hoc. & ibi. c. j. vbi de hoc. Et ibi: de hoc Apo. i. ad Cor. viij. vñ Cassiodor' Ethi. vij. nūqd est, vt ex vna substā. qb' cōpetit æqua successio, alij abũdanter affluant, alij paupertatis incommodis ingemiscant. ¶ Et ibi. alias ita. alias incipit, si ergo. Et ibi: cũ omnis. Adde quod ibi dixi. Et ibi: quā minoribus. ad hoc. s. de fi. pñby. proposuit. Et ibi: sed vt. etiā si alij alijs sint maiores. j. de cōsue. c. vlt. li. vj. Et in fi. Host. dicēs per hāc gl. destitutio tex. dicit decre. intelligē dā: vt dixi post eũ in te. In gl. vlti. ibi: obsequia etc. x. q. iij. c. a j. Et ibi: ad hac. vel cũ minor gerit locũ maioris. lxxxiij. dist. c. vlt.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Episcopus Archiepiscopum in sua dioecesi delinquentem, num excōmunicare possit? Et quid de Archiepi. suffraganeo. nu. 2.*

3 *Papa abs quopiam nū iudicari possit? Et si id quidem, cuius criminis occasione id fieri queat?*

4 *Archiepiscopus in dioecesi suffraganei aduersus statutum ipsius committens, &c. an excommunicationem ipso iure incurrat?*

5 *Episcopus extraneus si intra alicuius Archidia. metas delinquat, nū ab Archidiacono puniri possit?*

6 *Episcopus si quē cū eidē participantibus excōmunicans, num ipse participans cum eodem excōicationem incurrat? Et si sic, an se ipse absoluere possit? nu. 7.*

8 *Diaconus nū sacerdoti benedicere possit? quæ benedictionis forma?*

¶ *CAP. XVI.*

CVm inferior. C. si eccl. sita in Archidiac. in cathedralē erigitur à iurisdi. Archid. est exēpta. Et primo narrat factũ. Secundo prouidet Epo: ibi, mādam' quatenus. Tertio prouidet mādat Archidiacono ibi. *prouiso.*

¶ Expone literā, *potiorem.* i. maiorē alias exponit gl. s. c. proxi. ¶ *Regulariter.* hoc dicit quia hoc fallit in Archiepiscopo quo ad subditos suffraganeorũ: quorũ nō est superior de offi. or. pastoralis. secundũ Pet. & Abb. diceret Sed habētes per prius literas gratiæ, vel iustitiæ in hac dioece. quo ad illas includetur etiā hoc noua dioece. vt patet in extraua. Io. xxij. sedes Aposto. secũdũ Nouel. Hic enim loquitur de illis iurib. quæ impedirēt, vel absorberēt iura Episcopa. nouiter creata. & propter quæ sequeretur absurditas in alijs. Et per hoc solui posset, quid de illis, qui añ erectionē præscripserāt iurisdic. secũdũ Mar. de Salua. ¶ *Inhibere.* s. ne in Epm, vel ipsius eccle. iurisdictionē exerceat: vt si, pro quia: vt ibi, si deus est animus Vel proprie & melius. Nec enim hoc sequitur. Monasterium est in Archidiaconatu ergo subest Archidiacono. Lædit aūt si de speciali iure ibi iurisdictionē habebat. Facit de offic. Archid. c. fi. secũdũ Host. ¶ *V. deris.* hoc redigēdũ est ad arbitriũ boni viri. ff. pro socio. l. si societatē. § arbitrorũ. secũdũ Inno. ¶ *Praeiudicio.* s. graui. Simile. de consuet. cũ olim. in fin. Alias fortè de facto non posset hoc mādatum expedira. Sed Abb. dicit, q hoc poterit fieri dādo decimas in nullius parrochia constitutas. De decimis, qñ. vel super excrescentes canonicas facultates. de cōsti. cũ. Congruentem. sicut fuit factũ in simili casu de cōsti. cũ venissent. vt ibi patet in antiqua.

1 ¶ † PRIMO quæri. vt Eps possit excōicare Archiepisco, sui in sua dioece. delinquētē. Rñdet Inn. q nō. & q nec accusationē, nec actionē ciuilē hodie cōtra eũ, sed corā suo Patriarcha, vel corā Papa conueniēdus est. xxij. di. si cōmittitur. & c. si. xvj. q. j. frater. Et est rō: qa ita est ipse Archiepis. intra terminos iurisd. suæ. i. infra ꝓuinciā: sicut Epus infra dioecesim: vt notatur. s. de officio ordi. pastora. in princ. & dīn eum. Sed melior est ratio hic posita: quia erubescit lex filios esse castigatores parentũ. in auth. deniq; § sed q sanciuũ. in fi. vnde si pater sit furiosus filius petet aliũ curatorē sibi dari. C. de cura. furiosi. l. si pater. & i. ff. de curatore furiosi. l. ij. Gof. Et idē notat in. c. qs dubitat. xcvj. di. per q̄ rationem videtur q si idē Episcopus ex dispensatione teneret Epatum alterius prouinciæ: & ibi suus Metropolitanus delinqueret: tamen ipse Episcopus eum excōmunicare nō posset: quamuis aliqui contradicant. argumentũ pro eis. xvj. quæst. prima. cap. primo. de priuilegijs: cum capella. & capitulo ex tuarum ¶ Sed si bene attendas aliud est de his qui sunt pares, & non subsunt nisi ratione criminis, vel possessionis, vel contractus vt ibi,

& de priuilegijs, volētes.li.vj. Aliud de suffraganeo, qui Archiepiscopo suo quātum ad iurisdictionē ordinariam vniuersaliter est subiectus, secundū Innoc. Vnde foret absurdum: q suum superiorem immediatum iudicaret, vel condemnaret.

3 ¶ †Huic est, q Papa quātūcūq; delinquat, à nemine iudicatur, vel condemnatur: cum immediate sibi subsint omnis homines.ix.q.iij.aliorum. Excepto crimine hęresis.xl.di.si Papa. De quo remittit Host ad summā.de sen.exc.§ quis valeat excōmunicari ver.quid ergo si Metropolitan.& versibus, sequē. Et vide quod dicā.j.de rap.c.primo.& de hoc.iij.q.vj.ca.j. Et idem Collec. Nā illa naturalis ratio, q Episco.subditus est, &c.locum habet vbicunq;: quia sic Archiepiscopus ar.xj.q.iij.quā multos.secūdū Goff.hîc.vide Archi.iij.q.vj.in summa. Illud aūt certū est, q Epō deferri debet in eo actionibus inferendis.de offi.dele.c.sanè.ij.de offi.dele.quia pontificali.li.vj. Melius ergo secūdū Inn.debet iudicare Archiepiscopus suū suffraganeum, q suffraganeus ratione terminis suū Metropolitanū: saluo, q ex delegatione superioris bñ potest Episc. Archiepiscopū iudicare secūdū eum. Sed tunc debet in coactionibus ei deferre: vt prædictū est. ¶ Intende quia hoc verū per modum senten.& sic procedit istud.c.cū concor.hîc alle. Sic intellige opinionē Inn.& Host. Et in hoc concordāt Libertus & Bertrādus prouincialis & etiā Host.in Sū.de senten.excō.§ quid valet excōicari.versu.quid ergo si Metropolitanius.arg.j.de præben.graue.de sen.exc.a nobis.j. Et in auth.de defens.ciuit.§ non habēte.colla.iij.& etiā Henri.hîc.

4 ¶ †SECVNDO quæritur, vtrū Archiepiscopus committens infra diœc.suffraganei cōtra statutū Episcopi excōicatorū promul.ipso iure talē excōmunicationē incurrat: vt puta si statuto Episcopi caueatur q furtū cōmittens sit excōicatus ipso facto, & Archiepiscopus infra diœces.talis Episcopi suffraganei sui sic statuentis furtum cōmittat, nunquid est excōmunicatus vigore statuti: videtur q sic.ar.ff.ad Trebel.l.ille à quo.§ tēpestiuū.& l.seq. ¶ Itē illa regula, quæ habet, q inferior superiorē ligare non potest: fallit cū maior delinquit in territorio inferioris.C.vbi de crimine agi.opor.auth.quia in prouincia.&.vj.q.iij.placuit. Nec hoc casu ligatur sñiam hominis, sed iuris: cū Episcopus authoritate Aposto.generali habeat potestatē canonē faciendi, ex quo nulli excludūtur. vnde talis dicitur legari Pape Autho. Ad quod efficaciter facit.xj.q.iij.c.nemo contēnat.secūdū Archid.qui de hoc plenè notat.j.de constitu.c.vt animarū.li.vj. Vnde etiā hoc casu ipsemet Episcop⁹ statuēs, si cōmitteret factū perdictū statutū dānatū, sentē.excōicationis incurreret nec diceretur ligatus sua sentē.sed iuris.per notata.j.& de sñia ex rationa.§ porro super verbo fecerint.li.vj. Bene facit.ff.de in ius vo.l.& si hac lege.§.j.vbi faciens cōtra dictū suū seu constitutionē incidit in pœnā ipsius. ¶ Eandē opinionē tenent Hugu.& Bart. Brix.ij.q.vj.c.j. Allegant, quia incidit in factū dānatū.xxiij.q.j.c.j.&.ij.&.iij. Eandēq; opinio.tenere videntur Archidia.j.de consti.c.vt animarū.li.vj. Ad quæ iura tñ rñdet Io.an.j.de regu.iur.c.licet. In Nouel.li.vj. Dicens, q loquuntur de facto dānato per ius cōe, sicut de hęresi. Et sic non probāt nō subditū ligari facto damnato, per singularē statutum. Alleg. etiam.ff.de off.præsi.l.iij.quæ dicit, q preses prouinciæ debet eam purgare malis hominibus. Nec distinguit, vnde sint. Sed lex illa licet excludat distinctionem loci, non tamē excludit distinctionē idētitatis, vel præsidentiæ. ¶ Idem tenent Pe.de bella pertica, & Cyn.de Episcopo ipso statuente, videlicet q ligetur.C.de sac.ec.auth.q quibuscunq;.quia statuendo geritur personam public.& delinquēdo priuatā. Et hęc ratio cōcludit idem in Archiepiscopo. Allegant.ff.de pact.l.cum in eo esset de administra.tu.l.cum hæreditatis. Nam in generali sermōe persona loquentis includitur. Ad idem.C.de administra.tu.l.cum ipse.vbi idem tenet. Sed contrariam partem tenent Laur.& Ioā.ij q.vj.c.j.allegato.s.q non ligetur.quia est ordinarius prouinciæ.ix.q.iij.c.ij. Et hæc ratio cōcludit idē & fortius in episcopo. Idem tenent in Archiepiscopo. Ber. cau.prouincialis, per decretalem graue.de præben.&.c.à nobis de sen.exc.& in auth.de defens.ciui.§ non habente.alleg. Hosti.etiam in sum.de senten.exc.§ quis valeat excōmunicari.versu.quid si Metropolitanus.dicit certo certius tenēdum, q superiorem non ligat: sicut nec proferentem. Idē frater Ioan.in summa confessorū.de sen.exc.qōe.lix.quid si Metropo.& Odo.de Senonis.ti.de præcario.§ item pone clericus. Et idem Nouel.hic & in.c.alleg.cui licet. Dicēs ibi, q cū statutum Episcopi totum pendeat a potestate Episcopi, ita q illud tollere potest.xij.q.j.certè. Et hoc nullus negat. Et licet alias dicatur ius late, tamen est ius Episcopi: vt ex denominatione patet. Ergo nec ipsum, nec superiorem ligare poterit coram quo etiam sine ipsius iussu, nō posset benedicere.xcij.di.deniq;. Et respondet ad prid.c.nemo contēnat.per quod Archid.fundat se.d.q.si.simpliciter recipiatur, vt ibi dicitur: triplex sequitur absurditas. Prima, quia cum etiam authori.Papæ, vel canonis, Episcopus ferat senten.non per modum statuti, & per ipsam ligabitur: quod ipse & omnes negant. Secunda est, quia illa ratio contraria concludit Papā ligari suo canōe, quasi ligetur Christo, cuius; authoritate facit canonē: vt in prin.c.nemo. Et hoc est falsum: vt no.xciij.di.si inimicus.de sen.excō.c.nulli. ¶ Tertia est, quia ex illo sequeretur omnem prælatū omnis subditos ligare posse: cū omnes sint subditi Christo & Papæ, cuius authori.ligat.cōtra c.vtaiuri.&.c.à nobis alleg. Ponderetur ergo tex.illius cap.qui sic tacet nemo contēnit ecclesiastica.præsupponit ergo quē vinculatum.modo quis nō subditū vinculare non potest probatum est. Sequitur, nō enī homo est, qui ligat: sed Christus qui hic potestatem dedit. Fatetur ergo q subditus vinculatus a prælato, vinculatus dicitur claue iurisdictionis à Christo, qui clauium potestatem illi dedit. Matthæ.xvj.& Io.vltimo. Virtutem ergo vinculi exprimit & fortificat ille can.sed fortitudinem vinculandi non ampliat. Et sic patet, q nil facit secūdū eum ibi, vbi de hoc plenissimè tractat. Et idē tenet.j.de rap.c.j.& in prin.c.Roma.§ caueant. Pro qua opiniōe facit quod no.Host.& Nouel.j.de app.dilectus.in prin dicentis, q nulla cōsuetudo valeret, vel dare posset, q inferior imperaret superiori suo: vel in eū animaduerteret. Cum quibus satis concordat Archid.in princ.c.inferior.quia talis consuetudo esset irrationabilis.argumen.hîc & ibi, &.lxxxix.di.si quis dubitet.& omnino reprobanda.s.de consuet.cum inter.&.c.vltimo. Dicam si aliud occurrat, in princ.c.vt animarum.& in prædicto.cap.cui licet. Inducere Collec.lecta & notata de iureiurando petitio.& de legib.l.digna vox.attento, q statutū habet vim legis.& infra redibo ad eum.

¶ Collect.autem circa hanc materiam dicit, quòd licet de sententia, quæ habet per statutum Episcopi statuētem, & Metropolitanum eius superiorem non ligari: sit satis æqua & probabilis.per notata Innocen.hîc & Bernardi.j.de rap.c.primo & Ioann.iij.quæstio.sexta.c.primo.&.lxxxxij.dist.si qui. Tamen communiter tenetur cum Archidiacono et, quòd statuta huiusmodi habent vim legis.xj.distin.de his. Et sic legantur à lege.iiij.distin.in istis.vbi executio non est hominis, sed reseruatur ordinationi legis secunda quęstio.ij.c.infamis.§ notandum. Lex autem, nec potest statuens aliter facere, secundum Archid.de elect.licet canon. Videtur clarè probari de senten.excommu.cum desyderes.j.respons.vbi Episcopus participans cum excommunicato minorem incurrit. Et loquitur de excommunicatione per eum lata quia agit de absolutione per eum fienda. Postea restant aliqua dicta Nouellę in regula cui licet. Posteà concurrit in opinione cum Innocen.& Henrico de excommunicatione lata in modum sententiæ: licet Bernar.j.de rap.capit.primo & Ioan.& Archidiaco.tertia quæst.vj.videatur contra. Secus tamen si ex participatione in crimine incurreretur talis sententia, quia tunc ligarentur ibi authoritate canonis.de senten.excommu.nuper.&.c.si concubinæ. maximè si excommunicatio non ferebatur ex intentione, nisi contra personā: quia tūc nō pōt ligari participās nisi autho.canonis. Et probat clarè in præcu.c.cū desyderes scdm Card.& Arch.de sen.ex.c.statuim⁹.li.

vj.Et

vj. Et Host. in sum. de sen. exc. § quæ pœna. ver. sed qd si quis Episcopus. & sequen. Sed aliud est de excõicatione incurrenda ex senté. lata in genere: quia tűc. bñ dicit Nouel. iij. c. cui licet: quicquid Pe. & Cy. in cõtrariũ notauerint, propter duarũ personarum representationẽ. C. de sac. sanc. ecc. auth. quibuscunq;. & C. de contrahen. emp. l. cum ipse. quia Iudex. & vt homo excommunicat, & vt homo delinquit. Et etiam tollitur eorum ratio per. cap. fin. j. de insti. cum similibus, secundum eum. ¶ Lignanus vero subtilizare volens, distinguendo dicit se velle ponderare, quòd aliquando Archiepiscopus delinquit in territorio suffraganei, vt Archiepiscopus: aliqñ vt priuatus. Et idem de Episcopo in sua diœce delinquente. Pone ergo, quòd Episcopus statuit, ne quis tali die celebret. Et tunc si Archiepiscopus celebret, vt Archiepiscopus, nõ legatur. Secus si vt simplex sacerdos celebraret. Et idem de Episcopo. Et idem de statuto furti non cõmittendi distinguendo an vt Archiepiscopus authoritate publica vi abstulerit. An vt priuatus furtim sustulerit inducit notata de app. à col. latiõe. li. vj. & de offi. or. irrefragabili. § cœterum. & de cõce. præ. c. postulastis. Sed fatetur, ꝙ illi casus poni possunt: remittens finaliter ad notata sua in tractatu de ecclesiastica censura. Sed prædicta subtilitas modicum valet: quia nec etiam, vt aliter, quis de se disponit: vt prædicto. c. fi. de insti. maximè se disponit: vt prædicto. c. fi. de insti. maximè se directe ligãdo. ff. de leg. iij. l. si quis. in principio.

5 ¶ † TERTIO quæritur, quid si Episcopus extraneus delinquat infra metas alicuius Archidiaconi: nunquid ab Archidiacono poterit puniri: quidam dicũt ꝙ non: quia nec in monasteria sui Archidiaconatus iurisdictionem exercet: nisi hoc habeat de alia cõsuetudine de off. Archi. c. fina. ¶ Item in hoc videretur defferendum episcopali dignitati per hoc capitulũ. &. j. de sen. exc. quia periculosom. li. vj. Alij dicunt cõtrariũ quod videtur sequi Inn. quia ꝗuis Archidiaconus, nec in Episcopos nec etiã in Abbates sui Archidiaconatus iurisdictioné ordinariã exerceat: vt est dictũ. Tamé ratiõe delicti sortiuntur forũ suũ nõ obstan. priuile. vel dignitate: quia hoc est regulare. vj. q. iij. placuit. c. vbi de crimine agi oporteat. auth. quia in prouincia. j. de rap. c. j. ¶ Prima opinio placet Host. Nec obstat secũdũ eum proximè dictũ: quia licet sit regulare, fallit tñ ob reuerentiã Episcopalis dignitati quæ ab inferioribus non est iudicanda: vt hic. ar. prædicti rapit. quia periculosum. Nouella aũt dicit. ꝙ licet dictũ Goff. sit æquius: Tñ Inn. videtur verius, ex quo Archi. habet ptãté coercendi & puniẽdi infra certos limites. ar. eorũ, quæ scripsi. j. de foro cõpe. cum contingat. & c. seq. Alias nec Episco. ipsum puniet: quia sicut minor maiorẽ: ita & par parẽ iudicare prohibetur. Et credo ꝙ bene dicat nec obstat hæc. decretalis quia hic per erectioné Episcopatus territoriũ Archidiaconatꝰ efficitur de iurisdictione Episcopi. ¶ Nec obstat capitulũ: quia periculosum, quia ponit casum specialẽ ab istis terminis valde separatum.

6 ¶ † QVARTO quæritur quid si Eps aliquẽ excõ. cum suis participantibus: nũquid ipse participãs erit excõmunicatus. Videtur ꝙ nõ: quia non ab alio, ꝗ à se videretur excõmu. Refert tñ Collec. Inn. tenere cõtrariũ. de sen. exc. quod indubijs. & Host. in sum. de sen. exc. § quæ sit pœna. ver. sed pone. & Card. de sen. exc. statuimus. Refert tamẽ Ber. & Archid. in prædicto. c. statuimus. & Goffr. in summa cõtrariũ tenuisse. Ad saluãdũ ergo. opi. dicit, ꝙ vbi quis excõicatur cũ suis participantibus: participãtes etiã in nõ dãnatis criminibus sunt excõicat: quia alias verba hic de nullo operarẽtur. Et sic si factũ à iure dãnatur per Iudicẽ, excõicationẽ duplicẽ incurrit participãs, vnam ab homine, quã non incurrit ipse statuens: aliã à canone, quã ille incurrit. Vide Host. in. c. quod indubijs & in prædicto § quæ sit pœna. circa prin. Extra verò crimen, participãs solũ minorẽ incurrit: vt prædicto. c. statuimus. & j. de cle. exc. mi. si celebrat. Refert tñ alios dicere in casu proposito quãnis, ꝙ soli hoĩs incurrit sñiam, quæ legis prouisionẽ excludit. C. de pact. cõuẽ. l. fi. Et sic dicũt opi. Inn. indistinctè etiã verã. Sed illi respõdent hîc nõ tolli prouisionẽ legis: quia prouisio hominis venit ad confirmationem eius. ar. de corpo. vitiatis. c. significauit. Ex vna enim cã pôt quis pluribus sentẽ. ligari. ar. eorũ quæ leg. & no. de off. ordina ex parte. Et hoc tutius fortè secundũ eũ. Cuius vide collecta de testamentis, cum in officijs.

7 ¶ † QVINTO quæri. nũquid Eps, qui occasione suę sententiæ sic ligatus se ipsum pôt absoluere. Pet. & Cyn. vbi. s. tenẽt, ꝙ sic propter representationẽ duarũ perso. Fatent tñ tutiꝰ esse ꝙ à superiore petat absolui. Imò hoc verius secũdũ Collecta. quia nullus se ipso maior & minor est: vt no. in. c. qd in dubijs. Et quia sicut nec Iudiciale, sic nec pœnitẽtiale iudiciũ si-

8 ne Iudice & parte etiã pôt. de ver. signi. forus. ¶ † Dicit etiã Collec. hîc de bñdictione, occasiõe notatorũ dicit ꝙ Diaconus nõ bñ dicit Sacerdoti, sed sacerdos sacerdoti bñ dicit, etiã ꝙ in princ. dicitur: Iube dñe quia petitur ab hoĩe. Et in fi. Tu aũt dñe: quia petitur à Deo, secũdũ Archi. xxj. distin. deniq;. ¶ Supple glo. ¶ In gl. j. ibi: *est receptum*. Ratio quia se subijciẽdo factus est minor, vt ibi. Et in prædic. § tẽpestiuũ. Nec est exceptio in hæreticis: quia per crimẽ factus est minor. Nec in delegato, quia maior est eo. de off. deleg. sanè. ij. Et ibi: *absoluere*. ad idẽ de sent. exc. tua. Sed vtrobiq; tẽpore quo excõicat absoluere pôt, si aliud nõ sequatur. vñ melius facit de præ. graue. ¶ Et ibi: *pœnitẽs*. nõ facit hoc. ex offi. vel dic, vt ibi not. de off. Iud. ord. pastoralis. in gl. quo casu. in fi. ¶ Sed ista reg. bñ fallit in legato de latere, qui extra prouinciã absoluit, & excõicare nõ posset. de hoc. s. de off. deleg. nouit. & c. penul. Et in fi. de hoc. xxj. di. inferior. & xxvij. q. j. si homo esses. In gl. ij. ibi: *maiori*. nõ erat ibi maior administratiõe: cũ iam illi renunciasset. ¶ Itẽ beneficiatus erat sub illo Epo. Et sic de suo foro j. de foro cõpe. postulasti. ¶ In gl. iij. ibi: *prohibemus*. ibi non dicitur, ꝙ de nouo cathedra erigatur. Nec hîc, ꝙ duo capita sint in eodẽ tẽpore. Nã erecta cathedra formatũ est nouũ corpus, cui pręest iste Eps, secũdũ Host. ¶ In gl. penul. ibi: *exemptus*. nõ exemit, Imo denũciauit exẽptũ. ¶ Et in fi. Imo si iste Archi. remanet. j. hãc diœcesim: nisi exẽptionis priuilegio defendatur, subditus erit huius Epi. x. q. j. regẽda. & c. se. de off. or. cõquerẽte. j. de reli. do. c. de Xenodoch. vij. q. vj. oẽs basilicæ. s. de cõsue. cũ dilectus. secũdũ Inno. & Host. ¶ Itẽ argumẽto huius capi. & pluriũ hic allegatorũ dicit Vinc. ꝙ de pœnitẽtia iniuncta per Epm nõ pôt sacerdos remittere, sed bene econtra. ¶ Idẽ Spe. ti. de pœ. ver. fi. & Archi. de pe. c. fi. li. vi. ¶ Itẽ per istud capi. & per. c. inferior. xxj. di. & xxiij. di. nulla. & lxxxxvj. di. quis dubitet. & lxxxix. di. ad hæc. dicit Archidiaconus in prædicto. c. inferior. ꝙ nõ pôt introduci per cõsuetudinẽ, ꝙ minor habeat iurisdictionẽ, vel imperium in maiorẽ: quia esset irrationabilis. Et idẽ notãt Host. & Nouella. j. de app. dilectis. ¶ Item propter no. hîc per glo. Si quęratur, vtrũ illo, cui Papa mandat, ꝙ excõicet aliquẽ, possit ipse sic excõicatũ absoluere? distinguere potes, quia aut mãdat cognitionẽ & decisionẽ alicuius causæ. & virtute huius mãdati alterũ partiũ excõicat: & tũc ꝗdiu durabit eius iurisdic. poterit absoluere: vt. s. de rescrip. olim ex literis. & s. de off. deleg. quærẽti. secũdũ. Io. xxj. di. inferior. & xxvij. q. j. si homo esses. & vij. q. prima peruenit in gloss. fi. vbi idem Archidia. ¶ Aut mandat sibi, vt mero executori, vel vt ad illum solum Archidiaconum deputato: & tunc non poterit eum absoluere: quia functus est officio suo supra de offic. deleg. ex literis. & c. quoniã. & j. de verborum signification. cap. fi. secũdũ. Io. & Archi. in. c. peruenit. & c. si homo. allegatis. Fallit in casu, vbi Papa specialiter absolutionem sibi committeret: vt. s. de off. deleg. c. quoniã. in fin. secũdũ hug. in. c. peruenit. & Io. in. c. cũ homo. Et ita intellige. gl. hic, secũdũ Host. de sen. exc. § quis possit ab hac senten. sub § sed quid si Papa.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Humilitatem sequendam. Et multiplicem humilitatem esse.*

2 *Negocijs & tractatibus prouinciæ per tractandis, deberi vocari omnes quorum interesse possit, & quibus præiudicium parari posset & nume. 7.*

3 *Papa prouisione consentientibus præiudicare, etiam si illam ignorēt.*
4 *Prouinciæ appellatione, quid contineatur?*
5 *Papæ prouisionem à venientibus ex transuerso impediri posse.*
6 *Prælati ab alijs quod citationem & comparitionem, qualiter differunt.*
7 *Reum in iudicio dominum nominare posse. Et quandoq; quis actorem & reū, si modo eius intersit, litigare prohibere potest.*
8 *Prælatus an solus ecclesiæ causas tractare possit?*

¶ CAP. XVII.

HVmilis. ¶ Cas. Cópositioné super iure primatię vnus solus, cuius interest, poterit impedire. Et duo facit. quia primò mandat cópositioné publicari, si prælati consentirét. ¶ Secūdò dissentientes mandat citari & publicationem non fieri de eodé facto. de dila. c. fin. & de dolo. & cōtu. c. fin. Secūda ibi: *Si quis verò.*

¶ Expone literā, *Prælatorum*. i. Episcoporū. per id qđ sequitur de capitulis ecclesiarū cathed. secundū Inn. ¶ Vel dic prælatorū omniū ordinariā iurisdictioné habētiū. de quibus. s. de off. ord. cū ab ecclesiarū. cū omniū illorū intersit ius, per quod compositioni resistunt.

¶ NOTA primò in verbo, *humilis.* qualiter humilitas sequéda & approbanda est. de quo hic per Bernardū in gloss. j. Vnde si quæris vtrū hæc humilitas est sequēda & approbanda. Dic, ꝙ quædā est humilitas residens in corde. & illa est sequēda & approbāda. Vnde dñs Matthæi. xix. c. Discite à me, qa mitis sum. & humilis corde. Modo oīs Christi actio nostra est instructio. j. q. j. Christ' qđ fecit. ij. q. j. De' omnipotēs. Et in psalmo. xxiiij. Vide humilitaté meā & laboré meū, & dimitte vniuersa delicta mea. Et in psalmo. xxxiiij. Humiliabā in ieiunio animarū, humiliatus sum vsquequaq;, domine iudica me secūdū verbū tuū. ¶ Ité, beati mites &c. Quædam est humilitas exterior: & tūc aut dat, seu dare pōt verisimiliter proximo occasioné delinquédi: vt qñ Prælatus est nimis humilis erga subditos, per quod regédi frangitur authoritas. lxxxxvj. di. qñ necessitas. Vel qñ quis propter suam humilitaté nimiam sperneretur. & illa nō est sequéda: vt ibi legitur & not. ¶ Aut nō: & tunc aut humilitas est vera nō ficta: & talis est approbāda, vt hîc, &. xlvj. di. habet. de quo ibi per Archi. glo. ij. & iij. ¶ Vnde beatus Bernard. dicit virtutis primum opus est doceri, vel quæri, vel haberi pōt, Aut est ficta: vt cū aliquis de se minora fingit: & tūc dicit frater Asten. li. ij. tit. de iactātia. ꝙ hoc dupliciter cōtingere pōt. ¶ Vno mō salua veritate, dū. s. maiora, quę sentit in se tacet. & quædā minora detegit. quæ tamen in se esse cognoscit. Et hoc non est Ironia. Nec est peccatū secundū genus suū: nisi per correctioné. ¶ Alio modo declinādo à veritate: vt cū de se asserit aliquid vile, quod de se nō cognoscit. ¶ Aut eū negat de se magnum aliquid, tñ quod in se percipit. Et sic est ironia. & est semper peccatū. ¶ Vnde Gregorius: incautè se humiliat, qui mentiendo se illaqueat. vnde hæc est falsa humilitas, de qua dicit Augustinus in quadā Epistola, ꝙ est magna supbia. Et ꝙ sit maius peccatū, q̃ iactātia respōdet Asten. ibi: quia vtroq; modo mētitur videlicet & verbis & factis, all. quibuscunq; exterioribus signis circa idé, scilicet circa cōdictionem personæ.

¶ Vnde ratione materiæ siue obiecti, circa quod sunt æqualia. Sed vt plurimū iactantia procedit ex turpiori motiuo, scilicet ex appetitu lucri, vel honoris. Ironia verò ex hoc contingit, licet inordinatè propter primū, quod est grauius. & secundū hoc, vt dicitur. iiij. Ethicorū, ꝙ iactantia est peccatum grauī' Ironia. ¶ Cōtingit tamé qñq; hoc, ꝙ minora de se fingat ex alio motiuo: puta, vt decipiat. & tunc Ironia est grauior. Et sic dicitur eccle. xix. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. ¶ Et nota, ꝙ glo. Matth. vltimo, dicit quòd perfecta humilitas habet tres gradus: subijcere se maiori, & non præferre se æquali: & nolle præferri minori. qui est abūdās. ¶ Tertius est subesse minori, qui est perfectus & adde omnino quæ scripsi. j. de priui. c. j. in qōe. ij

¶ SECVNDO nota qualiter in negocijs & tractatibus omnes quorum interest, & quibus præiudicari potest, vocandi sunt. Quod procedit regulariter vbi de negocijs singularium ageretur: vt. ff. de serui. rusti. prædi. l. fi. &. C. de authoritate præstanda. l. fi. &. s. de offi. c. ad hæc. ¶ Secus enim si ageretur de negocijs vniuersitatum: quia tunc non vocarentur omnes singulariter: sed sufficeret vocari maiores rectores vniuersitatis, C. de iura. calum. l. ij. § sin autem. &. ff. de condi. & demon. l. municip. secundum Inno. & Nouel. Quod intellige, vt scripsi. s. de consti. cum omnis. Istud tamen est notandum secundum Hosti. quòd quis agitur de negocijs vniuersæ prouinciæ hi tamen non mandantur citari vt vniuersitas: alias non essent citādi personaliter: vt infra sequitur. Imo per vnum syndicum se defendere possent: vt infra de syndico. c. vno. secundum eum. quia licet sub vno Metropolitano sint, tamen vniuersitaté nō cōstituūt, quę syndicatū facere posit.

3 ¶ † TERTIO Nota, ꝙ prouisio Papæ præiudicat in ipsā consentientibus, licet prouisionem ignorent. Et idem de cōpositione, vel transactione dicēdum videretur. Sed circa hoc sic distingue: quia aut compositio fit extra iudicium, & nullo mediante. & is, qui consentit in nullo certificatur. & tunc non præiudicat consentienti, & tenorem ipsius ignorāti. Sic loquūtur de pactis. l. fratres. de transact. l. cum Aquilianæ in fin. Aut fit aliquo mediante: puta, quia in Iudicem, vel alium compromittitur, taliter quòd de alto & basso, sicut vtuntur gallici in vulgari suo, posit facere & dicere quicquid voluerit. hoc est ius vnius partis per in totum, vel in partem dare alteri: & tunc non potest de coetero aliqua partium ignorātiā allegare: quia ex vi pacti vtraq; se excludit. ergo de sequitur. Ad hoc. ff. de mino. l. cum mādato. ff. de arbi. diē proferre. § stari. si agrimēsor falsū modū. di. l. j. § hæc actio. verū. proinde. de insti. l. sed & si quis § fin. &. C. de acqui. poss. l. fi. versu, sin autem. idem si compositio scripta & clausa & signata partibus ostendatur, & partes eidem consentiant siue pro ipsis, siue contra ipsas sit. Imputare eum sibi possunt, si ipsam non faciant aperiri. Poterant. ij. dicere iuxta vulgare: Se non velle emere catum, vel murilegum in sacco. iuxta vulgare, vt probatur euidenter hîc. &. ff. deposi. l. j. § sic ista. vers. quid ergo si ignorauerit. de transac. l. nō est ferēdus. & de ac. emp. & vendi. l. tenetur. primo rñs. de auro & argen. lega. l. Quintus mutius. in fin. &. l. & si non sint § perueniamus. & l. fina. § mulieri. Et hoc ideò promittitur, quia boni Iudicis est lites dirimere. ff. sicut. pe. l. quidam estimauerunt. j. de dolo & contuma. finem. Et vide ipsum Hosti. in sum. de renū. § quæ possunt. versu vnū aūt. & versu quid ergo. Hæc disti. pōt colligi ex dictis Host. hic. cū quo satis cōcor. Io. an. Sed quo ad intellectū huius decre. ipse Io. dicit, ꝙ pōderat verbū in text. solēniter. & putat, ꝙ hæc mēs sit literæ, ꝙ isti quibus scribitur exhibebūt formā cōpositionis istius, quorū cōsensus requiritur. & si cōsenserūt, fiet solēnis publicatio, per quā deinceps seruari videbit, & post snīa tenebit. Si dissentiūt, fiet quod sequitur.

4 ¶ † QVARTO nota in verbo, *prouinciæ.* ꝙ appellatione prouincię eccle. Metropolitana cōtinetur. Nec em̄ cap. Burdegalen. omitti potuisset: cū negociū principaliter ipsum tangat, & faciat quod de capitulo Burdegalen. statim sequi. & de hoc. s. de vsupal. c. j. &. j. de præb. c. quāuis. li. vj. Ité fuit cōsensus capit. Bituricen. necessarius ex pte altera: vt hîc dici: ꝙ negociū erat arduū scdm Vin. vel qa forsā in cōpositiōe erit aliqui arti. capitu. tāgētes, secūdū Host. Et no. etiā per hāc literā, ꝙ in arduis negocijs prouincię requirūtur, nō solū Episc. vt dicūt antiqui canones. ix. q. iij. c. ij. &. iij. & per totū. &. j. de præb. graue. vbi de hoc. Imo etiā & alij prælati & capitula vt hîc patet. &. j. de his quę fi. à Præla. c. fin.

5 ¶ † QVINTO no. ibi: *supersedentes.* veniētes ex trāsuerso retardare, puisioné Papæ sicut & executioné snīæ: vt in glo. aūt veniētes ex trāsuerso semp sicut remittēdi ad Iudicē q cognoscat inter alios: & vide qđ dixi de rñs. mādatū. i fi. Et interim differt execu. ff. de libera cā. l. si pariter. j. de re iud. de coeterò. Et hoc verū scdm Inn. qñ lis coepta tāgit, p pte de nouo venientes. Sec' si nō tāgeret: vt si veniret ali' Archie. & de nouo peteret iura primatię. Is em̄ non esset remittēdus secundum eum.

¶ Sexto

6 ¶ † SEXTO nota, ibi: *si prelati.* diuersitate inter prelatos & alios: quia si prelati sunt citātur, vt personaliter cōpareāt. Sed de alijs sufficit ꝙ cōpareant per procuratorē, ex quo resultat argu. ꝙ si capitulū impetrat, nō habet necesse probare mandatū secundū Iacobum. Ac si dicat: cū capitulum non teneatur ire semper per procuratorē presumitur impetrare. Secus in prelato. Et secundū hoc intelligebat de rescrip. nōnulli. §. cum autē. Sed dicit Hosti. ꝙ nec primū sequitur nec secūdū. Imò pro prelato maior est presumptio. j. de cri. fal. c. iiij. ver. si verò. Et ꝙ hic dicitur de prelatis, fit ad terrorē: vt s. timentes labores & expen. ad cōsentiēdum facilius inclinent. vnde cōminatur de expen. in fi. Est etiam ratio. quia prelatis habitis, alij facilius domantur, secundum Hosti. Capitula verò per procuratorem veniunt, quod est propriū collegiorum. Et quia si venirēt, fraudārentur eccle. obsequio debito: quod vitandum est, secundum eum. Facit de elec. cupien. §. cęterum. ver. io fi. li. vj. & j. de cleri. non resi. c. penultimo. ¶ Septimò nota super ver. in expensis qualiter latis patet hic quòd Papę placebat cōpositio. & ꝙ curialiter se habuit hic, nolēs vti plenitudine potestatis, sicut neq; debet sine magna causa. Et ideo in dubio nō presumitur, quòd hoc velit: vt notat Inno. s. de elec. innotuit. in fi. ¶ Sed subdit Nouel. quòd hodie de facili Romani pontifices, nō sic facerent. Et ideò sicut Deo placuit minus, quā tunc: quia nuoc, quia si indifferēter sine cōsensu, imo sine cōsilio illorum ad quos regimina ecclesiarum pertinent de eccle. & earū iuribus, & iurisdictio. sicut de proprio patrimonio quasi pro libito volūtatis disponunt. ¶ Notat etiam Collect. hic dari modum citandi, vbi agitur de facto prouincię. Ex quo videtur secundum eum, quòd si ageretur de facto vnius diœce. viderent ecclesiarum rationes vocari, sicut in facto prouincię vocantur, non solū Episcopi, sed etiam alij prelati, secūdùm Inno. ¶ Item in verbo. *voluerit.* Subaudi & iustam causam contradictionis allegandi, allegauerint. Induco per hoc. j. de his quę fi. à ma. par. cap. c. primo. Sed postea dicit, ꝙ cū agatur de compositiōe, quę voluntatis est, quilibet potest contradicere etiā sine causa: sed postea examinabitur coram Papa. vnde & cōtradictores mandat citari, secundū Inno. Sed Hosti. dicit, quòd ideò non cogūtur consentire: quia ignorant quid contineatur in compositione: vt dixi supra. ¶ Preterea dicit quod speciale est in Papa, videlicet mandare, quòd citati personaliter cōpareat: quia aliud non posset in auth. de sanctissimis Episcopis §. nullum vero iudicem. Remittit ad Host. de sen. excōi §. fi. Et ego remitto ad lecta & notata per me de Iudi. c. j. li. vj. ¶ Item super verbo, presentium. remittit ad collecta, sua de elec. cum nobis. & de sortileg. c. fi. in fi. ¶ Opponit primò quia cū inter duas ecclesias agitur ecclesię ipse vocari & audiri debent. Igitur sicut vocari mandantur oēs prelati prouincię Burdegalen. & oīa capitula ecclesiarū cathedraliū eiusdē ita debuisset fieri de Bituricen. Quare ergo nō mādatur citari, nisi cap. Bituricēse. Respondet Ino. Burdegalen magis interest propter visitationē & procurationē primatus, quā tenerētur soluere vltra cōsueta. j. de prescr. cum ex offi. Bituricen. verò etiā cessante cōpositione prelato suo ad procurationes tenebat. Ideò aūt requirit. c. Bituricen. quia in magnis & arduis negocijs requirenda sunt. j. de hoc, qui fi. à prela. c. ad hęc nō oēs requirūtur, quos res tangit de prouincia Burdegalen. licet videtur contra. lxvj. di. c. j. & de accu. l. fi. quia in rebus & negotijs vniuersitatē, sufficit requiri rectores, vel idoneiorē partē: in rebus singulariū personarū singulariter sint vocandi: vt scripsi supra. Et hęc est ratio: quare sufficit vocari presentes. & nō est necesse vocari absentes. Nā aliàs cōtra eos nō licet procedi, nisi spāliter vocarentur, scilicet si cōtra eos singulariter & nō nomine vniuersitatis ageretur secundum Inno. de quo etiam scrip. s. s.

7 ¶ † SECVNDO opponit: quia negocijs prouincię expe[illegible] soli Epi. videntur vocandi secundū quod dicūt antiqui canones. vij. q. j. [illegible] & per totum. & j. de presb. graue. vbi de hoc no. Respondet Inno. ꝙ quāuis hoc dicant antiqui canones: tamē quādo negocia prouincię ardua sunt nō solū Episcopi imo etiā & alij prelati. quinimo & capitula forte requiri & vocari debent. & spāliter notat Inno. hoc fieri debere etiā per Papā, dū agitur de prouisione per eū fiēda. Quādo enī aliquis aliquid facit ex officio suo, etiā si in modū actionis officiū imploretur. & maximè in compositione requiri debent omnes, quos res tangit: vt. ff. de adop. l. nō ita. & ff. de mino. l. in causę §. causa. & C. de edi. Diui Adri. tol. l. fi. & C. si. vt ab hęredita. se absti. l. j. & auth. si omnes ibi signata. & ff. de re iudi. l. de vno quoq;. Sed si non vocentur nihilo minus tenet quod factū est, Sed absentibus nō preiudicat: vt ff. de mino. l. etiam si §. ignorari. & ff. de magistratibus conueniendis. l. j. primo responso secundum Inno. ¶ Refert tamē alios dicere. ar. eiusdem legis, etiā ꝙ non tenēt quod factū est Subditq; posse dici non tenere sententiam latā, nisi per edictū solenniter euocentur: vt. ff. quę sententię sine appella. rescin. l. j. §. cum edicto. Verum ipse Inno. ad hoc respondens, dicit ꝙ imo bene tenet sentētia, etiā si non vocētur solētutate dicit tamē, quod nō preiudicat his, qui vocati nō fuerint. vel si nō adfuerunt edictū, aut aliàs non sicut io culpa: vt. j. qui ma. accus. po. c. cū in ma. ¶ Sed pone, ꝙ nō imploratur iudicis officium, sed proponitur per actorem contraria propositio contra reum. nunquid tunc tenetur Iudex illos, quorum interest, de quibus non fit mentio in libello actoris, vocare. ¶ Respondet Inn. dicens, ꝙ non Dicit enim ꝙ tunc non tenetur Iudex alium euocare: nisi de alio fieret intētio in libello. & tali modo, ꝙ ipsum absentem, vel ratione proprietatis, vel ratione possessionis, vel alio modo constaret causam cō-

8 tradictionis habere: vt. s. ca. inter quatuor. ¶ † Subdit tñ, ꝙ reus potest nominare dominum in iudicio: vt. C. vbi in rem actio. l. ij. & j. vt lite nō contest. c. qm frequēter. § penul. & fi. ¶ Plus dicit, ꝙ etiā qñq; ille, cuius interest, pōt prohibere actorem, & etiā aliqñ reū litigare, scilicet qñ primo loco ad eum pertinet defensio: vt. ff. de re iudi. l. sæpe. & j. de re iud. c. quāuis. ¶ Sed si nominetur in iudicio, nec ipse se offerat, Iudex nō tenetur eū cōuocare, cuius interest: quia in præiudicio casu, scilicet quando sciuit, & potuit prouidere, præiudicatur ei, propter culpā suā. seu negligētiā: vt. l. sæpe, & c. quāuis alle. ¶ Si aūt nesciuit, sibi non imputatur, neq; præiudicat. ¶ Sed ille, qui se liti obtulit, cum non deberet, vel non possideret tenetur ad æstimationes: vt. ff. de rei. ven. l. si is, qui se obtulit. & duabus legibus sequētibus. secūdū Inn. Allegat Hostiē. de iudi. l. uij. j. miso. ¶ Et vide quæ scripsi. s. ca. inter quatuor. & j. de excep. c. dilecti filij. in tribus qōnibus. & etiā in. xiij. & v. opposi. & omnino prædictas tres quæstiones vt iunge.

9 ¶ † TERTIO opp. quia, Imo prælatus regulariter maximè, vbi administrationes nō sicut diuersæ, vel etiā si diuisæ sicut, vbi capi. propriū administratorē nō habet, solus tractat causas eccle. suæ: vt. s. de rescri. c. edoceri. Ergo maledicit iste tex. capi. Bituricen. necessario hic vocari. ¶ Sol. hic olquitur, dū in modū cōpositiones ex nūciū per prælatū agitur: ibi verò dum cā eccle. per prælatū in iudicio pertractatur quia ibi propter solennitatē iudiciariā maior examinatio adhibetur. ¶ Et quicquid alij dicant, dicas ꝙ licet bñ expediat, ꝙ prælatus requirat cōsiliū capi. in causis ecclesiæ per eū defendendis. ¶ Et maximè, ne capitulū postea prætēdēdo læsionē suā. possit in cōtrariū querelare. ar. j. de procu. c. j. & ar. eorū, quæ le. & no. j. de his, quę fi. à præla. c. nouit. ¶ Tñ ad hoc, ꝙ processus & sñia valeant ipso iure, canones hoc de necessitate nō requirūt: vt patet in prędicto c. edoceri. ¶ Et sic intellige ea, quæ notā. in. c. j. & in. c. edoceri. Alleg. & j. de iudi. c. causam. ¶ Et vide quæ super hoc latius scripsi in iuribus supra alleg. & adhuc multò latius in quodam consilio meo.

¶ Supple Glosas. ¶ In glosa prima in fin. vnde non patiatur se contemni. ff. de officio præsid. obseruandum tenendum est ergo medium. de officio custo. capi. primo. ¶ In gloss. secunda. ibi: *ad eorum ecclesias* ¶ Item ex iure primatiæ ipsorum causæ ad ipsum deferre poterant, per app gradatur. ¶ Itē per negligentiā deuoluetur ad ipsum beneficiorū collatio, & his

ſimilibus ibi *l.iij.* all.lxvj. & omnia faciunt. ¶ In glo.iij.ibi: faciendis.ad hæc.j.de teſti.præſentium.li.vj.in gloſſ.ibidem reſiden. ¶ Et ibi: *ſed quos*.hæc quæſtio eſt ſuperflua,ſecúdum Hoſtien.cum textus ibi in cap.pñtium.illam ſoluat.Secundum hoc poteſt intelligi,quod no.j.de hoc,quæ ſi à maio. parte.ca.c.j.in gloſſ.penul. ¶ *In glo.vj.* ibi: *venient*.ij. Et vide quod ibi dixi in glo.no.ſecundum. ¶ *In glo.vj.in fin*.vnde ex plenitudine poteſtatis cogit hic eos perſonaliter venire , vel propter perſonarum legalitatem.ff.ſi procu.actor.C.e.l.fin. Vel propter magnitudiné cauſæ.j.de procu.c.ij.Alias prælatus etiam ante litem conteſt.dat procur.j.de iura calum. cum cauſam.ſecundum Gof.& Phi. ¶ In glo.vlti.ibi:per cõpoſitionem.Hoſt.hoc improbat dicens , q hîc compoſitio facta.vel publicata nõ erat.Et talia poſſent proponi pro parte Burdegaleñ.prouinciæ,q compoſitio mutaretur.argu.ff. de pecu.l.quod debetur.ff.de adulter.denúciaſſe. ¶ Nec placet ei etiam,q dicit gl.j.de terrore,quia cum terror ſit iuris, & ſit iuſtus:ergo non obeſt.Si enim eſſet terror facti & iniuſtus,non deberet obeſſe conſenſus ſic extortus.j.quod met. cauſa.Abbas.Inno.dicebat q ex quo Archiepiſcopi concordauerunt , contradictores præſumuntur temere reſiſtere.& ideò condemnantur in expen.argu.ff.de iudi.eum quem.Secus,ſi probabiliter contradicerent.ff.de leg.ij.qui ſolidum. §.etiam.Ioan.

Finis ſecundæ Partis Com MENTARIORVM AEGID. Belmerani , in libr. Primum Decret.

LVGDVNI ſumptibus honeſtorum virorum IACOBI,& IOANNIS Senectoniorum fratrum.

Regeſtum.

A a,B b,C c,D d,E e,F f,G g,H h,I i,K k,L l,M m,N n,O o, P p,Q q,R r,S s,T t,V v,X x,Y y,Z z,AA,BB,CC,DD, EE,FF,GG,Oẽs ſunt Quaterniones dempto GG,Terno.

Index singularium materiarum.

Index materiarũ ſcitu dignarum

ALPHABETICA SERIE DILIGENTER expreſſarum, quæ in ſecunda nec non eleganti lectura præſtantiſsimi Iuris Pontificij Doctoris. D. AEgid. Bellemeræ, in ſecundam primi Decret. continentur.

De litera A.

Index ſingularium materiarum.

¶ De litera C.

Index singularium materiarum.

¶ De litera D.

Index singularium materiarum.

¶ De Litera E.

Index ſingularium materiarum.

¶ De litera F.

Index singularium materiarum.

Iudex

Index singularium materiarum.

¶ De Litera L.

¶ De litera M.

¶ De litera P.

¶ De Litera Q.

¶ De Litera R.

Index ſingularium materiarum.

¶ De Litera S.

¶ De Litera T.

¶ De Litera. V.

FINIS.